This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


PERED
in
016
-03
P44RP

R. 203.3[illegible]16-23

PETRI PAVLI PEREDAE SETABENSIS, DOCTORIS MEDICI, ET APVD VALENTINOS PVBLICI MEDICINAE PROFESSORIS, in Michaelis Ioannis Paschalij methodum curandi Scholia, exercentibus medicinam maximè vtilia,

C 44 C

Ad Illustrissimum & Reuerendiss. mum dominum Gasparem à Chiroga, Archiepiscopum Toletanum, Hispaniarum primatem, & sacrosanctæ sedis Catholicæ primum cognitorem.



Ex Bibliotheca [illegible]

BARCINONE,
Ex Typographia Petri Mali anno salutis nostræ,
M. D. Lxxix.

Expensis Francisci Michaelis, bibliopolæ Valentini, in cuius domo venundantur.

Bela Hispanica [illegible]

Nos Ioānes Dymas Lō-
ris Dei & apoſtolicæ ſedis grā barcinonenſis
Epiſcopus Viſo examine ac aprobatione in
fraſcriptorū doctorum fratris Ioānis Pedro
lo ordinis Carmelitarum, & Laurentij a ſāct
Ioan ſocietatis Ieſu, & fratris Franciſci Fer
dinandi ordinis Sancti Franciſci, cōcedimus
licentiam imprimendi prędictum librum in
noſtra dioceſi, die vigeſima quīta maij 1579.

Ioannes Eps Barcinonenſis

Amici ad Vincentium Gisbertum

CARMEN

Quæris quid Gisberte noui sit: nil ego præter
Hoc vnum scio (nâq; alijs, quæ plurima vulgus
Nũc hominũ narrat, nõ est cur immorer, ad te
Cum scribã magni Hippocratis, doctiq; Galeni
Scripta volutantẽ vel, quæ sunt seria cumq;
Arctantem breuibus chartis, atq; ordine pulchro)
Alta igitur cum concepisset mente Pereda,
Est Asclepiadũ qui vnus, fœtũ, & pariturus
Iam esset, eũ excipere ipsa sinu maté sana refugit.
Tellus, pallẽti inuidia stimulata medentum:
Sic, qua concepit fœtum, non edidit vrbe
Egregij mens culta viri: partus tamen ipse
Aureus hanc vrbẽ inuisit, quæ flore medentũ
Colla da tumet, vni cui cupit ille probari,
Quem stupet hæc, & deinde omnis mirabitur ætas:
Teq. adit in lucem nunc editus, atq. salutat
Nomine non solum nostro, doctique parentis,
Verũ etiã Bonfantis amici, quẽ auguror olim
Artis phœbeæ fidus fulgere coruscum.
Tu hũc partũ Gisberte foue, defende, meretur.

Michaelis Ioannis Paschalij ad inuidum

CARMEN

Iam nouus exorior: iam depositaq; senecta
humo tollentē splendida colla vides:
Me tamen exuta nitidum prodire senecta
Palles? tun palles ergo nitore meo?
Aeterno ô vtinam tu iam squallore tegares:
Exuuias liceat nec posuisse tibi.
At contra æterno niteat splendore Pereda,
Cuius sic maculas tersit, amica manus.

Pauli Aſtoris Dertuſen-

ſis Philoſophiæ candidati de ſui magiſtri ſcholijs

EPYGRAMMA

Hyppolitilacera vt vidit, diſiectaq; paſsim
Mēbra deus, pulchris qui nitet vſq. comis:
Ingemuit, caſum iuuenis miſeretus acerbum,
Atq; ſalutari contigit illa manu.
Præſentē ſenſiſſe deū quæ tacta, & in auram
Hanc ipſam vitæ mox rediiſſe ferunt.
Impete barbarico ſic, & compage ſoluta
Artis, phœbe tuæ, membra Pereda legit:
Hippocratis pandenſq; ſinus, & laxa Galeni
Æquora percurrēs, hīc opē, & inde petit.
Nec magis Hippolitus tibi, quā tu Phœbe Pereda
Debes, inuentum qui tibi ſeruat idem.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO DOMINO GASPARI A CHIROGA, ARCHIEPISCOPO TOLETANO, Hiſpaniarum primati, & fidei catholicæ primo cognitori. Petrus Pereda medicus, foelicitatem.

COGITANTI mihi Preſul amplisſime, cuiſtudiorum meorum primitias conſecrarem, occurrebãt multi, quibus me multum debere cognoſcebam: quibuſque honeſtè me, labores meos, totamq. famiſtrã comittere poſsẽ. Deerat autẽ aliis mamarũ rerum cognitio, quam mihi ad hãc rẽ apprimè neceſſariam videbam, alijs auctoritas, quæ meas lucubrationes ab õni reprehẽſione cõtineret: alijs denique prudẽtia, quæ diuturno rerum vſu & experientia comparata, nõ parum vtilitatis meo operi videbatur allatura. Quibus quidem omnibus, vitæ integritas, facilitas morũ, generis ſplendor maximus, & ſumma inẽrãt ornamẽta virtutis. Tu tamẽ vnus ex omnibus præcipuè occurriſti, in quem viſa eſt natura, ex alijs hauſtas virtutum

tutū dotes transfudisse: & qui præter generis nobilitatem, augustam quidem illam, & plane regiam, multiplici rerum scientia, auctoritate, & prudentia reliquos anteires. Quid enim memorē tuam in ferendis laboribus cōstantiam? in regendis clientum animis solertiam? in gubernandis populis sagacitatem? Quid referam beneficia, quibus me tibi devinctum sentio, cum fratrem meū in fidem tuam recepisti, & receptum maximis honoribus affecisti? Tacebo ne humanitatē, qua vnus maximē excellis? Dum enim quantos in litteris feceris progressus contemplor, te earundem ornamentum intueor: dum multarum disciplinarum perfectā cognitionem, mihi ob oculos pono, quem tibi anteponam nescio. Denique vbi in omni virtutis genere præstantiam suspicio, tam exiguum tempus ad ista referenda doleo. Quæ ita esse, vel me tacente dignitatis gradus, in quem tāto optimorum hominum applausu euectus es, ne cessario comprobat. Illi enim soli ad istam dignitatem, & honoris locum efferūtur, quibus maxima est cum virtute coniuncta sapientia, cum sapientia humanitas, & cū humanitate summa christianæ religionis obseruatio. Hæc Philippum Hispanarum regem æquissimum, vbi Archiepiscopus renuntiatus

es,

es, non latuerũt. Hæc Toletanæ ciuitatis nõ ignorauit auctoritas. Hæc nullum genus hominum, etſi immane & barbarum effugerũt. Omnes enim tuam probitatem, humanitatẽ in pauperes, facilitatem in amicos, & in cęteros integritatis ſplendorẽ agnoſcũt. Atque, vt hæc omittam, ne videar meridiano ſoli accenſam faſcem attuliſſe, & rem per ſe nobilẽ ſermonis humilitate obſcuraſſe, ſcias velim, me, Valentinæ vrbis medicum tui perpetuò obſeruantiſſimum, vt medicinæ candidatis meo quocunque labore gratum facerẽ, Methodum quandam medendi à Paſchalio huius vrbis quondam medico inſigni cõſcriptã, emendatiorem excudere, & ſcholijs illuſtriorem efficere voluiſſe. Qua in re quos ſim æmulos habiturus, non ignoras. Videor enim multos iam mihi blatterantes, & turpia effutientes audire, meq; acriter accuſãtes, quod hęc ſcholia eo ſolũ nomine ediderim, vt huic graui medico, & alijs practicis facerem iniuriã non, vt ſtudioſã iuuentutẽ, immenſo quodã ſchedarũ onere, citra rationẽ oppreſſa, & multoties praue edoctã meis vigilijs ſubleuarẽ. Aliquos præterea deierantes, oſtẽtationis gratia, non communis vtilitatis ratiõe hunc laborem ſuſcepiſſe. Scio & fore alios, qui ſuo modo ſtudeant aliquã mihi infamiæ

no

notam inferre. Quos omnes te patrono quã tum aſperner, animus ipſe, quem tua nobi litas ad hęc ſcribẽda fecit, teſtatur. Spero enim me, tua humanitate, fide, & nomine tanquã Miltiadis clypeo tectũ, intrepide omnes aduerſariorum ictus eluſurum: neque futurũ eſſe quẽquam, qui ſi te mihi, operique meo deffenſorem audierit, non penitus obmuteſcat, & eos, quos in me antea dentes acuerat, non facile obtundat. Hos igitur Preſul Amplißime primos labores meos, rudes ſane & impolitos, mee tamen in te obſeruãtiæ, & volũtatis ſempiternæ monumẽta accipies, eoſque p tua ſapiẽtia ita foue, vtq me tui ſemper ſtudioſiſſimũ audierũt, ijdẽ intelligant quo tibi magis deberem, denuo te maiora apud me beneficia collocaſſe. Experientur enim ij lectis ſcholijs fortaſſe, communi vtilitati a me fuiſſe inſeruitum, & ob eam rem facilius, quod a te poſtulo, perpetraſſe. Quod vt faci as, te vehementer etiam atque etiã rogo, effi ciesnẽ vt qui in puluere & tenebris diutiſſi me vixi, excuſo nunc puluere, & fugatis te nebris, per te in loca clariora euadam, omnẽ que laborem contemnam, ſi hunc tibi gratũ cognouerim. Vale litterarum decus, & ornamentum, & totius Hiſpaniæ ſidus fulgentiſſimum, tuumq; Peredam nominis tui, & glo-

riæ

riæ propugnatorem acerrimum, vt fratrem
quem apud te habes, & quē tibi eſſe chariſſi
mum cognoſco, ama. Id ſi feceris, & me ti
bi iam maxime deuinctum, ſummo
beneficio in perpetuum obli
gabis, & ad maiora agre
diendā, nunc quo-
dormientem
excita-
bis.

Petrus Pereda lectori sa

lutem

MEDICINA, quæ tota est practica, cum habeat finem opus, aliquod, nempe sanitatis consequtionem, in duas præcipuas partes diuiditur: quarum vna sanitatem præsētem tuetur: & altera, curando morbos, eam restituit. Curatio morborum ab empiricis experientia, à methodicis vero cōmunitatibus quibusdam perficitur. Quorum curatio nō recte procedit, quia nec omnes morbi curantur experientia, neque curamus hominem vniuersalē. Proinde Hippocrates, Galenus, & alij docti viri methodo rationali, quę ex indicationibus constat, morbos curāt. Sic multi libros ediderunt, in quibus morborum docēt curationē methodo rationali. Inter quos Michael Paschalius enumeratur, vir sua ęta te doctus, & expertus: cuius liber per omniū manus circumfertur, & ex ipso multi morborum remedia dessumunt. Cęterum cum hic vir doctus scripserit tēpore, quo multę falsę barbarorū sētentię vigebant, & veritates Galeni, quas modo multorum annorū lectione habemus, erant occultę. Proinde in eius

lib

librum, qui inter alios breuiora & vſitata habet remedia (quod optimum eſt) ſcholia ſcribere decreui: vt ex ijs, quę ipſe rectè docuit, & quę addita a nobis ſunt ex rei natura, optima & legitima fieret morborũ curatio. Tu lector amicè hęc accipe, neque morosè reprehendas. Et cum non potuerim, cum liberex cudebatur, intereſſe, ob multorũ medicorũ, qui malè nati ſũt, iuidiã, errores, quos videbis corrige. Et ante quã ſcholia legas, eos, qui a typographo orti ſũt, quos fine libri habes corrige aduerte

Vale.

Elenchus breuis eorum

quę ſingulis capitibus continentur. Primus numerus caput, Secũdus foliũ indicat a. prima paginam, b ſecundam

De pilorum decidentia cap. 1. fo. 1. a
De morbo Gallico 2. 15 b
De vlceribus capitis manantibus & curatione pediculorum capitis & aliarum partium 3. 24. a
De dolore capitis à quacunque cauſa cõtingat ipſum dolore afici 4. 26. b
De phrenitide 5. 24 a
De lethargo 6. 40. a
De vertigine 7. 45 b
De morbo comitiali 8. 49. a
De melancholia 9. 52 a
De inculpone 10. 61. b
De ijs qui amore inſaniunt 11. 63. a
De apoplexia 12. 66 b
De paralyſi, latinis reſolutione 13. 69. b
De conuulſione 14. 73. a
De tremore 15. 79 a
De ophtalmia 16. 79. b
De imbecillo aſpectu 17. 84 a
De albugine oculorum 18. 85. b
De ſuffuſione 19. 86. a
De dolore aurium 20. 88. a
De ſanguinis ẽnaribus profluuio 21. 90. b
De rubedine faciei 22 92. a
De dolore dentium atque etiam de ipſis denigratis & mobili

biliſbus	23.	94. a
De angina	24.	96. b
De coriza catarrho, raucedine & tuſſi	25.	99. b
De orthopnæa, aſthmate, diſpnæa	26.	104 a
De peripneumonia & pleuritide	26.	108. a
De ſanguinis ſputo	2814.	b
De empyemate id eſt ſuppuratione & tabe	29.	117 a
De palpitatione cordis & ſyncope	30.	121 b
De imbecillitate ventriculi & de dolore & inflammatione eiuſdem	31.	128 a
De ſingultu	32.	131 b
De appetentia immodica quam medici caninam apellare ſolent	33.	132. b
De cibi faſtidio	34.	136. a
De cholera	35.	137. b
De diarrhæa	36.	141. a
De lyenteria	37.	147. b
De dyſenteria	38.	150. b
De teneſmo	39.	155. a
De cholico dolore & ileo	40.	156. b
De inflammatione heparis	41.	164 a
De obſtructione hepatis	42.	167. b
De icſtero	43.	170 a
De hydrope	44.	172 b
De lienis obſtructione	45.	178 a
De ſuppreſſione vrinæ	46.	181 b
De renum calculo & veſicæ	47.	185. a
De ardore vrinæ	48.	190. b
De mictu ſanguinis	49	163. b
De diabete	50.	194. b
De lumbricis	51.	193. b
De hæmorrhoidibus	52.	201. a
De procidentia ani	53.	207. a
De procidentia vteri	54	208 a
De immodicis menſibus	55.	209. b

De ſupreſſis menſibus 56. 214. b
De vteri ſuffocatione 57. 219. a
De mola vteri 58. 223. a
De partu laborioſo & ſecundis detentis 59. 224. b
De ramice 60. 228. b
De arthritide 61. 232. a

Finis tabulę primi
libri

Index capitum Secundi
libri

De ſynocho cap. fol. 240. a
De febre ardenti 2. 251. b
De tertiana exquiſita 3. 256. a
De tertiana notha 4. 258. b
De quotidiada 5. 262. a
De quartana 6. 263. b
De febribus compoſitis 7. 267. b
De hectica 8. 268. b
De febre peſtilenti 9. 276. a
De exanthematibus quæ à noſtris medicis variolę & morbilli dicuntur 10. 286. b

Finis tabulę ſecundi
libri

PETRI PAVLI

PEREDÆ SETABENSI,
DOCTORIS MEDICI,
ET APVD VALENTINOS
publici medicinæ professoris, in Micha
elis Ioannis Paschalij methodū
curādi, scholia. studiosis
medicinæ maximè
vtilia...:

De pilorum decidentia: in quo multa continentur tyronibus necessaria ad curationem omnium morborum.

CAPVT. I.

Decidentia pilorū (quam calitiē appellamus) affectio capitis est, qua vniuersi eius capilli defluūt. Prouenit ea aut ob cutis raritatem, aut ob humoris defectum, ex quo ipsi generantur, atque nutriuntur. Porrò si à cutis laxitate id contingat, promptè & à calore, & à frigore caput læditur: quod raritatis proprium signum est. Sin ex alimenti defecta, primum extenuantur, deinde concidunt vniuersi. Quam rem in ijs, qui tabe laborant, quoti die cernimus euenire, maximum inde argumentum desumentes, de-

Descriptio.

Causa.

Signa.

eidentium pilorum ob alimenti defectũ tabis indiciũ esse. Huiusmodi affectio morbi Gallici symptoma plerunque est, vbi non tã ex prædictis fit cautis, quã ex humorũ corruptelã: à qua & Alopeciam, & Ophiasin fieri Galenus existimat. Quo in casu cutis colorem spectare oportet. Nam si pro naturæ modo albidior sit, pituite soboles erit morbus: sin pallidior, bilis flauæ: sin nigrior, atræ bilis: sin rubicundior, sanguinis. Sed ante actam vitam etiam considerabimus, prius tamen scientes, quę qualem humorem soleant adaugere. Pilorum decidentia (nam de vero caluitio hic non agimus) curatur, primum, si à sanguine fiat, victu refrigerante & exsiccante, & sanguinem minuente: si à flaua bile, victu refrigerante & humectante, vt sunt aër frigidus arte paratus, nempe floribus herbis, & liquoribus, si naturalis non reperiatur: cibus sit ptisana hordeacea, lactuca cucurbita, portulaca, & ius pulli refrigeratũ, illis vel similibus. Nocent huic calida, vt piper, cinnamomum, eruca, cæpe, & similia. Si fiat à pituita, curatur primum victu calfaciente, & siccante. Quare exercitatio, & motus præsertim ventriculo vacuo maximè huic prodest, quemadmodum & vsus rerum calidarum, vt sunt piper: crocus, cinnamomum, fœniculus, & similia: frigida, quæ pituitam augent, nocent: vt pisces, herbæ frigidæ, & legumina omnia præter cicera. Si ab atra bile fiat, primum curatur victu calfaciẽte, & humectãte, & quiete, & aëre simili veris, & iure gallinæ, & arietis, cum borragine, vel buglossa. Quæ atram bilem augent, huic incommoda sunt, vt caro bubula hircina, leporina, & ceruina, caseus antiquus, & omnia salsa. In omni tamen pilorum decidentia, quæ humores corrumpunt, diligentissimè vitanda sunt, vt inordinata ratio sumendi cibos veluti si cibus difficilis oris concoctionis præcedat alterum facilioris. Fugienda etiam est ciborum multitudo in eadem mensa, tum cibatio post cruditatem, necnon exercitatio immodica statim ab esu: lac deniq., & butyrum si alijs alimẽtis, præsertim

Curatio Primo Victus ratio.

piscibus

piſcibus immixta commendatur, vitari debent: quoniam maximè humores corrumpũt, elephantiaſim aq. efficere ſolent.

Deinde curetur decidentia pilorum ſanguinea perfectionem baſilicæ dextræ, educaturq. ſanguinis quantitas reſpondens plenitudini habeaturq. ratio præcipua roboris facultatis, ſecũdo magnitudinis morbi, vt Galenus lib. de ratione curandi per ſanguinis miſſionem docuit: quãquàm Hippocrates 4. de rat. vict. in morbis acutis, præter illa duo, ætatem floridam addit, & Galenus in commentario quartum conſiderandum eſſe iudicat, videlicet aëris diſpoſitionem. Hæc tamen omnia ſub duobus primis comprehenditur. *Secundo Sectio venæ.*

Tertiò, poſt ſanguinis miſſionem euacuetur bilis flaua ſequenti potione, quâ etiam ſanguinis feruor, & caliditas immodica remittitur: ℞. medullæ caſiæ fiſtulæ recens per ſeram extractæ, & medullæ tamarindorum in aqua mente prius infuſorum, ſi fuerit ventriculi imbecillitas, an℥. ß. rahabarbari electi infuſi per noctem in aqua endiuiæ, ℥. 1. electuarij de ſucco roſarum. ʒ. ij. ß. decoctionis florum cordialium. q. S, miſce, & fiat potio ſumenda in aurora. *Tertio Purgatio.*

An vero ſumpto medicamento purgante ante opus inceptum ſit ſemper dormiendum, diſcrimen eſt inter auctores: eorum tamen verior pars vult parum eſſe dormiendũ ſumpto medicamento purgante benigno & liquido: diutius tamen poſt medicamentum potens & liquidum: multo diutius poſt medicamentum medium inter liquidũ & ſolidũ, quod à noſtris medicis dicitur bolus. Maximè verò dormiendum erit ſumpto medicamẽto ſiue benigno, ſiue potenti, in forma pilularem, quia primum minori calore eget, dum reducitur de potentia ad actum: vltimum verò maiori. *De ſomno in potione.*

Opere autem incepto ſemper ſomnus nocet, niſi ſit immoderatum opus, egens reſtrictione. Poſt opus ſufficiens

per horam ante prandium ad lauandum ventriculum, & inteſtina, bibat vncias quatuor iuris ſine ſale, vt noſter Valentinus mos eſt, vel vncias quatuor decocti hordei cũ
Kaleu. ini. cortice addendo vnciam vnam ſaccahari: quo decocto Itali vtuntur. In prandio parcè comedat, & à prandio dormiat. Die verò ſequenti mundificentur inteſtina ſequen-
Itali. ti, vel ſimili clyſtere: ℞ decocti foliorum maluarum, violarum, nenufar, ſuſſaris & hordei. ℥ xv. olei roſati. ℥ iij. ſacchari rubei. ℥ ij. ſalis. ʒ. j. miſce, & fiat clyſter: & ſi opus fuerit, adde diacatholiconis. ℥ j.

De concoctione bilis Si fuerit pilorum decidentia à flaua bile, eu acuãda eſt medicamentis cholagogis, prius tamen facta illius leui concoctione. Nolo in præſentia demonſtrare, quid ſit cõcoctio, neq; quomodo medicorum coctio fieri ſoleat in duplici tranſmutatione, naturali videlicet (quæ circa alimenta verſatur, nihil aliud eſt, quàm alteratio nutrimẽti ad propriam qualitatem nutriti) & altera, quæ in putrida ſubſtantia verſatur, & eſt alteratio ceſſare faciens putredinem manente ſubſtantia, autore Galeno vltima parte artis paruæ. Nolo etiã hic oſtendere, an omnis humor præter ſanguinem corruptus, vel putridus, vel ad nutrimẽtum ineptus egeat ſecunda concoctione: neque libet mihi explicare, an tenuis humor, qualis eſt flaua bilis indigeat ea, vt reuera indiget: quæ an fieri debeat per reductionem ad mediam ſubſtãtiam incraſſatione (vt craſſus humor concoquitur attenuatione) non eſt præſentis inſtituti. Quidam ex recentioribus volunt tenuem humorem calidis & attenuantibus medicamentis concoqui, quibus dedit anſam errandi commen. 24. lib. 1. Aphor. quo loco Gal. docet concoctionem in morbis acutis (ſi neceſſaria ſit) faciendam eſſe melicrato decocti origani, mentaſtri, pulegij & ſimilium. Alij volunt tenuem humorem per ſe nulla concoctione egere, contra quos eſt autoritas Hippocratis, Galeni, & aliorum autorum, ratio, & experientia, criſis factæ. 7. vel. 14. die morborum, qui fiunt à

flaua

flaua bile: quæ in eorum initio bona esse non potest propter priuationem concoctionis. Concoctio enim, autore Galeno lib. 1. de crisibus, celeritatem, & certitudinem iudicij extendit. Villanouanus cõtra Manardum, & contra alios docet nullum humorem corruptum, putridum & ineptum nutritioni, concoqui posse. Hæc omnia in expositione 22. Aphor. lib. 1. tractanda sunt: nobis tamen hoc loco sufficit, humores neq. à natura, neq. ab arte rectè euacuari posse non præcedente concoctione? quæ licet à calore natiuo præcipuè fiat, alia tamen multa coadiuuant, vt sunt syrupi, decocta, succi, & aquæ, quæ vias aperiendo in obstructione (quæ in omni febre dependente ex putredine humorum inuenitur) vel reducendo substantiã rei concoquendæ ad mediocritatem, vel illius acrimoniã & intemperiem corrumpendo præparãt. Quilibet igitur humor ante vacuationem concoctione eget, crassus tamen difficilius cõcoquitur. Sed vt sit tyronibus omnibus notus catalogus medicamentorum omniũ humores concoquentium, quæ sequuntur, adiecimus.

Medicamenta humorem bilioſum concoquentia ſunt, quæ ſequuntur.

Primò omnia medicamẽta frigida: à primo ordine vſque ad tertium, siue sint in forma decocti, vel succi, vel aque: quibus vsi sunt Arabes, & alij multi. Neq. quorũdam iuniorum ratio de vi pernicioſa plumbi, & aris, quibus de ſtillãtur aquæ vi ignis, obstat. Cũ etiã omnia medicamẽta compoſita fiant illis vasis: dum tamen decocta & succi inueniri poſsint, eis est vtendum, propter maiorem facultatem. Aquæ omnes fermè præter roſaceam, violaceam & vitis carent proprio odore, & ſapore. Vbi tamen aquis vtendum est propter defectum ſimplicium, vel ægrotantium guſtũ, augenda est quantitas earũ. Sunt etiam medicamẽta hæc in forma melicrati (quo Græci vtebãtur propter ſacchari inopiam, vel in forma ſyruporũ (quibus nos vtimur) propter ſacchari copiã, & ægrorũ delectationem,

In pharmacopolas. cipuè in morbis calidis: nam multifieri ſolent ſyrupi cum melle in morbis frigidis. Peſtilentes tamen pharmacopolæ, ſi ſyrupos frigidos melle vel ſaccharo rubro conficiant, ægros interficiunt: quos pœna capitali puniendos cenſeo.

Flauam bilem concoquentia. Simplicia flauam bilem concoquētia (quæ officinarū more ſcribuntur, ne à pharmacopolis vnum pro alio infirmis tribuatur) ſunt hęc: Endiuia, Cichorea, Lactuca, Portulaca, Cucurbita, Vermicularis, Semperuiua, Virga paſtoris, Solatrum, Vmbilicus Veneris, Nenuphar, & alia ſimilia. Compoſita ſunt ſyrupus acetoſus S. ſyp endiui e S. ſyp. de iuiubis, oxyſaccharc. S. ſyp. endiuiæ compoſ. ſyp. violarum. ſyp. roſarum. ſyp. de ſucco acetoſæ. ſyp. de agreſta. ſyp. de pomis. ſyp. acetoſitatis citri ſyp. acetoſitatis limonum. ſyp. de nenuphare. ſyp de papauere. iulep roſarum & violarum.

Pituitam concoquentia. Simplicia, quæ pituitam concoquere valent calfaciendo, attenuando, incidendo, & aperiendo meatus, ſunt fœniculum, petroſelinum, hyſſopus, ſcabioſa, betonica, capillus veneris, pulegium, calamentum, ſatureja, menta, ſerpillum, origanum, meliſſa, pæonia, mel, & ſimilia.

Compoſita ſunt ſyrupus acetoſus. ſ. rhodomel. ſyp. de bizantijs, oxymel. ſ. ſyp. de liquiritia. ſyp. capillorum veneris. ſyp. acetoſus compoſi. ſyp de hyſſopo. oxymel cō po. ſyp. de ſtichados. ſyp. de eupatorio. ſyp. de abſinthio. ſyp. de praſio & oxymel ſcilliticum.

Atram bilem concoquentia. Simplicia, quæ atram bilem concoquere valent, ſunt borrago, bugloſſa, lupulus, fumus terræ, ſcolopendria, ceterac, tamariſcus, rubea tinctorum, & ſimilia. Compoſita ſunt ſyp. borraginis, ſyp bugloſſæ ſyp de pomis, ſyp. de fumo terræ. ſ. & comp. quamuis compoſi. pro parte ſit purgans. Syp. regis Sabor ex Meſue cap. de melancholia ſanguinea. ſyp de epithimo. Concoquuntur humores calidi & tenues breui tempore: frigidi & craſſi longiori: exhibendo ſemel, vel bis, vel ter in primis humoribus, videlicet

delicet tenuibus,qui parua egent concoctione. In craſsis autem & frigidis,multo tempore. Quare errant qui in omni morbo perpetuo ter exhibent hæc medicamẽta,cùm quandoq. fieri poſsit vacuatio ab arte ſine concoctione ab eâdem facta,quando talis à natura perfecta eſt: Doſis tamen ſyruporum vnaquæq; eſt vncia vna cum ſemiſſe vſq. ad duas & aquarum eſt trium vnciarum. Carpetani ſolent & optimè tantùm doſin vnam ſyruporum & aquarũ præſcribere: etſi opus fuerit maiori concoctione, ſecundam, quandoq. tertiam & quartam doſim præſcribunt. Nos verò Valentini tres ſimul doſes deſcribere ſolemus, quem morem non laudo, cùm ſaepe ſit ſufficiens minor concoctio,ſaepe maior ſit neceſſaria,vt prædiximus. Galli autem ſyrupos aquis miſcent, addẽtes ſacchari parum, & puluerem aliquem:quam mixtionem lento igne confectam ſyrupum aromatiſſatum appellant. Concoquetur bilis flaua Valentino more ſic ℞. ſyp. endiuiae.ſ.& oxyſaccharae.ſ.an.℥ iij miſce.item ℞. aquarum cichoreae, endiuiæ & lactucæ an.℥iij,miſce.Eodẽ modo dabitur forma ſyruporum & aquarum pituitam vel atram bilem cõcoquentium,quamuis(vt prædiximus)maiori egeant concoctione pituitoſi humores,maxima verò atrabiliarij.

Error exhibẽtium ſyrupos.

Doſis ſyr.

Caſtellæ.

Valentini

Gallis.

His itaque concoctis humoribus,fiat eorum vacuatio proprijs & neceſſarijs medicamẽtis,tum ſimplicibus,tum compoſitis,quorum catalogum nota.

Purgantia flauam bilem.

Simplicia purgantia flauam bilem ſunt haec, rhabarbarum, ſcammonium, myrobolani citrini, caſsia fiſtula manna,tamarindi,ſuccus roſarum,aqua caſei, & aloe. Cõpoſita verò ſunt electuarium de ſucco roſarum,elect.diaprunis ſolutiuum,elect.de pſyllio,quo non vtuntur Valentini:hiera.ſ.pilulae de hiera.ſ.pilulæ de rhabarbaro, pilulae aureae, pilulae aggregatiuae quamuis bilem mixtam cum pituita euacuent,quemadmodum & elect.diaphaenicon,cuius vis non tranſit hepar.

Pituitam.

Simplicia medicamenta pituitam purgantia ſunt aga-

ricus, turbit, myrobolani chebuli, emblici, bellirici, coloquintida, euphorbium, esula, hermodactyli: Composita ta sunt diaphenicon, electuarium indum vtrunq., benedicta, hiera. s, & cõposita, pilulae de hiera, elephanginae, aggregatiuae, de agarico, cochiae de hermodactylis maiores, lucis, foetidae, stomachicae, sine quibus esse nolo.

Atram bilem. Simplicia purgantia atram bilem sunt myrobalani indi, lapis armenus lapis lazuli, sena, epithymum, polypodium: sunt tamen praeter iuniores, qui damnent lapidem armenum; quia non cognoscitur: & lapidem lazuli, propter eius vehementiam. Si tamen bene praeparetur lapis lazuli, & lauetur, est medicamentum cardiacũ, cùm cõfectio Alchermes Regũ hoc lapide etiã bene lauato constet. Composita sunt diasene, confectio medicaminis, quod scripsit Hamec, Hiera Rufi, pilulae indae, pilulae de fumo terrae, de lapide armeno, de lapide lazuli.

De lapide lazuli.

Formulae purgantium medicamentorum compositorum, quarum tres purgant bilem flauam, tres pituitam, aliae verò tres atram bilem dictae sunt: perpetuò tamen non est exhibenda similis quantitas, cùm varianda sit secundum naturam aegri & humoris: certa enim rei quantitas neq. calamo scribi potest, neq. lingua proferri: imò quod difficilius est, idem homo in diuersis aetatibus diuersam habet, naturã vt constat ex Hip. aphorismo vigesimo, secundi lib. quibus inuenibus aluus &c. Et propterea optime Hip. libello de purgantibus medicamẽtis docuit, quae à medico sunt consideranda in purgandis humoribus: quibus etiam egeat interrogationibus: vbi etiam docuit alimenta non recte adhibita morbum efficere, quanto magis medicamenta, à quibus potentius alteratur nostrum corpus.

Potio. *Prima formula potionis purgantis flauam bilem.*

℞. medullae casiae fistulae recens perfetam extractae ʒ vj. rhabarbari electi infusi per noctem in aqua endiuiae ʒ j

squi-

ſquinanti grana. iij. electde ſucco roſarum ʒ iiij. ſyp. violarum ℥ j. decocti florum cordialium quod. S. miſce, & fiat potio.

Secunda formula buccellarum (quas bolos appellant) purgantium flauam bilem.

℞. medullæ caſiæ niſtulæ recens per ſetam extractae vel loco eius diaprunis fimp. ℥ ſ. electde. ſucco roſarum ʒ iiij. ſacchari quod. S. miſce, & fiant ſeptem buccellae, & plures, ſi opus fuerit. *Boli.*

Tertia formula pilularum purgantium eandem bilem flauam.

℞ maſſae pilularum aurearum ʒ. j. diagridij optimi grana iij. fiant cum aqua endiuiæ pilulæ ſeptem & aurentur, ſi diues fuerit. Poterit æger, ſi non poteſt deglutire pilulas, neque potionem bibere, aut detinere, ad euacuandam bilem flauam accipere grana quinq;, vel ſeptem diagridij optimi cum ℥ j. ſyp. violati, vel cum ʒ. j. conſeruæ violarum, vel borraginis, vel roſarum, vel cum iure ſine ſale. Poterit etiam ſi abhorret à medicaminibus mali ſaporis, accipere ℥ ij. ſyp. roſarum alexandrinarum, vel rhodomellis earundem roſarum. *Pilulae.*

Prima formula potionis purgantis pituitam.

℞ diacatholiconis ℥ ſ. electindi maioris ʒ iiij. rhodomellis ℥ j. aquæ fœniculi quod. ſ. miſce, & fiat potus. *Potio.*

Secunda formula buccellarum purgantium pituitam.

℞. diaprunis fimp. ʒ vj. agarici trochiſchati ʒ j. electindi maioris ʒ iij. ſacchari quod. ſ. miſce & fiant ſeptem buccellæ, ſeu boli. *Boli.*

Tertia formula pilularum purgantium eandem pituitam. *Pilulae.*

℞. pilularum de agarico & de hiera fimp. an. ʒ ſ. diagridij g iiij. cum aqua faeni fiant pilulę vij. & aurentur.

Prima

Prima formula potus purgantis atram bilem.

Potio. ℞. medullae caſsiae recenter per ſetam extracte ʒ vj. confectionis medicaminis Hamec & diaſenae. an. ʒ iii. ſyp. borraginis ʒ j. decocti florum cordialium, addendo ʒ ß. epithymi & folliculorum ſenae, quod, ſ. miſce & fiat potus, fieri poteſt cum ſero caprino decoctum.

Secunda formula bolorum purgantium bilem atram.

Boli. ℞. medullae caſsiae fiſtulae recens extractae per ſetam ʒ ß. pulueris epithymi ʒ. j. confectionis medicaminis Hamec, ʒ. iij. &. ß. ſacchari, quod, ſ. miſce, & fiant boli. vij ſaccharo cooperti.

Tertia formula pilulatum purgantium atram bilem.

Pilula. ℞ pilularum de fumo terrae & indarum, an. ʒ. ß. diagridij. g. iiij. cum ſero caprino fiant pilulae. vij. & aurentur, ſi non fuerit pauper. Similibus formulis vti poteris addendo, vel minuendo quantitatem medicamentorū purgantium tam ſimplicium, quam compoſitorum, ſecundū variam quantitatem, & naturam humerum, & aegri: vnū eſt tamen maximè conſiderandum, ne tempore, quo purgare volumus aegrum, miſceamus, plura medicamenta ſi ue ſimplicia, que compoſita: nam tempore breui multorū medicamentorum mixtura non poteſt vnicam temperaturam, & formam acquirere. Actio illa, quam medici barbari fermentationem appellant, ſufficienti & longo tempore eget, quamuis interdum maiori, interdum minori, ſecundum variam naturam ſimplicium, temporis, & regionis Quemadmodum theriaca magna ad ſui generationem, ſeu fermentationem ſex, vt minimum, eget menſibus, antea tamen dū recens, & non fermētata eſſet, ſorum inducit à ʒ. ß. vſque ad. i. ʒ. poſtea verò corruptis formis & temperamentis omnium ſimplicium, introducitaq. vnica forma, & temperatura, calida eſt in fine ſecundi ordinis

di ordinis. Compoſitum enim medicamentum purgans ſi recens fuerit,non poteſt felicem & optatum finem inducere: nam prius vnum medicamẽtum purgabit altero quandoque vnum impediet opus alterius. Quare errant medici noſtri in purgandis ægris varia medicamenta miſcentes,cùm ſufficiat vnum,aut alterum, etiam ſi humor euacuandus ſit mixtus, cum inueniri poſsit medicamentum vnicam temperaturam & formam habens,quod purgare valeat mixtũ hnmorẽ.Quemadmodum diaphœnicõ & pilulæ aggregatiuæ. Sed quia in vſu medicamentorum purgantium timor eſt, ne maior copia humoris educatur,quam conueniat, ad quam facultas neceſſario ſoluitur,cùm cuicunq. vacuationi ſit annexus caſus virtutis, aliquando quoq. ab immodica purgatione fiunt alii affectus præter naturam,vt febris: Quare perpetuò vacuatio parca tutior eſt immodicâ natura enim ſæpe vel euacuat vel reſoluit derelictum à medicamento humorem:immodica tamen & laborioſa purgatio ferè ſemper fieri ſolet à medicamentis prauam ac venenoſam qualitatem habẽtibus : benigna enim & ſalubria,vt caſia fiſtularis,rhabarbarum,manna,tamarindi,& myrobolani omni tempore, omni ætate, & etiam vterum gerentibus audacter tribui poſſunt.

Error quo rundam.

Si ſcire cupis quæ ſint benigna & quæ valentia & qua hæc egeant præparatione & correctione Meſues ſuo primo lib. doctiſsime tradit,& Poſt ipſum breui epitome Ioannes Tagautius duobus libris de purgantibus medicamentis ſimplicibus,quorũ priori vniuerſales canones Meſuæ collegit,poſteriori verò ſimplicia omnia medicis ſũme neceſſaria quinquaginta quinq; capitibus ſcripſit, & illorum verã cognitionem etiam cum Gracis demonſtrat, & alijs paucioribus cõponuntur omnia fermè medicamẽta purgantia,quorum doſis in forma electr.rarò excedit ʒ iiij.& in forma pilularum ℈ j.quãuis ſi clementibus & benignus tantum componantur,doſis augeri poſsit.

Ad inte-

Ad integram tamen & veram huius rei cognitionem (praeter ea quę Mesues suo antidotario & Arnaldus de Vilanoua, & nunc eruditus Fuchsius suo Nicholai Myrepsij opere medicamentorum scripta reliquerunt) notate numerum sequentium medicamentorum purgantiũ, præcipuè eorum, quibus nostræ officinæ & nos vtimur. Hic tamen quantitatem scammonij, esulæ, colocynthidis, hellebori, & similium potentium, vnciæ vnius electuarium, & drachmæ vnius pilularum demonstrabo, quod non parum necessarium est medico: aliôqui tanquam cæcus in foueam caderet. Animaduertẽdum tamen est ℈. g xxiiij. continere, quamuis multi granis. xx. constare velint, apud primos ʒ. constat xxiiij. ℈. vel viij. ℥. scire etiam oportet in constituendis electuarijs ʒ iij. puluerũ indigere lib. j. mellis, aut sacchari.

Diaphænicon Mesuæ tota compositio constat lib. vj scammonij: quantitas est viginti duarum drachmarum: errant ergo qui duodecim drachmas tantùm miscẽt. Huius electuarij quælibet vncia constat vigiṇti duobus granis scammonij, propter dactylos tamen eius vis non tanta sit hepar Dosis eius est à drachmis quatuor & semis vsq; ad drachmas decem & semis.

Error non nullorum.

Electuarij rosarum compositio Mes. constat libris tribus, & vncij octo, scãmonij quãtitas est duodecim drachmarum: quælibet vncia huius electuarij habet grana decem & nouem scammonij cum dimidio: cuius dosis sunt drachmæ quinq.

Confectionis medicaminis, quod scripsit Hamec Mes. constat libris quinque compositio, scammonij quantitas est drachmarum duodecim: quælibet vncia huius electuarij habet grana tredecim cum dimidio scammonij, dosis eius est à drachmis duabus vsque ad quatuor.

Electuarij indi maioris Mes. compositio constat libris sex habet hæc compositio præter alia potenter purgantia drachmas duodecim scammonij; & eius quælibet vncia

cia habet grana duodecim ſcammonii: doſis eſt drachmarum quatuor.

Electuarii indi minoris compoſitio conſtat libris quatuor, habetq. drachmas duodecim ſcammonii: quælibet igitur vncia huius electuarii habet grana decem & octo ſcammonii, doſis eſt drachmarum quatuor & ſemis apud Meſuen, licet videatur maior ineſſe vis huic, quàm electuario indo maiori.

Electuarii diaprunis ſolutiui Nic. quælibet libra habet drachmas ſeptem ſcammonii: quare quælibet eius vncia habebit grana triginta octo ſcammonii: doſis eius eſt drachmis duabus vſq. ad vnciam ſemis, quamuis Nicvnius caſtaneæ quantitatem tribuat.

Electuarii de ſucco roſarum Nic. compoſitio libris duabus conſtat, habetq. drachmas duodecim ſcammonii, quare quælibet eius vncia habet triginta ſex grana ſcammonii, doſis eſt à drachmis duabus vſq; ad quatuor, Nicol. tamen caſtaneæ quantitatem tribuit.

Benedictæ ſ. Nic. compoſitio eſt trium librarum cum dimidia, habet hoc medicamentum drachmas quinque ſcammonii & drachmas decem eſulæ quælibet eius vncia grana octo cum dimidio ſcammonii, habet & grana decem & ſeptem eſulæ: doſis eſt ad modum caſtaneæ Nicolao, aliis à drachmis duabus vſq. ad vnciam vnam.

Hiera Logodionis Nic. compoſitio eſt librarum duarum & octo vnciarum, eius quælibet vncia habet ſcammonii minus quàm duo grana, & colocynthidis grana triginta ſex. Doſis eſt Nicolao ad modum caſtaneæ, aliis tamen a drachmis duabus & ſemis, vſque ad drachmas que in clyſteribus verò datur vncia vna & ſemis.

Electuarii Sebeſten Montagnanæ compoſitio eſt trium librarum & trium vnciarum, & eius quælibet vncia habet grana ſex cum dimidio ſcammonii: doſis eſt drachmarum quinque vel ſex.

Electuarii Eleſcoph Meſ. compoſitio eſt libræ vnius

cum

cum dimidia, habetq. drachmas ſex ſcammonij, & totidē turbit, eius quælibet vncia habet ſcammonij & turbit. an. viginti quatuor grana. Doſis eſt à drachmis tribus & ſemis vſq. ad quatuor & ſemis.

Electuarij de pſyllio Meſ. compoſitio conſtat libris quatuor cum dimidia, & eius quælibet vncia habet ſcammonij grana viginti ſex, & tertiam partem grani: doſis eſt à drachmis tribus vſq. ad drachmas quatuor & ſemis.

Electuarij de pſyllio Montagnanæ compoſitio conſtat libris octo, habetq; eius quælibet vncia ſcammonij grana viginti quatuor. Doſis eſt à drachmis quatuor vſq. ad quinque.

Pilularum aurearum Nic. compoſitio eſt trium vnciarum, habet ſcammonij drachmas quinque, haberq; drachma earum ſcāmonij grana quindecim: doſis eſt à drachma vna vſq. ad ſcrupulos quatuor. Nicolaus dat nouē vel vndecim ad magnitudinem ciceris, huius magnitudinis ſeptem habet quælibet drachma.

Pilularum aggregatiuarum Meſn. compoſitio eſt ſex vnciarum & duarum drachmarū: habet ſcammonij drachmas ſex, & quælibet drachma habet ſcammonii grana octo & tres quartas grani vnius. Doſis eſt à drachma vna vſque ad drachmam vnam & ſemis.

Pilularum fumariæ Auicennæ compoſitio eſt vnciarum trium, & trium drachmarum, habet drachmas quinque ſcammonii, & earum quælibet drachma grana tredecim, & tertiam partem grani vnius. doſis eſt à ſcrupulis quatuor vſque ad drachmas duas.

Pilularum fœtidarum Meſ. compoſitio eſt vnciarum ſeptem & drachmarum duarum, habet ſcammonii drachmas tres & eſulæ drachmas duas, & colocynthidis drachmas quinque: quælibet drachma earum habet ſcammonii grana tria & tres quartas grani vnius & eſulæ grana duo cum dimidio, & colocynthidis grana ſex, & quartam grani vnius, purgant potenter. Quare errant qui cum

Rha

Rhaſe cap. de reſolutione dant drachmas duas & ſ. cum earum doſis ſit à drachma vna vſq. ad ſcrupulos quatuor. *Error quo rundam.*

Pilularum mezereon Meſ. compoſitio eſt vnciarum duarum, habetque drachmas quinque mezereon, & quælibet drachma earum grana viginti duo cum dimidio: quare earum vſus eſt ſuſpectus, niſi in morbis magnis & præſente virium: robore doſis eſt à ſcrupulis duobus vſque ad drachmam vnam.

Pilularum hermodactylorum maiorum Meſ. compoſitio eſt vnciarum octo, habet quælibet drachma earũ colocynt hidis grana ſex, & tres quartas grani, & euphorbii grana tria cum dimidio, & hermodactylorum grane ſex & tres quartas grani: doſis eſt à drachma vna vſque ad drachmas duas.

Pilularum hermodactylorum minorum Meſ. compoſitio eſt vnciarum trium, quę habet ſcammonii drachmas duas & ſemis, & earum quælibet drachma ſcammonii grana ſeptẽ cũ dimidio, & hermodactylorũ grana quindecim. doſis eſt à drachma vna vſque ad drachmas duas.

Pilularum Arabicarum Nic. compoſitio eſt vnciarum vndecim, habet ſcammonii drachmas octo, & quælibet drachma ſcammonii grana ſex cum dimidio, doſis eſt ab vncia vna vſque ad vncias duas.

Pilularum cochiarum Rhaſe compoſitio eſt vnciarum trium & drachmę vnius, & quartæ partis drachmæ vnius, habet ſcammonii drachmas duas & ſemis & colocynthidis drachmas tres & quartam drachmæ vnius, & turbit drachmas quinque, & quælibet drachma habet ſcammonii grana ſex, & fermè bis tertiam partem grani vnius, & colocynt hidis fermè octo grana, & turbit grana prope quindecim. Quare errant qui cum Rhaſe cap. de cephalalgia drachmas duas & ſemis dant, cum earum doſis ſufficiens ſit drachmæ vnius. *Error quo rundam.*

Pilularum indarum Meſu. compoſitio eſt vnciarum ſeptem & drachmarum quatuor: habet helleborĩ drachmas

mas quinque,& calocynthidis drachmas qvatnor & eius quælibet drachma hellebori grana ſex & colocynthidis grana quatuor,& quatuor quinta s vnius grani: doſis Me. eſt à drachmis duabus vſque ad drachmas tres, quamuis drachma vna noſtris temporibus ſufficiat, vt multis placet.

Pilularum de lapide lazuli Me. compoſitio eſt vnciarum ſeptem,drachmarum quatuor, habet ſcammonii & hellebori nigri.an. drachmas duas & ſemis: & earum quælibet drachma ſcammonii &hellebori.an. grana tria,doſis eſt drachmarum duarum cum aqua caſei & ſuccedit fœlix vacuatio.

Pilularum de Agarico Meſ. compoſitio eſt vnciarum trium,habet colocynthidis drachmas duas,& turbit drachmas quinque, & earum quælibet drachma colocynthidis grana ſex,& turbit grana quindecim, doſis eſt Meſ. drachmarum duarum, alii vero dant ſcrupulos quatuor tantum.

Pilularum de elaterio Nico. Compoſitio eſt ſex vnciarum,cuius dimidium eſt elaterium: quare quælibet drachma habet grana triginta ſex elaterii, & ideo potenter purgant,& non ſunt in vſu.Doſis eſt ab ſcrupulo vno vſq; ad drachmam vnam.

Pilularum de opopanace Meſ.compoſitio eſt vnciarũ ſeptem,& quatuor drachmarum: habet ſcammonii drachmas duas, & colocynthidis drachmas quinque, & earum quælibet drachma colocynthidis grana ſex & ſcammonii grana duo, & quintas duas grani: doſis eſt à drachma vna vſque ad drachmam vnam & ſemis.

Pilularum de Euphorbio Meſ.compoſitio eſt duarum vnciarũ:habet hellebori & collocynthidis an. drachmas duas, & quælibet earum drachma hellebori & colocynthidis.an.grana octo:doſis eſt à drachma ſemis vſque ad vnam.

Pilularum ſine quibus eſſe nolo Nico. compoſitio eſt vncia-

vnciarum quatuor: habet ſcãmonij fermè drachmas tres & ſemis: & earum quælibet drachma ſcammonij grana octo: doſis eſt Nicolao decem, vel tredecim pilulæ ciceribus ſimiles, & eſt pondus drachmæ vnius & ſemis, aliis verò eſt à drachma vna vſque ad drachmas duas.

Ex his & ſimilibus quæ à doctoribus ſcribuntur ſcire poteſt medicus doſim medicamentorum compoſitorum purgantium, quamuis ſimplicium doſin prius oportet cognoſcere, etiam ſi talium in compoſitis propter correctionem & alia maior quantitas dari poteſt: ſcammonium enim ſolum & non correctum malo cotoneo rarò datur: ſi quantitas excedat grana ſeptem, in electuario de ſucco roſarum, vel diaprunis ſolutiuo, paſſim dantur grana decem & octo, vel plura, cum doſis eius ſit vnciæ ſemis.

Vnum tamen eſt maximè conſiderandum à nobis, ne vtamur medicamentis potenter, & violenter purgantibus vt ſunt ſcammonium, colocynthidis, helleborus, & ſimilia niſi rarò, & in magnis morbis, & cum ſunt bene correcta, præſertim in febribus, & morbis calidis. Noſtris enim tẽporibus (quæ in hoc fœliciora ſunt) vti poſſumus ſemper etiam in vterum gerentibus, & pueris, clementioribus, quę benedicta dicuntur, vt ſunt, manna Arabum, caſsia fiſtula, rhabarbarum, myrobalani & tamarindi tempore tamen Græcorum pruna damaſcena erant cognita clementiſsima in purgando, & aloe quoque. *Benedicta medicamenta.*

Facta iam totius euacuatione ſiue per ſanguinis miſſionem cum oportet, ſiue per medicamenta purgantia: neceſſe eſt euacuare à parte affecta per partes proximas, ſcilicet per nares vel palatum, præcipue cum eſt materia, pituitoſa de his tamẽ cap. de apoplexia fiet ſermo copioſior. Laborans hoc morbo ſæpe poſt totius euacuationẽ mandat ſequentem apophlegmatiſmũ (quod noſtri barbari medici maſticatorium appellant) præcipue ventriculo vacuo. Rx. pulueris maſtichis, ſinapis, piperis, pyrethri zinziberis, origani, thymi, pulegij, an. ʒ. ß. cum ſyrupo de *Redit ad curationẽ. Deſignatio Apophlegmatiſmus*

ſtichade fiant pilulæ a dciceris magnitudinem. Naribus quoque ſæpe tunc admoneatur ſequens liquor ore tamen pleno aqua: ne deſcendat ad ventriculum prædictus liquor. Cuius hæc eſt deſcriptio. ℞. ſuccorum cyclamini, *Errhinum* ſiclæ, ceparum, & maioranæ an. ʒ. ß. pulueris piperis & caſtorei an. ʒ. j. miſce. His iam factis raſo capite & confricto panno lineo præcipuè in cauſa frigida, vbi maiori opus eſt frictione, admouenda ſunt parti affectæ olea, vnguenta & alia medicamenta, de quibus Gal. primo de compoſitione ſecundum locos, & ætius. 6. ſermone cap. ß. & Paulus. 3. lib. nos tamen duo tantum vnguenta deſcribemus experta, & optima prius alopeciæ, quæ fit à *Vnguentũ cauſæ calidæ.* cauſa calida. Poſterius ei, quæ fit à frigida. ℞. pulueris corticum auellanarum, amygdalarum, caſtanearum & nucum roſtarum an. ʒ. j pulueris ſtercoris caprarum. ʒ. ij. olei laurini, & rutæ an. ʒ. ij. olei roſarũ. ʒ. j. aceti cochlearium. j. ceræ quòd ſ. miſce & fiat vnguentum, quo vtere in defluuio hoc pilorum, quod fit à raritate cutis & penuria materiæ pilos generantis: cui etiam confert mixtura ex oleis lentiſci, myrtillorum, & omphacino cum laudano. Alterum vnguentum conferens cauſæ frigidæ eſt ſequens, ℞. pulueris vtriuſque hellebori, ſtaphiſagriæ, ſinapis piperis, ſtercoris columbi, radicum cannarum & foliorum ficum an. ʒ. j. oleorum euphorbij, caſtorei & rutę an. ʒ. ij. ceræ quod. ſ. miſce & fiat vnguentũ, quo ſepe vngatur pars depilata præcedẽte forti frictione & inciſione aliquarũ partiũ, quæ nõ eſt faciẽda cũ eſt cauſa calida. *Cauſæ ſi-ſtulæ.*

Poſtquam de pilorum decidentia egimus, non erit extra præſens inſtitutum in præſentia agere de ijs quæ pilos augent, & quæ ipſos aureos efficiunt, & tandem de ijs quæ nigros reddunt.

Frequens & aſsidua frictio, & capitis locio decocto adianti auget pilos, dicitur tricomenes quia facit luxuriare capillos & ſubnaſci, vel polytricum, quia creat capillorum multitudinem: & dicitur etiã callitrichon, quòd *Augentia pilos.*

crines

crines denſet, eriſpet, [illegible] ab aliis ebenetrichon apellatur, [illegible] nigrum, vox enim ebeni capillum ſignificat [illegible] eſt officinis capillus veteris. Pectinatio etiam [illegible] idem efficit: & quæ cauſas pilorum augent præſertim effectricem, vt vinum & alimenta omnia calida, & vaporoſa.

Idem facit lotio frequens decocti aggregationiæ, corticis vlmi, verbenæ, corticis ſalicis, abſinthi, abrotani, ſeminis lini combuſti, & cineris radicis arundinum, adde in fine parum lactis caprini. Lotio aquæ vitæ addendo parum aquæ roſarum, vel myrthillorū idem ſolet efficere.

Aureos redentia.

Aureos efficiunt capillos multa, quorum noſtræ fœminæ ſatis plenam & certam tenent cognitionem: inter ea tamen, quæ maximam habent vim, eſt aqua (qua aurum ab argēto ſeparatur, & dicitur ab illis fortis) cautè tamē eſt admouenda, nam ſi tangat cutim & carnē, corrodet.

Aqua mellis per diſtillationem facta vitreo inſtrumēto aureos reddit pillos, & ſine cutis & carnis nocumento, quamuis ipſos ſcindat. Decoctum ſeu lixiuium ex cinere geniſtæ ſeu geneſtæ, (quam ſpartum ſeu ſpartion appellant, & Arabes albahin ſeu albrachim) capillos aureos ſine dubio efficit, hoc quotidie noſtræ Valentinæ experiuntur.

Nigros eſficientia.

Nigros capillos multa faciunt, vt diſcordes, Gal. Paulus & Aetius volunt, de quibus omnibus in præſentia agere eſſet præter noſtrum inſtitutum: aliqua tamen experta primo ſimplicia, deinde cōpoſita ſcribemus ſemen myrti, ſemē papaueris nigri, cortex nucis, cortex mori celſi, ſumac, alcana, & lac ficuum, folia cupreſſi, ſumus picis liquide, ſumaria.

Compoſitum hoc pilos ſatis nigros efficit, quorum nigror viginti diebus conſeruatur, accipe calcis viuæ integræ (quæ dicitur gleba) libra j. ℈ infundatur in aqua per diē facta noua infuſione quinquies, eiectis prioribus aquis, poſtea reiecta aqua adde illi calci lotæ lithargirij

pulueriz[illegible] [illegible]ali mixtura vnge pilos nocte ponendo de[illegible]lium Græcæ, vel pannum lini: posteà præcedenti [illegible]eui frictione, seu agitatione lauentur sapone [illegible]ommuni, clementi: est expertū. Hoc quoque medicamentum ipsos nigros reddit. Accipe lixiuij potentis quo saponarij vtuntur lib. j. pulueris lithargyri. ℥ j. balsamit simul, donec pilicandidi illo liquore nigrescant facto sæpe & sensim experimento, deinde conseruetur liquor, quo actu calido, cùm opus fuerit, poteris nigros facere capillos interponendo pectinem inter cutim & capillos, quos, cum denigrati fuerint, exiccari, & aqua callida ablui oportet.

Scholium.

Quātatione pili partes corporis dicantur.

DECIDENTIA pilorum quam caluitiem. Pili verò partes non sunt, quæ vita carent, & verò nutrimento. Cùm tamē habeant propriam circumscriptionem in corpore, & per se consistere possint: inter partes numerantur à Gal. 2. de temperamentis, vbi inter veras nostri corporis partes, eorum temperamentum inquirit: & 14. methodi vbi pilorum defectum morbum in numero partium deficiente appellat. Hi pili (qui in corpore generationem habent necessariam, ex excrementorum euacuatione) aburitur natura ad ornatum & tegumentum vt in illis qui in capite, & mento, implantantur videre est. Qui verò in superciliis habentur humores à capite per frontem defluentes, ne oculos ingrediantur prohibent: sicut pili palpebrarum exigua corpuscula. Cùm ergo decorem inter alia pili in nobis concilient, merito eorū curam suscipimus corrigentes affectus, qui in eis præter & colorem substantiā naturā euenire solent. In pilis consideramus substantiā, (hoc est ipsos pilos) in defluuio pilorū, canitia, alopecia, & Ophiasi. colorem verò in vitiligine.

Defluuio

Defluuium pilorum ſilarge ſumatur, omnia Vitia in quibus pili deficiũt comprehendit: proprie tamẽ de quo nũc agimus) tantum ſignificat omnium pilorum defectum. Hic morbus eſt in numero deficiente, non quia deficiat quod mouera pars, ſed quia deficit pars ad ornatum corporis neceſſaria: ac proinde cum deficit eſt reſtituenda, ac ſi eſſet una ex partibus quæ mouere ſunt. Habet morbus hic duas cauſas. Raritatẽ cutis vnam & alteram defectum nutrimenti. Raritatem cutis cognoſcemus .1. Quia pili qui exciderunt, eandem quam antea habebant craſſitiem ſiunt: pili ſeruant, non enim ſunt extenuati cum alimentum eis nõ defecerit 2 ex cauſa aliqua quæ praeceſſit, rare facitẽte cutem: medicilicet calido aut lotione aliqua calefaciente. Si nutrimenti defectus cauſa eſt, eum colliges .1. ex tenuitate pilorum, excrementum enim quod cuti aduenit eſt paucum & exiguè apponitur 2. ex morbo precedente, ſolet. n. vt plurimum hoc defluuium febrem ardentem aut Tabem ſequi, de eo n. Gal. 1. de comp. med. ſecundum locos cap. 2 ſic ſcribi, conſueuit hæc circa pilos obliſio, ſæpe hijs qui ægrotarunt accidere, raro autem citra morbum. Quid ſit defluuium pilorum & eius cauſa

Caluities defluuium pilorum eſt, ſed in Sincipite tantum ob cutis duritiem & ſiccitatem euenies: proinde qui in pueritia hanc cutem habent multum ſiccam, in ſenectute calui fiunt, vnde non rectè Ariſt. caluitiem dixit fieri ob inopiam humoris calidi: neq. Hiere. ob raritatem cutis, neque argentarius ob defectum terreæ excrementi: reuera. n. in caluis excrementum non deficit, non poteſt tamen penetrare ob cutis denſitatem, ac proinde Gal. aliquando caluitie ad defectum humorum refert: non quod deficiant vt diximus. Sed quia non poſſunt penetrare, & ſic videntur deficere. Atque hæc eſt caluities ætatis diſcurſu facta, eſt enim altera vis morbi in iuuẽtute etiam euentens, potiſſimum mulieribus ex raritate cutis & defectu alimenti. Hanc autem à præmiſſis Quid caluities & eius cauſa. Duplex caluities.

gues, quia caluities ratione ætatis aduenies, sensim fit, quia seu sini cutis densatur: at illa quasi morbi accidit affatim & repente fuit.

Alopecia & Ophiasis, sunt calus pilorum capitis, non omnium sed aliquorum. Sunt in duobus est multum, distinguuntur tamen ob figuram & squammas nam in ophiasi laesa capitis pars serpenti assimilatur. squammosa q. est. Quæ ob occipite duorum digitorum latitudinem non excedens, & sq. ad aures serpit. At alopecia (quæ à vulpe nomen accepit) nullam propriam habet figuram & in ea cutis squamis caret. Vtraq affectio fit à vitiosis humoribus. per vitioso. humores seu corruptos non intelligens cum Rondoletio tenues & serosos. sed sanguinem prauũ, biliosum, pit. aut melancholicum: ex eo enim (cum minus recte nutretur, & nutriat) non assurgunt excrementa. quæ sunt materia pilorum possumus etiam per vitiosos humores, adustos, aut prava qualitate infectos intellige re. Vitiligo est cutis depravatus color.

Quid sit alopecia & ophiasis.

Causa alopecia & ophiasis.

Vitiligo qd

Curabis supradictos affectus hoc modo, à defluuio pilorum incipiens. hoc enim cum sit morbus in numero partium deficiente, curabitur restituendo partem quæ deficit. quæ cum ex excremento tertiæ concoctionis tanquã ex materia generetur, oportebit alimentum attrahere parti, vt ea nutrita, excrementis abundet. Opus præterea erit cutem roborare, & reducere. ad moderatam densitatem. Hæc commode præstabimus medicamentis calefacientibus (sic enim legendum est & non humectantibus vt legitur 2. de comp. secundum locos cap. 2.) modice adstringentia permiscentes. calida enim attrahent sanguinem, & hic sua substantia caliditatem cutis, si aliqua est) temperabit, cum temperatum aut minus calidum, id quod magis calidum est refrigeret. Iam ergo æstate raso capite & hic me tonsis capillis, frictione vtemur leui, vt ex attracto sanguine calida intemperie curata roboretur cutis & ad mediocrem densitatem restituatur. Deinde oleis lenti cino, mirthino

Curatio & fluuij pilorum.

Corrigitur locus Galeni.

mirthino, aut noſtro hiſpano, cum ladano ad Vnguenti formam redactis Vngemus caput. Praterea in hoc defluuio pilorũ, non eſt ſãguis mittẽdus ratiõe affectus: quia neq. raritas cutis, neq. defectus alimẽti, euacuationẽ poſtulãt: neq. eſt purgandum, quia non contingit ex cacochimia. & ſi in Venis Vitioſus ſit ſanguis prædicta exercebimus remedia: nõ propter affectũ pilorũ ſ. à Venarũ ac proinde nõ videtur audiendus auctor, cum dicit pilorum defluuium à ſanguine ortum, curari ſanguinis miſſione: non enim video quo modo a ſanguine aut alio humore oriri poſſet. *Sanguinis miſſionis de fluuio pilorum.* *Reprehenditur auctor.*

Caluities ſi ratione ætatis contingat, non poteſt curari, quia neq. curatur denſitas a ſiccitate procedens ut caluities in morbi orta, ea ratione qua alopecia curari ſolet. *Curatio caluitiei.*

Alopecia & ophiaſis cum ex Vitioſis humoribus male partem nutrientibus proueniant, curantur purgãtes peccantem humorem: Quem ex cutis colore cognoſces, cutis enim in qua deſideratur pilꝰ, humoris redundãtis admittit colorem? Id etiam deprehendes ex anteacta vita, natura hominis & anni tẽpore. Neq. omittenda hoc in loco erit ſanguinis miſſio, ſi affectus Venarũ poſtulet hoc eſt ſãguis Vitioſus. & ſi obijcias Gale. hoc remedium omiſiſſe, reſpõdeo cõulto id feciſſe, tantũ agẽs de partis affectu. Poſt purgationẽ ad Apophlegmatiſmos accedes. hi enim ex Vẽtriculis cerebri & Venis aliquantulũ euacuabunt. Vltimo adminiſtrabis topica hoc eſt localia medicamenta. Quæ conſtabunt ex medicamentis diſcutientibus prauos humores cutis, & attrahentibus ſanguinem. Qualia ſunt Thapſia mixta cum cerato ex oleo confecto, Vt eius calida Vis tepefcat. ſynapi, etiam Euphorbium & alia valde calida, temperata tamen, ne exulcerent. hoc in loco aduertere oportet nos non agere de pilorum defluuio à morbo Gallico eueniente, de quo poſtea diſſutaturi ſumus. *Alopecia & ophiaſis curatio.* *Obiectio.*

Colorẽ in pilo curabimus, remediũ applicantes Vtiligini quod diuerſi coloris in pilo

quod alimentum curi adhærens diſsipet, & atrahat ſanguinem: Vt parte recte nutrita, excrementum, colorem in pilo mutet.

An vero (ſumpto medicamento purgante.) Cum nullū medicamentum purgans actu, cognitum extet, niſi forte pilule de chamelea aſcoridis: Sed omne potentia, purgandi facultatem habeat: inde habuit ortum controuerſia qua quæritur. An poſt aſſumptionem medicamenti purgantis ſit dormiendum Barici ſemper. Valentini tantum in ſolidis medicamentis ſomnum imperant. Ego vero exiſtimo medicamentum ſiue liquidum ſit ſiue ſolidum etiam in vigilia in actum reduci. Niſi ventriculus ſit languidus tunc enim, in omnibus medicamentis ſomnus vtilis eſt, longior in ſolidis, brevior vero in liquidis.

An ab aſſumptione medicamēti purgantis ſit dormiēdum.

Cur poſt aſſumptionem medicamenti purganti non ſit dormiēdum.

Opere autem incepto ſemper ſommus.) Multis rationibus dormiendum non eſt, quando humor attractus a medicamento purgante, incepit expelli. 1. Quia cum excretio per aluū ſit actio voluntaria, in ſomno (in quo oriatur animalis facultas) non fiet, ſequentur qua ea in commodo, quis ex humore in ventriculo & inteſtinis violēter detento ſequi ſolent, anguſtia, morſus, cardialgia & ſimilia alia. 2. Quia in ſomno ex reuocatione ſanguinis ad interna, replentur vene, per quas humor peccans a medicamento trahitur. 3. Quia tempore ſomni calor reuocans, mutabit medicamentum in familiarem humorem. Conſuetudo autem, quam ſeruabant auctor & ſui temporis medici, vt gallinæ inſulſum tribuentes ante prandium, iam aboleta eſt, & merito: quia reuera ius gallinæ aut arietis non extergit: imo impedit purgationem, obtundendo vim medicamenti. Medicamentum autem extergendi vim habens à nobis tribui ſolet in die purgationis aut in ſequēti die. Si in die purgationis tribuatur, ſtatim poſt medicamenti aſſumptionem id fiat, quando medicamentum eſt validum: vt nulla eius portio in ore ventriculi maneat, vel vt medicamentum ad fundum ven-

An ab aſſumptione medicamēti purgantis ſit aliquid exhibendum.

ventriculi descendat, in his hominibus qui ab amaris sentiunt molestiam & in his qui facile vomunt. Die sequenti quando medicamentum validum est decocto hordei cū cortice & pauco saccaro aut alio extergente vtimur propter dictam rationem. Quod si purgatio diminuta praecessit, clysterem extergentem, & purgantem, ex diacatholicone, benedicta, aut confectione hamec infundes.

Quid sit humor turgens.

Si fuerit pilorum decidentia à flauabile.) Humores in corpore, quidam sint turgentes: & alij in aliqua parte firmati. Turgentes humores dicuntur illi, qui in foco putredinis, tantam tenuitatem & acrimoniam contraxerunt, vt irritata expultrica partiū facultate, eos hinc inde expellat, vnde turgētia duas habet cōditiones. Prima vt humor hinc inde moueatur, eo modo quo animal cat iū appetēs. 2. est vt pars irriteturr, ad expellendū. Ac proinde Hip. Turgentiam aliquando collocat in humoribus, cū 4 Aph. sent. 1. eos turgere scribit: & aliquando in parte 3. de fracturis sent. 18. ita vt partem turgere nil aliud sit quam incitarij ad rei molestæ expulsionem. Humores firmati illi sunt, qui in aliqua quiescunt parte, obstructi vt in febribus: aut in culcati, vt in tumoribus praeternaturam. Iam si humor turgeat statim, hoc est in principio morbi, purgandi medicamento educendus est, ex Hippo. 2. Aph. sent. 22 indicatione sumpta ex eius tenuitate, ob quā nec ab obstructione eius transitur imp editur. Quod non est difficile intellectu illi qui non ignorat, obstructionem in vena aut arteria, non claudere omnino meatum, dices nonne Gal. 1. Apho. com. Vltimo in turgētia occasionem arripit, propinandi decoctū ex thymo, origano, hyssopo, aut alio simili, quod vehementem extenuendi facultatem habeat. R. Galenum supradictis vti medicamentis, non propter obstructionem vt ipsam aperiant ad purgandum, quoniam hoc etiam seruandum est, in humoribus non turgentibus. Sed quia aliquando, turgente humore in principio non potest purgare quia medicamentū

Quid sit humor non turgens.

Purgatio humoris turgentis.

defficit

tunc accepta hac occaſione, exhibet aperientia, & obſtructione aliquantulum aperta, ceſſet putredo, & cum ipſa turgentia. Si humor ſit in parte firmatus, purgandus non eſt, quin coctio praecedat iuxta praeceptum Hyppocratis. 1. apho. ſent. 22. & ubi cocto medicari (quod eſt purgare) praecipit quod ſemper obſeruandum eſt etiam in multo humore, tum purgatio concoctionem impediat & coctio quietem requirat. hac autem concoctio à natura fit, quae quae ſemputrem humorem alterat, reducens ad benignum id quod poteſt: reliquum vero tanquã inutile expellens & in Criſibus experimur: quo tempore ſolam inſtituimus victus rationem. Quia ſi natura non expellit aut non integrè expellit, tunc debet medicus ei ſuppetias ferre & purgatione facta eius defectum ſupplere, aliter ſequetur reſidua & aphoriſmus 12. lib. 2. nos docet, & autem id commodè praeſtare poßimus, aduertenda eſt ſentẽtia Hyp. 9. lib. 2. apho. quae ſic habet corpora quocunq. quiſpiam purgare voluerit, oportet fluida facere. quod eſt ante aſſumptionẽ medicamenti purgantis debet corpus praeparari. Quinq. autem modis fieri ſolet corporis praeparatio. prima cum ante aſſumptionem medicamẽti vomitu, aut deiectione per alium purgantis, aqua tepida, & lubricantibus medicamentis conſuetam reddimus naturã ad tales euacuationes. quam praeparationem tanquã notam omiſſam fuiſſe ab Hyppocrate ſcribit Gal. 4. aphor. com. 13. 2. praeparamus corpus humectantes ipſum, alimentis, potu, balneo & quiete: quando helleboro purgare volumus 4 apho ſent. 13. ne in violentia motus ſequatur cõuulſio, ob conſenſum qui eſt inter orificium ventriculi & cerebrum. 3. praeparatio exercetur quando humorem craſſum vt tenuamus ſicut 4. cum glutinoſum inſcindimus. vltima vero nil aliud eſt quã meatuũ apertio, Quã videbitur aliquibus cõcidere cũ 3 & 4. quia inſcindere glutinoſos humores, & attenuare craſſos nil aliud eſt quã aperire. reuera tamẽ res eſt diuerſa, aperimus enim obſtructionẽ, at inſcindimus & attenuamus etiã ſinõ ſit obſtructio.

Purgatio eſt humoris non turgẽtis.

Quinque modis praeparatur corpus ad purgationẽ

hæc aũt corporis præparatio ꝯaria, non ſolis medicamẽtis ſed alimẽtis etiã & potu exercenda venit, nã quid prodeſſe aſſumere medicamentũ humorẽ attenuans, ſi carnẽ hircinã vinũ craſſum & alia q̃ craſſos generare ſolẽt humores non omiſimus? Ac proinde non eſt mirandũ ſi medicamentũ purgãs, etſi optimũ non agat, aut ſi euacuet cũ torminibus tamen & mala tollerãtia. Præter dictas corporis præparationes quas arte præſtamus ad humores cõmode purgãdũ nullã alĩã a Gal. aut Hyp. legimus ſcripta: proinde exiſtimo errare eos medicos qui humorẽ tenuẽ præparãt eum incraſſanda quia ſi humorẽ craſſũ attenuamus vt libere educatur, qua rõne adducti humorẽ bilioſum qui ex ſua natura tenuis eſt incraſſatũ? Reſpõdẽt aliqui eius præparationem non eſſe incraſſationem, ſed acrimoniæ retuſionem. Quod falſum eſſe hinc intelliges, humor bilioſus poſt coctionem debet purgari iuxta ſententiã Hyp. 22. lib. 1. aph. & cũ in coctione bilis victa a natura minor reddatur vt Gal. lib. 2. de rat. vict. in morb. acutis com. 44. docet ſuperfluus ergo erit labor, eorũ qui rẽperare conantur bilẽ vt eam expulſioni præparent. Quid aũt debeamus in tenui humore efficere breui accipe. Si humor tenuis peccat tenuitate, incraſſandus eſt, vt craſſior & frigidior factus non penetret, & hoc nõie minorem inferat moleſtiã, vt ĩ dolore colico a bile facto videre eſt. Quia ſi bilis non qualitate, ſed quantitate peccet ita vt corpore educenda ſit, varia eget præparatione: ſi ſit in pectore vt in pleuritide cõtingit attenuãda erit, cõſilio Gal. propter eam rõnẽ, quam capite de pleuriti le videre poteris. Si vero humor tenuis ĩ aſſeris pulmorũ arteriã, a capite diſtillans incluſus maneat, cũ in Tuſi impetu aẽris educi debeat, aliquantulũ incraſſandus eſt. ne ob aẽre, ob tenuitatẽ diuulſus, ibidẽ immoretur. de his tamẽ præparationibus humoris tenuis non agimus, quia non fiũt eo conſilio vt humorẽ medicamẽto purgãti euacuemus: quẽ ſi purgare intẽdimus nulla procuratione eget, ſicut req. a qua in hydrope. Quod ſi in tertiana & ardenti febre quæ a bile fiunt, attenuãtibus vtimur, ea propter humorẽ

An ſit præparandus humor?

crassum, obstruentem prestamus, non enim humor tenuis obstruere potest vt lib. 2. agentes de febribus explicabimus. Ex dictis intelliges errare eos qui syrupos, humores concoquere affirmant, cum humoris coctio à sola natura fiat: nisi dicamus concoquere illa medicamenta quæ seruant naturæ vim & calidum innatum. Syrupi vero quos hi concoquentes apellant, corpus præparantes dicendi sumus, vt paulo supra docuimus.

Syrupus duplex.

Primo omnia medicamenta frigida.) Medicamentum quo corpus ad purgationem paramus syrupus nominatur. Hic duplex est. Vnus clarificatus in officinis seruari solitus. Qui nil aliud est, quam medicamentum liquidum ex succis aut alijs plantarum partibus, cum humore aliquo percoctis, & mellitis aut saccaratis, ad saporis gratiam aut custodiæ diuturnitatem. Talis est syrupus fumi terræ, borraginis, & similes alij quorum dosis est. ℥ij. cum duplo decocto aliquarum herbarum. Alter Apozima dicitur quod medici in ægrorum domibus præscribunt ex decoctis herbarum & radicum cum melle aut succaro. Paratur etiam ex aquis, & ex syrupis officinarum decoctis tamen: permixtis ijs, seminibus aut trociscis. Solent multi aquis per alambicum extractis, cum saccaro aut aliquo syrupo clarificato vti: vt corpus præparent. Qui mos non placet, musæ & alijs scrupulosis hominibus: variis rationibus adductis. Quidam ex eo quod aquæ per alambicum extractæ caliditatem contrahant, ac proinde in his destillatis aquis, solum concedunt calidarum vsum & non frigidarum, nisi frigida aqua seruet odorem ex qua destillatur (vt est aqua rosarum) tunc. n. concedunt ipsam. Alij harum aquarum vsum non probant, existimantes eas ex ære aut plumbo prauam acquirere qualitatem. Horum rationes leues sunt, prædictæ enim aquæ neque calorem acquirunt, neque qualitatem ex ære aut plumbo. Non acquirunt calorem quia non vrituntur, & ita si calefiunt statim illa caliditas euanescit non.

An liceat vti aquis distillatitijs.

non acquirunt prauam qualitatem quia neque plumbū neque æs tunc liquantur. Existimo ego non esse ꝙtendum his aquis stillatitijs. eo quod solum medicamenti tenuem partem continent, cum nos aliquando crassam & roborantem desideremus. Tum quia succus potētius agere solet. Verū est coactos aliquādo ꝙti debere, stillatitijs aquis, inpenuria herbarū qualem non habemus in hac ꝙlentina ciuitate.

Simplicia flauam bilem. Hæc medicamenta neque cō coquentia sunt, neque his debemus præparare corpus ad purgationem bilis ꝙt ex superioribus dixisti. Adde hæc esse frigida & proinde augere obstructionem.

Pilularum de fumo terræ. Syria hoc loco animaduertit autor. Primum tempore quo purgare ꝙlumus, nō esse miscenda plura medicamenta purgantia, quia tempore breui non potest fieri fermentatio, ac proinde non poterunt in ꝙnam formam ꝙenire. Secundum compositū medicamentum recens, non posse recte purgare quia prius ꝙnum altero purgabit & ꝙnum impedi & opus alterius. Tertium in purgationibus iuniorem esse euacuationem parcam, immodicā. Hæc ille. Quæ brutanam postulant. Quod primo admonet non potest constare. Quādiu enim medicamenta cōposita, in officinis seruata fermentationē patiantur: potissimū estatis tempore, quam colligimus ex eorum ebullitione nō proinde ꝙt eis ꝙamur, expectandū erit ꝙt fermentatio absoluta sit. Nam ante ipsam & postea, imo ꝙigente etiam fermentatione, ipsis ꝙtimur cū felici successu. Neque in tunc medicamenta ꝙis impedita est, ecū la admoniti o etiā est falsa. Gale. enim lib. quos quibus & quando purgare oporteat cap. ꝙimo, agens de mixtione medicamentorum purgantium præcipit immedicamenta purgantia quæ miscentur, sint eōfermentia, ꝙt æqualis fiat purgatio. Est autem æqualis, quā do medicamenta simul operantur, aut quanto cessante ꝙmo ab actione alterum incipit: ita ꝙt sit ꝙna continua euacuatio.

Examinātur tria quæ admonerit autor.

An ꝙtendum purgantibus erit in eorum fermentatione.

æqualis purgatio qua sit.

cuatio. Nam si vno cessante, longo post tempore alterum incipiat agere. est inæqualis euacuatio, ac proinde damnanda, quia vires quo tempore refici debent conflictantur. Qua in parte admoneo lectorem vt in versione cuiuslibet, aduertat vltimum caput libri. Quos. 4, & quæ oportet, sta enim male versum est, vt latina lectio, contrarium habeat, ab iis quæ in græca continentur. Vltima admonitio auctoris seruanda est. Si autem contingat immodica purgatio, quam ex defectu virtutis colliges: succurrere poteris frictione partium extremarum. Offa criam panis bis cocti, aut regij à nostris dicti in optimo vino intinctam offeres. Eiusdem etiam panis interiora vino ebriata, & cinamomo inspersa, supra ventriculum appones.

Mala loquellæ uersio.

In immodica purgatione quid faciendum.

De morbo Gallico.

CAPVT II.

Descriptio morbi Gallici.

EST morbus Gallicus, quem & Hispanum & Neapolitanum nominant, nostro sanè malo hisce temporibus affectus notissimus, antiquioribus verò ne per somnium quidem notus: detestandus tamen perpetuò, qui cùm à pudendis incipiat, in linguam terminatur vario & dolorum & postularum prouentu, ac præcipue noctu corpus discrutians. Fit autem à quatuor humoribus à naturali temperie per exustionem in malignam quandam naturam degenerantibus, à contagio vt plurimum primo affectis. Deprehenditur hoc malum, quia in pudendis à principio postulæ apparent, crustis obtectæ, ficcæ & lecta nonnunquam sanie manentes. Iam & in fronte, & circa radices capillorum pustulæ, seu verius dixeris, tubercula diuersi coloris oriuntur, modo citra vllius medicamenti opem deficcata, modò hinc inde

Causa.

Signa.

fre-

frequenter renascentia. In capite summa inest grauitas, in collo, humeris atque adeò omnibus articulis perpetuus cruciatus, doloriſicis ibi tumoribus præter naturam ob ortis: qui cùm difficile discutiantur, tardéque suppurentur, in nodos sæpe ac durities migrant. Ad extremum fauces, palatumque, & insuper lingua [illegible] fœtidisque erumpentibus pustulis turpiter exeduntur.

Hic morbus curatur primò victu humectante, & in actuis temperato, vel parum calido: quæ atram bilem efficiunt maximè nocent, vt caro leporina, bubula, hircina, & ceruina, caseus antiquus, omnia salsa, & legumina tenuissimi liter quæ facile putrescunt, vt pisces, & lac. Conferunt, quæ bonum succum efficiunt, vt panis optimi tritici, pullus gallinaceus, gallina, caro arietina hispanica, vitulina, hœdi, conturnicis & similium: de quibus libello de bono & malo succo, libris de tuenda valetudine & de facultatibus alimentorum multa à Galeno tradita sunt copiosissimè: perpetuò tamen considerandæ sunt vires ægri, & morbi magnitudo, considerandaque quoque. est sententia Hippocratis primo lib. aphorismorū, quibus semel, aut bis, &c. in cibandis omnibus ægris. vtatur si potest exercitatione, præsertim ventriculo vacuo, abstineat venere & animi perturbationibus, quæ bilem atram augent, vt sunt ira, tristitia & similes. *Exercitatio balneū.*

Secundò, sanguinis missione, præsertim si fuerit morbus recens; vbi vires sunt maiores sectauena iecoraria, aut communi, vt sanguinis copia respondeat plenitudini, fiatque vacuo ventriculo & intestinis, nisi timeatur subita suffocatio, aliquando bis aut ter sanguis est mittendus. *Syrupus ex acetosa gualaca.*

Tertiò concoctione per hæc vel similia. ℞. syrupi fumariæ. ʒ. & borraginis. an ʒ. vj. syrupi fumariæ comp. & de epithymo. an. ʒ. ij. misce. Item. ℞ aquarum fumariæ, borraginis, lupulorum, & quinque radicum. an. ʒ. viiij. misce facta iam concoctione diebus nouem. *Purgatio.*

Quarto vacuatione atræ bilis per hoc, vel simile medica-

dicamentum. ℞. medullæ caſsiæ fiſtulæ recens extractæ, ʒ. vj. confectionis medicaminis quod ſcripſit. Hamec. ʒ. iij. ℈. diacharrami. ʒ. ij. ℈. ſyp. borraginis ʒ. j. decocti florum cordialium, quod ſ. miſce & fiat potus. Vel ℞. pilularum de fumo terræ, & hermodactylorum maiorum. an. ʒ. ℈. diagridij g. iiij. cum aqua bugloſſæ, fiant pilulæ vij. Deinde per aliquot dies roboretur ventriculus, & partes principes, ſanguinisq; purior efficiatur electuario diarhodon Abbatis, vel conſerua borraginis, aut bugloſſæ cum aqua, aut decocto borraginis vel bugloſſæ, vel fumi terre. Fiat quoque bis, vel ter in mẽſe corporis purgatio, his, aut ſimilibus pilulis. ℞. pilularũ de fumo terræ, hermodactylorum maiorum, & indarum. an. ℈. ij. cum aqua bugloſſæ: fiant pilulæ xv. adde cuilibet earum granum j. optimi diagridij, doſis tres.

Exercitatio & balneum.

Quinto exercitio forti & balneo, donec ſudet copioſe, bibat tunc per aliquot dies oleum commune quantitatis. ʒ. iiij. cum ʒ j. optimi ſacchari His omnibus ſolet curari Gallicus morbus, ſi fuerit recens: qui ſi habuerit pilorum decidentiam, eget præter iam dicta frequenti capitis ratione, frictione & lotione frequenti decocto pulegij, ſtichados, origani, ſaluiæ, roris marini & camomillæ, & ſimilium. Si his omnibus mederi non poſſumus huic morbo, adhibebitur ſyrupus ſequens. ℞. Corticis ligni indici, ſeu Guaiaci in minimas partes diuiſi. ʒ. viij. Interioris eiuſdem ſimiliter inciſi. ʒ. iiij. ſenæ. ʒ. ij. epithymi, polypodij. an. ʒ. j. fumariæ, borraginis, cichoreæ, roſtri porcini, radicum bugloſſæ. an. m. ij. florum cordialium. an. m. ʒ. liquiritiæ, radicum diureticarum. an. ʒ. ℈. fiat decoctum in libris viginti quatuor aquæ optimæ, prius per diem in ea in fuſo ligno guaiaco ad medietatem ſecundum artem. Cuius percolati accipe libras decem, & cum quatuor libris ſacchari fiat ſyrupus non perfectè decoctus admodum mulſæ: cui addes pulueris hermodactylorum. ʒ. ij. pulueris diarhadon abbatis. ʒ. ij. cinnamomi electi.

Syrupus ex decocto guaiaci.

lecti. ʒ. j. Cuius doſis ſummo mane erunt vnciæ quinque, vel ſex. hic ſyrupus in omni tempore etiam prægnantibus, & febrientibus eſt exhibendus intrepidè, & ſi opus fuerit, dum bibit hunc ſyrupum æger, euacua ipſum per pilulas ſuperius ſcriptas, vel per medicamentum hoc, ſi non poſsit deuorare pilulas. ℞. caſsiæ fiſtulæ præparatæ & diacatholicon an ʒ. j. confectionis medicaminis Hamec, & diaſenæ an. ʒ. vj. diachartami & confernæ bugloſſæ an. ʒ. iij. ſyr. borraginis, quod ſ. miſce, & fiat confectio admodũ opiatæ: doſis cochlearia duo ſemel in hebdomada.

Laus huius ſyrupi.

Altera purgatio.

Si his peractis ſemper morbus permanſerit, forſan curabitur aquis ligni guaiaci, prima valentiori, quæ bibitur bis in die, in aurora & nocte à cœna parca per quinque horas: & altera clementiori ſeu debili, quæ ſola in prandio & cœnã & inter prandium & cœnã erit potus: quarũ formæ ſunt hæ, quamuis ſecundum variam naturam morbi, & ægri, temporis, & regionis poſsint fieri valentiores, vel clementiores. ℞. ligni guaiaci lima vel torno in minimas partes diuiſi lib. j. aquæ optimæ lib. xx. maneãt per diem ſimul, deinde decoquantur ad medietatem, cuius colatura, reiecta parte terreſtri, ſeruetur in vaſe vitreo, quæ erit prima potentior, eius doſis eſt vnciæ quinque, vel ſex. Deinde accipe lignum primæ aquæ & iterum cũ libris triginta aquæ decoquatur: donec quinta pars conſumatur, & hæc erit ſecũda remiſsior prima. Quibus iam bibitis fiant aliæ duæ eiuſdem formæ, vel ſimilis, mutata aliquantum natura earum ſi opus fuerit. Et finitis aquis ſecundæ libræ ligni guaiaci fiant ex tertia & quarta libra eodem modo, donec æger ſanetur. Accipiat qualibet hebdomada tres ex pilulis ſuperius ſcriptis, vel duo cochlearia confectionis purgantis.

Aqua ligni guaiaci.

Aqua ſmilacis aſperæ.

Fiunt ad idem efficiendum aquæ ex aſpera ſmilace noſtri tẽporis, & eſt ſarçaparrilla, quæ ab India ad Hiſpaniam aduehitur, forma earum eſt. Accipe vncias ſex dictę ſarçæ parillæ conquaſſatæ, & per diem naturalem

infunde in libras duodecim optimæ aquæ, deinde decoquatur ad medietatem, cuius colatura in vaſce vitreo cõſeruetur ſumenda mane,& veſpere, quantitate vnciarum quinque,& hæc eſt prima valentior. Deinde accipe eandem ſmillacem aſperam prius decoctam,& in libris triginta aquæ decoquito,donec quinta, vel ſexta pars conſumatur:& hæc erit ſecunda mitior ad potum in prandio & cœna,& inter prandium & cœnam. Quibus finitis parentur aliæ eiuſdem,vel ſimilis formæ , quemadmodum fiunt ex ligno guaiaco. Tempus accipiendis ijs commodius eſt Ver.deinde Autumnus. Aeſtas verò eſt vehemẽter inepta & aduerſa.Hyems accommodatior æſtate, Vere & Autumno deterior. Noſtris quoque temporibus reperta eſt radix chyna, cuius aqua curare ſolet morbum Gallicum,& articularem,de qua liber extat ſcriptus à doctiſsimo Veſſalio.Lege etiam methodum propinandi decoctum huius radicis apud Amatum Luſitanum centuria 2.curat 31.rectiſsimè traditam. Victus ratio (dum bibuntur hæ aquæ)præſcripta eſt iam ſuperius,quamuis in cœna nullæ carnes ſunt exhibendæ,ſed panis nauticus,vulgò bis coctus,vuæ paſſæ, vel radix bugloſſæ condita, vel cucurbita condita: præcipuè ſi fuerint Caſtellani. Semper tamen eſt ſequenda Hippocratica veritas ſuperius repetita,quibus ſemel,aut bis &c.

Tempus curandi morbum Gallicũ.

Curatur quoque morbus hic vſu vini ſancti , quamuis biliioſis & diſpoſitis ad hecticam minus , quàm aqua ligni guaiaci conferat. Eius forma hæc eſt.℞.corticis ligni in dici lima vel torno diuiſi in partes minimas ʒ.ix.interioris eiuſdem ʒ.iiij.folliculorum ſennæ,epithymi,polypodij an.ʒ. j. fiat decoctum in libris viginti quatuor aquæ ad medietatem, de cuius colatura accipe lib. decem, quibus probè calefactis adde vini generoſi lib quindecim, & omnia ſimul maneant in vaſe fictili , donec calor abſumatur , poſtea conſeruetur mixtura in vaſis vitreis: quibus adde puluerís hermodactylorum vncias duas:

Vinum ſanctum.

bibat

bibat in aurora & veſpere libram ſemis. huius vini loco primæ aquæ potentioris,& fiat ex ligno, & cortice iam prius decoctis aqua pro potu in prandio & cœna cum libris viginti quatuor aquæ, donec quarta pars conſumatur,qua bibita & vino fiat ſecundo eodem modo, vt dictum eſt ſuperius,cùm de aqua ligni guaiaci agebamus. Hoc tamen breuius quam aquæ ſolæ curare poteſt etiam antiquum Gallicum morbum.

Antiqui & difficilis morbi curatio.

Si fuerit antiquus,& curatu difficilis, fortioremque poſcat curationem,facta iam clementiori medicina(niſi morbi & ſymptomatum magnitudo ſolitum ordinem inuertat:nam authore Celſo lib.2.non poteſt vehementi malo ſuccurrere,niſi æquè vehemens auxilium) potentioribus opus erit,inter quæ à multis expertum eſt, & à me laudatum medicamentum ex mercurio,& alijs partibus,externis admotum ordine conſueto, conſentientibus viribus ægri, quia vbi illæ non adſunt, non oportet laborare: neque facultas ipſius argenti viui eſt tunc pertimeſcenda, cùm olim ſæpè morbis multis leuioribus admoueretur, vt ſcabiei. Galenus tamen nunquam fecit periculum de eo an interius ſumptum, vel exterius admotum interficiat.

Facultas argenti viui an timenda.

Expertum à nobis vnguentum hoc.℞.axunxiæ porcinę ſine ſale ʒ.iij.oleorum laurini,de lilio, & rutæ an ʒ.j. ℈. theriacæ magnę ʒ.iij.rubeæ tinctorum ʒ.ij.argenti viui ʒ.iij.croci,cinamomi,an.ʒ.ß.muſci & ambræ an.g.iij.miſce & fiat vnguentum. Poterit augeri, vel minui auctо,aut imminuto mercurio,habita ratione virium ægro tantis, & morbi. Certa rei quantitas neque præfiniri poteſt,neque ſcribi. Aliquando ſufficit prima vnguenti admotio, aliquando duæ ſunt neceſſariæ,aliquando tres,& plures quàm ſex, quod per ſudores,alui excretiones, & oris deprehendes. Partes quibus admouetur, ſunt extremæ,videlicet brachia,tibiæ,ſpina,& venter verſus inferiores partes.

Vnguentū

Quæ partes inungendæ.

At cor & ventriculus omnino cuſtodiantur, ne ab illo medicamento lædatur pars nobilis, vel ei, & toti ſeruiens. Vnguentum cum admouetur, ſit actu benè calidum, & habitaculum, & ſi non ſudauerit, ægri pedibus apponantur lateres calidi cum vino: quod ſi his non ſudauerit, neque oris excretiones, neque alui deiectiones habuerit, cum ijs vel ſaltem aliqua ex ipſis euacuationibus ſoleat hoc medicamentum morbum hunc curare: tunc totius ſuffitu erit opus dempto capite. ne vis venefica per nares & palatum cordi & alijs partibus noceat. Quare æger ſtans veſtiatur conopæo, quod vulgò dicitur pauallon, capite ſolo nudo apparente, & inter illius tibias ſupra prunas ſpargatur ſequens puluis. ℞ cinnabrij. ʒ.j. rnbeæ tinctorum, cinnamomi, & croci. an. ʒ.ß. miſce, & fiat puluis ad primum ſuffitum, & ſi opus fuerit, fiant duo vel tres: tunc, imò etiam tempore vnguenti ex mercurio habeat in ore cryſtallum, vel aliquem liquorem aſtringentem, & repellentem ad defenſionem dentium, & oris. Si verò fuerint vlcera & caliditas, quemadmodum fermè ſemper eſſe ſolet, lauetur ſæpe os ſequenti mixtione. ℞. aquæ plantaginis ʒ. iiij. aquæ portulacæ, roſarum, & lactucæ an. ʒ.ij.ß. rhodomellis, ſyrupi roſarum, & oxyſaccharæ. S. an. ʒ.j. pulueris aluminis vſti, & maſtichis an. ʒ.ij. miſce hoc vel ſimili medicamento curantur oris vlcera. Aliarum verò partiũ vlcera omnia, ſi fuerint ſine oſsium corruptione ſolent curari ſine medicamentis externis, facta curatione totius corporis per ea, quæ diximus: oſsium tamen corruptio cauterio eget, & propria curatione, quæ ab erudito chyrurgo adminiſtrabitur. Nonnulli in curatione huius morbi antiquiſsimi, & fortiſsimi, præter iam dicta vtuntur pululis addendo grana aliqua pulueris Ioannis de Vigo: ego non auderem vti illo puluere, ne in parua quidem quãtitate & correctione: quia eſt corrodens medicamentum: fit ex argento viuo, & aqua, ſeu lixiuio forti, & potenti, quo aurifices vtuntur. Illius tamen autor Vigo ſecunda parte

Pulus.

Puluis Ioannis de Vigo non probatur in pululis.

ſui

ſui operis in peſte dat duo grana huius pulueris, quæ (ipſo dicente) vomitu & ventris profluuio violenter purgat in colica quoque grana duo eiuſdem pulueris cum drachma ſemis philonij Romani laudat tanquam vtile & optimum auxilium: eius tamen vis corrodens externis partibus clemens eſt, & ſine periculo, & pauci doloris: aliquãdo tamen opus eſt miſcere parum vnguenti albi: ne dolor magnopere intendatur, & ideo vnguento ſuperiori loco argenti viui indere parum huius pulueris, potentius hoc eſſet, & tutius, quàm interius aſſumere. Qui deuorandum eſſe hunc pulueren cẽſent, aquis frigidis, & cordialibus, & alijs corrigunt. Huius pulueris emendatio, autore Petro Andrea Matthęolo Senenſi fit ℞. pulueris præcipitati ex Mercurio (qui fit, vt docet idem Matthęolus, libro de ratione curandi morbi Gallici.) ʒ. ij aquarum plantaginis, & acetoſę an. ʒ ij. macerentur per noctẽ, & ſummo mane prioribus aquis eiectis de integro alias eiuſdem põderis ſuper infunde in vaſe æneo, ſeu teſtateo, ad ignem collides, & non ceſſes agitare ferrea, vel lignea ſpatula, donec impulueren redigantur, ex quo fic correcto poteris pilulas, quæ ſequuntur, componere, & fiet maior correctio. ℞. electuarij cordialis Conciliatoris. ℈. ß. margaritarum præparatarum, hyacinthorum, pulueris præcipitati, ſeu Vigonis an. ʒ. v. pnlueris diamuſci, & diamargaritionis frigidi an. ℈. ß. fiãt ex his catapotia quinque, quæ ſumatur ante ſolis ortum. Hæc enim eodem autore breui tempore Gallici morbi dolores tollit educendo vomitu & eiectione pituitam, & atrambilem. Plurima aliorum morborum genera idem doctor hoc pulucre curauit, addendo diuerſa medicamenta, pro ratione diuerſorum morborum, quod ego quemadmodum dixi, periculoſum exiſtimo, etiamſi præter autoritatem Pauli, & Arabis Auicennæ, tot experimentis ſit credendum, & cum Hippocrate extremis morbis extrema exquiſitè remedia optima ſint. Laudat ſimiliter hic autor in hoc, & alijs

Puluis Iouianus de Vigo exterius ad motus laxe datur.

Correctio pulueris.

Pilulæ.

morbis, qui ex atra bile fiunt, pilulas ex helleboro: quas Meſ. capite de eo ex Haly deſcribit: earum tamen vſus in vere tantum iuuenibus & robuſtis confert.

De morbo Gallico.

CAPVT II.

Scholium.

Varia ſententia de eſſentia morbi Gallici refutantur.

S. T morbus Gallicus) Varia ac diuerſa de Morbi Gallici eſſentia apud doctores extant ſententia. Montanus hunc morbū, intemperiē cerebri calidā & ſiccā, in certa ſpecie nobis ignota eſſe exiſtimat. Franca ſtoreus ad humorem pituitoſum eū refert: Muſa eum venenum, & contagionem epydemialem facit: Hi omnes decipiuntur. Montanus quia videmus multoties cerebrū calidū & ſiccum, & nō inficere omnes humores: Francaſtoreus quia homines melancholici, ſanguinei & biloſi, eo afficiuntur: Muſa vero, quia hic morbus caret illis ſymptomatis quæ à veneno contingunt, neque plures interficit, neq cauſam habet communē. His ergo omiſſis ſimul cum ortus, & eius originis inueſtigatione, quia ad curationem nō eſt neceſſaria, breui eius eſſentiam hac ratione accipe.

Eſſentia morbi gallici.

Morbi qui noſtrū inuadunt corpus, quidam manifeſta qualitate afficiunt: vt qui calidi, frigidi, humidi, & ſiccs ſunt. Alij vero totoa tēperamento, vt venena & quæ cōtagione inficiunt, inter quos eſt morbus Gallicus. Qui nil aliud eſt quā Morbus totius ſubſtantiæ, inficiens cerebrū & humores in eo contentos. In hac definitione, morbus eſt genus quo communicat cum alijs morbis: Reliqua partes definitionis differentia ſunt. Cum dicimus totius ſubſtātiæ, ſeparamus hunc morbum ab alijs qui manifeſta qualitatis ſuperfluitina parte qua eum inficere cerebrum & humores in eo cōtentos diximus, diſtinguimus, morbū Gallicū, ab alijs morbis etiā totius ſubſtātiæ peſte, ſudore, opthalmia, & alijs q̄ nō agūt in cerebrū ſed alias regiones par-

ies.

tes Modus quo hic morbus generatur hic est. Etsi cõtactu oſculis, poculis, pectinibus, veſtib⁹, linteis, lactatione infantis facto: hic morbus contrahitur aliquãdo & in plurimũ quotamẽ ex venereo cõgreſſu ob coniunctã conuerſationẽ & calorẽ id cõtingit. Ex eo enim in pene aut mulieris pudendis aliqua portio humoris infecti relinquitur qui aliquando generãs vlcus, & aliquãdo ſine vlcere inficit humores proximos, & hi vicinos quo ad iecur cõ pertillã prauam qualitatẽ quam cõmunicat humori cacochymo hoc eſt in maſſa ſuperfluitanti. ſi talis non reperitur, partem ſanguinis inficit, indeſequũtur morbi varij, cum humor infectus non poſſit gubernari a natura. Hac ratione ſi ſanguis infectionem admittat fiunt phlegmones, & puſtulæ rubræ. Si verò vnus ex alijs humoribus, moleſtus cum ſit ad aliquam partem decumbat, faciet puſtulas, tumores, dolores & vlcera, diſtincta tamen pro varia humoris natura. Verum tamen eſt, tandem in hoc morbo, humores craſſos generari & abundare in corpore: ſi ecce ſit frigidum pituita. ſi calidũ atrabilis. Quæ cum nõ poſſint gubernari neq; a natura mutari ob prauã qualitatem detinetur & aduritur, ita vt perueniens ad partes eas exulceret, non parcens etiã oſſibus ex ſua natura duris. hic morbus antiquis medicis ignotus, noſtris, tẽporibus dei beneficio, vt eſſrenem hominum libidinem reprimeret apparuit. Quamuis hoc non placeat Valleſio (viro in medicina ſtudioſo & docto) qui 4. Epy. com. 1. hunc morbum veteribus cognitum fuiſſe confirmat, ex Hippocrate, qui. 3. Epyd. Sec. 3 ſent. 4. morbos recenſet quos in morbo Gallico in dies experimur, vlcera ſordida, capitis & menti glabritiem ſine febre, & cum exulceratione pudendorum, & faucium, oſſa etiam exciſa & mudata. Mirandum tamen eſt de tanto viro, hactenus non animaduerſiſſe in morbo tam populari rem aliquam nouam veteribus incognitam, quam poterat ex ẽtagione, cauſis, & curatione colligere. Ex cõtagione quia

Modus quo generatur morbus Gallicus.

Valleſius reprehenditur.

illa antiquorum vlcera alios non inficiebant at ea quæ nunc in hoc apparent morbo cõtagiosa sunt. & ex ipsis solet sequi profluuium pilorum. Ex causa quia apud antiquos pilorum decidentia duas tantum habuit causas vt in primi capitis scholio docuimus: At morbus gallicus vna tantum habet eis ignotam, nempe vitium excremẽti. Tu adde dolores, qui etsi eos experios habuerit antiquitas non tamen illis semper exacerbabantur nocte, vt in huius morbi doloribus contingit. Curatio præterea hunc morbũ nouum esse demõstrat. Pustulæ enim cutis apud illos, purgato corpore cessabant. Quas in hoc morbo nisi totum habitum corporis euacuemus, perseueramus & cum ingẽtissimo dolore experimur. Dolores apud antiquos anodynis cessabant. at in hoc morbo magis exacerbãtur. Et in summa nisi medicamenta Alexipharmaca quæ oppugnẽt præsentem morbi Gallici qualitatem adhibeantur, nunquã curabitur perseuerante semper humorum infectione. sunt autem Alexipharmaca similax aspera indica lignũ Guaiacum & Argentum viuum.

Auctoris lapsus. Hic morbus curatur primo victu) male perscribit author rationem victus, hominibus morbo Gallico affectis, nõ enim semper debet esse humida. sed aliquando humida & aliquãdo sicca, humida cum natura est sicca, & humor redundans sucus. Sicca vero in natura humida & humore humido. Neque etiam debet semper alimentum, in actiuis qualitatibus temperatum assumi cum enim est infectio in bile refrigerante alimento cum in putrefactione aut melancholia calfaciente vtendum est. Quia si imperamus in his alimenta temperata, prout licebit debent alterari. In corpore frigido calidis, piperi borragine: in calido frigidis lactuca, pyssana & similibus.

Victus ratio in morbo Gallico.

Sanguinis missio. Secundo sanguinis missione) semper cõstante virtute in Gallico affectu sanguinem mittes. si sit plethora vt euacues, si cacochimia ob sanguinem vitiosum.

Purgatio. Tertio concoctione omnem morbũ Gallicũ in Melancholico

cholico humore collocat auctor, ac proinde non est mirandum si syrupi ab eo præscripti eum respiciant. Nos vero qui hunc morbum in omnium etiam aliarum humorū exuperantijs collocamus, non unum solum, sed eum qui redundat præparare solemus.

Quarto euacuatione arrabilis) pro vario humore peccante & pro inde infecto vario medicamento purgante vtere neq. segnaris auctorem, semper purgando melancholiā, crassissimæ enim errabis, & cum maximo ægrotantis dispendio. Purgatio.

Quinto exercitio forti) morbus Gallicus nostri ævi tyrannis, his famulis gaudet: pustulis vlceribus pudendi, bubonibus, Gonorrhœa, defluxio pilorum, Tumoribus præter naturam & tandem doloribus: ex quibus eius tempora colligimus. Principium cum pudendi vlcera apparent, loquimur enim modo de his qui eum contraxerunt. Augmentum cum inguina inflammantur, & maius augmentum cum tecur & humores in eo contenti inficiuntur, statum vero ex totius corporis infectione, quam ex pustulis, doloribus tumoribus & pilorum defluxio cognoscimus. Sed aduertendum est hunc affectum in quocunque tempore coniunctum habere humorem. Num in principio humor fluit ad vlcus, in augmento ad bubonem, quo tempore iecore humores iā sunt infecti, in statu omnia mala quæ incute apparent ex humoribus etiam pendent. Qua ratione his omnibus malis succurres, breuiter explicabo. Si pustulæ incute appareant cum oriantur ex humore prauo qualitate infecto ac proinde irritante partes ad sui expulsionem curanda sunt, primo sanguinem mittentes in plethora vt euacuemus, in cacochimia, ob sanguinis vitiū sanguis autē missio nō solum bis aut ter sed cōstante virtute, etiā (exies & septies faciēda est. Postea purgato humore peccante Tandem ad decoctum ex similace aspera & Guaiaco deueniendum. vt sudoribus habitum corporis euacuemus. Pustulas vero excicabimus aqua fortis aut

In morbo Gallico varij sūt morbi & varij symptomata.

Tēpora in morbo gallico.

Curatio pustularū

aut aqua plantaginis cum alumine decocta. Si vlcus ſit
Curatio vlceris pudendi. in pudendo, cum hoc caliditatem aliquam habeat ex motu & fricatione contractam prius auferenda erit lotione ex aqua roſacea, nenupharis aut alia quæ frigida ſit, deinde ſordes (quæ impediũt vlceris conſolidatiõ) auferes pauco puluere vigonis cũ vnguẽto albo permixto, vt exterſio ſit ſine morſu. Quod ſi labia vlceris dura ſint aut vlcus difficilter curetur, ſolo puluere rũ vtendũ erit: quo & extergimus & partẽ illã calloſam cõſumimus. Vlcere mundificato cicatricẽ induces, miſcẽs alumen, tartarũ, et aruginẽ, cum vino albo & aqua roſacea, ita vt aluminis ſit maior quantitas, minor Tartari, & adhuc minor aruginis, & ſi difficulter vlcus cicatricẽ admittit, vnguẽto ex Mercurio vngẽda ſunt inguina & pudendũ. Hoc enim exiccat vlcera, corrigit intẽperiem & extinguit morbi ſeminarium. Bubonem hoc modo curabis. Cum bubo ſit intemperies cum afluxu humoris, habet aliquid factum & aliquid quod fit: id quod fit præuidebis reuellens alio humorem fluentem ad locum affectum. Reuulſio hac ſanguinis miſſione exercebitur, ſecta baſilica eiuſdem partis, quæ cum loco affecto rectitudinem ſeruat. Id vero quod in rumore factum eſſet, curari debet, enacuatione, quæ ſectione venæ pedis eiuſdem partis commode fit, vltimo appliccabis ſupra bubonem emplaſtrum diachilonis, pulueres iridis, ſuſperium, vt digeratur humor per halitum. Quod ſi non poſſit digeri, ſed ad ſuppurationem mutetur, medicamenta ſuppurantia adhibenda erunt. Puncte in extrahemus vũ quẽadmodum chirurgici faciunt medicamẽto cauſtico aperiẽtes abſceſſum, quoniã dolorẽ excitabimus magnũ, & inde fluxionẽ ad partẽ languidã ex ſua natura. Sed ſcalpello ſectionẽ facies, foliũ myrthi repreſentantẽ vt iuxta via pateat ex Gale. 13. metho. cap. 5. Neq; enim hac in parte ſequẽdus eſt Muſa ante ſuppurationẽ aperiens bubonem, ne dolore excitato augeamus affectũ. Gonorrhea ſequitur. Quadruplex eſt, vna propia

Curatio gonorrhea.

in qua

in qua assidue semẽ emittitur de qua non agimus modo, altera impropriè dicta, cũ per pudẽdum substãtia alba fluit quæ nõ est semẽ sed pus. Quod colligimus quia semẽ sine dolore emitti solet, at pus cũ dolore, hæc impropriè & per similitudinẽ Gonorrhœa est. quæ in morbo Gallico apparet, ex multis enim Vlcusculis ĩ parte interna penis ortis pus egreditur, dolorẽ sentiẽtes nõ solũ in illa puris excretione sed etiam in pudẽdi erectione, ob partis Vlceratæ tentionem. Curatur hæc sanguinis missione primo, nã ob dolorem attracto humore fiat inflãmatio, & vt portio humoris peccãtis euacuetur. Quẽ purgabimus & vltimo extergemus, cicatricẽ q; inducemus in Vlceribus, decoquẽtes boraceũ cum rosis, esq. mel rosatũ colatũ permiscentes. Quo decocto Syphone siue pulso sæpe vrina meatum lauare oportet, aut hoc alio. ℞. aquæ plantaginis ℥. vij. aquæ rosarum ℥. iij. rhodomellis ℥ ij. collyrij albi rhasis ℈. iij. dissoluantur & misce. Si sit magnus dolor collyrium sit cum opio. Vrinæ acrimoniã (quia in transitu per Vlcuscula mordicationem parit) temperanda erit, bibentes decoctionẽ maluarum & liriquitiæ, cum serapio rosaceo aut Violaceo. Et si magnus sit ardor, syrupo de mucilaginibus à Matthæo de Gradi descripto vtemur, quem capite de ardore vrinæ ante habes descriptum. Solet aliquando in Vlceribus prædictis cũ multum durant, caruncula innasci, & impedire transitũ vrinæ. Quã curabitur ea ratione qua laguna & Amatus Lusitanus docent. Decidẽtia pilorũ in morbo Gallico, ostendit antiquos Medicos eum nõ cognouisse. Ipse enim vt ĩ primo habes scholio a duabus tantũ causis defluere pilos scripserunt, cũ in morbo Gallico nulla ex illis eueniat sed a prauitate excrementi. Remedia ad eiusmodi defluuiũ multa habet Antonius musa, in suo libro de morbo Gallico inscripto. Ego vnum solum describam quo si vtaris prohibebis ne pili decidãt & excisi renascentur: quod experti sumus habemus, hoc autẽ est vnguentũ ex Mercurio paratũ. Quo humeri articũ

Curatio decidẽtia pilorum in morbo Gallico.

ticulos, vertebras colli, & retro aures unngere debes quã. ad in ore iam incipiant vlcera apparere. Tumores præ. ter naturam ceſſabunt, ſanguinis miſſione ſeruata rectitudine facta, purgatione, decocto ſimilacis & ſupra tumorem hoc vtens medicamento ℞. emplaſtri de ranis & contra duritiem ana partes æquales extendantur ſuper alutam ad formam dandam. dolores in morbo Gallico, ſine tumore aliquo ſolent moleſtiam inferre alicui aut multis partibus. hi curantur primo ſanguinis miſſione vt impediamus fluxũ humoris ad partẽ dolentem. 2. humoris peccantis purgatione & decocto ligni Guaiaci aut ſmylacis. & ſi his non ceſſet vnguẽto ex Mercurio partẽ dolentẽ vngemus aut ſi ſit in multis partibus dolor, vniuerſalẽ fumo lusquo ciemus vnctionẽ. Præterea in ſupradictis affectibus, decoparatur de eſtũ ligni Guaiaci & Smylacis, a nobis propinatũ fuit nõ coctum ex ſolum vt ſudorẽ moueremus ſed vt prauam morbi qualitatem, his medicamentis quæ illi toto temperamento con Guaiacoet ſmylace, in trariãtur, radicitus (ſi fieri hoc poteſt) euelleremus. oleum decoctũ varie parari. Aliqui libram ligni, in duodecim libris aquæ decoquunt, ad medietatis conſumptionẽ. Quibus omiſſis, cum vehementẽ decoctionẽ imperent, nos duplex ſolemus parare decoctũ vnũ (quod vulgo aſgua fort dicitur) decoquentes vſq. ad medietatẽ quatuor vncias ligni minutatim inſciſi & per quatuor horas ĩ duodecim libras aquæ infuſi, ſecundũ illud idem lignũ in triginta libris aquæ vſq. ad tertiæ partis conſumptionẽ igni lento, etiã coquẽtes. Qua eadem rõne ſmylacem præparamus primo decoctio mane & veſperi vtimur vt ſudorẽ moueamus ſecundo vero in prandio & cena loco aquæ conſueta. Quod tertio quoq. die faciendũ eſt. Vbi aduerte in hũ decoctis rectè administrandis naturã ætatẽ & tempus anni eſſe conſiderãda. Nam ſi hæc calida ſint in decoctione miſcẽda quæ tẽperent calidi tatẽ horum medicamentorũ. qualia ſunt borrago & endiuia ſi vero frigida quæ a liquantulũ augeãt calorem, ſi eckadẽ, maiorana & ſimilia ſunt

lia miſcebis. Neq. oportet hoc in loco aliquorũ cõſuetudinẽ ſequi cũ ſyrupis humores præparãtibus miſcent ſcenã & alia medicamenta purgatia. Ex Hyppocrate enim didicimus coctionem poſtulare quietem. Aliquando tamen quando ſcilicet hic morbus totum habitum corporis occupauit poſſumus cum multis euacuationibus, per cutẽ & vrinam, & aliuum precedente ſemper purgatione. Qua ratione hoc decoctũ vtimur aliquando ℞. polipodij, ſcenæ & hermodactilorum ana. ℥. j. ℈. radicum diureticarum. ℥ ij. & borraginis, fumi terræ, ciorex. agrimoniæ an mã. j. ligni ſanctí minutatim inſciſi & ſmylacis aſperæ ana. ℥. ij. ſcena Polipodium & hermodactili ponantur in ligatura & decoquantur omnia in duodecim libris aquæ vſque ad medietatis conſumptionem. *Quando liceat in morbo gallico multis vti euacuationibus.*

Præterea cum decoctũ propinamus an victus in principio debeat eſſe tenuis, aut craſſus nõ caret cõtrouerſia itali ſicut ĩ morbis acutis efficere ſolẽt victu vtũtur craſſo vſq. ad diem decimum quartum gallinas, epata, gallinarũ, lactes, hados & ſimilia concedentes at poſtea panẽ biſcoctum ſolum aut cum vuis paſis. Hiſpani contra victum tenuem laudant in principio, craſſum vero procedẽte morbo. eoq. in progreſſu morbi procurantur multæ euacuationes, quas non poterit ægrotus inedia vtens tollerare. Melius tamen faciet. qui cum diſtinctione cibabit: in robuſtis vtens ſtalorum victu, at hiſpanorũm in his qui vires habent languidas.

Si fuerit antiquus & curtu difficilis, Quãdo tumores & dolores perſeuerant. ex quibus colligimus morbũ iam eſſe in habitu, deuenendũ eſt ad ũctiones factas vnguẽto ex Mercurio ſeu argento viuo parato ſolet autẽ argentum viuum multis modis parari. Primo earũe qua docuit Vigo, ſuum præparare puluerẽ: aſſumentes argentum viuũ, idq. in alambico vitreo collocantes, cum certa quantitate eius aquæ, qua aurifices, aurũ ab argento ſeparãt, eo vſq. percoquentes donec tota humiditas abſumpta ſit; *Cutaneo vnguenta.*

Varia argenti viui præparatio.

pta sit: & massa remaneat. quæ rupto vitro extracta præcipitatum dicitur. Quo vtendum non est in vnguẽtis quæ solent ad morbũ Gallicũ parari, ob eius vehemẽtiam quæ exsicat corpus, ita vt fœbrẽ inducat hecticã. Iacobus Syluius corio præparat ponit enim argentum viuum in corio & exprimit. assumitq. eam potionem quæ corio pene trauit quia tenuis est. reliquã crassam tanquã in efficacem relinquens. Aliqui præparãt coquentes illud cũ aceto. Alij ipsũ vrũt in vitreo vasse sine humore aliquo. Mathiolus præparare solet Argentũ viuũ & præcipitatũ vigonis, aqua plantaginis vel solani. Quod nonnulli tanquã rem secretam seruant. In hac valetina ciuitate præparamus Argentũ viuũ cum axungia porcina, quia hac eius motũ retardat, tum quia nolumus vrere medicamentũ quod sua frigiditate debet agere. Vnguentũ ergo huic rei acõmodatum non potest describi, quia pro vario affectu natura & tempore, varie solet parari. Si tantum tamẽ nobis hoc est ℞. Mercurij ʒ. iij ℈. extinguatur in assungia porcina sine sale, exactissime, olei laurini & vulpinia na ʒ. ij. cinereis vitis ʒ. j. ℈. theriacæ magnæ ʒ. ℈. mastichis, & thuris ana ʒ. ij. ceruſæ ʒ. j. ℈. misce & fiat linimentum admodum vnguenti: huius compositionis basis est Mercurius, assungia illud extinguit, hoc est facit, ne hinc inde moueatur & simul temperat ipsum sicut thus & theriaca magna, cinis facit ipsum penetrare, & excitare vlcera, olea discutiunt. ceruſa vero ob corpulentiam additur. hoc vnguento inungenda est pars, aut articuli. Neq. audiẽdi sunt qui existimant humorem qui tumorem in cute generat, per eãdem partem esse euacuandum, cum per ipsam impetum faciat. nullũ enim insenies medicamentũ qd eius crassitiẽ attenuet, si præterea hoc vnguentũ. Argentũ viuũ adiutũ alijs medicamẽtis, ex toto corpore euacuat, suaque frigiditate humores ab habitu corporis repellit interius ad loca euacuationi accomodata. Mathiolus (quẽ multi sequũtur) expuluere vigonis aqua plãtagi

Vnguentũ ex argẽto viuo.

Pilulæ Mathiolo dãnatæ.

nis

nis extincto,pilulas cõstruit ex granis quinq. istius pulueris,electuario diamargaritonis frigido,cofectione gemtilis cõtra melancholiã & syrupo aliquo. Alij bolũ componunt ex praecipitato & cardiaca cõfectione. Abstinere tamen oportet ab his neq.per os assumenda sunt,eo quòd exiccant partes principes & dissenteriam sapissime inducũt. Si enim habemus medicamẽta quæ humorẽ secure purgãt,cur purgabimus cũ periculo? Aliqui hũc morbum curant suffitu ex cinnabrio vulgo Vermello. Quo etiã medicamẽto ob vehementiã nõ utor. Quòd si eo utaris caue ne inspiretur vapor, quia est infestissimus thoraci & neruis. *Curatio per suffitũ*

De vlceribus capitis manantibus,quę à Grę- cis achores,& à iunioribus barbaris tinea dicuntur. Et de curatione pediculorumcapitis & aliarum partium.

CAPVT. III.

Descriptio vlcerũ capitis manantium.

VAS Græci Achores dicunt, Plinius manantia capitis vlcera appellat.Vulgus,quia vestium tineis simillima sunt,capitis tineas nominauit. Est autem autore Paulo, hic morbus affectio quædam capitis tenuissimis foraminibus cutem perforans,quibus glutinosus humor depellitur.Causam habet nitrosam,salsamque pituitam,seu mixtum quendam humorem, qui partim tenuem saniem,ac mordacem,partim verò crassum succum in se habet: vnde si qui excernitur humor tenuis sit, bilioso sam dominari saniem conijcimus:si crassus,atque glutinosus pituitam.Pediculorum verò generatio,quam pediculationem Latini,Græci phthiriasin nominant,à calidis fit humoribus,crasis tamen, sed cutim subeuntibus, atque in eius profundo pediculos generantibus. Quod plurimum etiam iuuat,&immundicies,& crassorum ciborum,earumque

Causa.

Signa.

Pediculorum genera, & causa.

que rerum vſus,quę excrementa ad cutim detrudunt: vt ficus. Morbus per ſe patet.

Curatio.

Victus. Curatur primò hic morbus victu temperato in ãſtiuis,& humido,& alimentis boni ſucci.vt pullo gallinaceo gallina,& ſimilibus. Omnia quæ atram bilem generant, maximè nocent: de quibus capite ſuperiori de curatione morbi Gallici abunde dictum eſt.

Concoctio. Secundò materiam apparantibus his, & ſimilibus ℞. ſyrupi fumariæ. S. borraginis.an.℥.iij. rhodomellis,ſyp. endiuiæ compoſiti.an.℥.ij.miſce. Item ℞ decocti borraginis,fumariæ, radicis bugloſſæ, & petroſelini addendo parum epithymi libram vnam ſemis.

Purgatio. Tertiò,vacuantibus per medicamenta cõferentia,quę humorem terreſtrem mixtum cum ſeroſo tenui purgant: de quibus ſuperiori cap. diſputauimus,vt.℞.diacatholicõnis.℥.vj.confectionis medicaminis Hamec.℥.iij,diacarthami & electuarij de ſucco roſarum an.℥.j.ſyr.bugloſſæ.℥.j aquę borraginis q.ſ.miſce,fiat potus. Præter hanc primã purgationẽ eſt vtilis,& neceſſaria leuis purgatio, bis ſaltẽ in mẽſe,inter quas accipiat electuariũ diarhodonis abbatis,vel conſeruam borraginis cum decocto,vel a qua bugloſſæ,vel borraginis H[illegible]c & ſimilia tollunt nocumenta,quæ ventriculo,hepati,cordi,& toti corpori inferre ſolent purgantia medicamenta, fiat leuis purgatio per pilulas has ℞ pilularum indarum ℈ iiij agarici trochiſcati ℈.ij cum aqua bugloſſæ fiãt pilulæ quindecim: adde diagridij.g.decem,& aurentur:ad vſum tres pro doſi. Si non poteſt deuorare pilulas vtatur hac mixtura.℞.diacatholicon & diaſenę.an.℥.j. diacarthami & confectionis medicaminis Hamec.an.℥.ß agarici trochiſcati ʒ ij. ſyr. borraginis.q.ſ.miſce, & fiat confectio: doſis cochlearia duo.

Iterandæ purgatio modoleuis ſit.

Derivatio Quartò, vacuantibus à parte affecta per loca propinqua,videlicet,per palatum & per nares: vt ſi ſuccus ficlæ admoueatur naribus,vel puluis piperis,vel mandat maſtichen,

chen,vel alia compoſita: de quibus capite de apoplexia abunde dicemus.

Repulſio.

Quintò,repellentibus,& aſtringentibus, ſi incipiant achores,q; lotione aſsidua partis affectæ,decocto baccharum myrti,plantaginis,roſarum, portulacæ, & ſimilium fiet,vel vngatur bis in die hoc vnguento.℞. vnguenti albi.℥.j.℔.vnguenti roſati fantalati ℥.℔.miſce.

Reſolutio.

Sexto,cum morbus eſt in augmento,vel vigore, per ea,quæ materiam partis affectæ extrahunt, & diſſoluunt: primo fiat lotio decocto vrticæ,lapathi, fumariæ, fœnugręci,camomillę,& ſimilium,raſo prius capite:& vngatur hoc vnguento.℞ ſucci lapathi ℥.j.olei camomillæ & laurini,an.℥.j.℔.olei roſarum ℥.℔ aceti cochearium j. ſulphuris ℥.ij.tuthiæ,ſpumæ argenti,an.℥.ß. ceræ quod ſufficit, miſce & fiat vnguentum. In hoc vlcere & aliis capitis affectibus laudantur à Galeno,primo de compoſitione medicamentorum ſecundum locos,& à Paulo 3. lib.& ab Aetio.6.ſermone multa medicamenta: ſemper tamen à clementioribus eſt incipiendum, vt ſunt duo ſuperiora.

Vnguentũ

Ab ætate contra indicatio.

In infantibus tamen omnia ſunt ſuſpecta, niſi quæ ſequuntur: Primo poſt rationem victus nutricis debitam, capiti infantis ſæpe admouentur ſemen ſeſami manſum,vel medulla,ſeu interior pars oſsium mali perfici, vel frictio ſæpe fiat carne porcina veteri cum cuti,decocta vino albo. Hæc conferunt ad dolorem,& impediendum incrementum, quamuis omnes fermè cutanei morbi capitis impediant epilepſiam futuram in ipſis. Cùm ægroti noue iam, aut decem annos nati ſunt, fueritque hic morbus confirmatus,& factus ab humoribus aduſtis ſimiliter,& craſsis, cuti adeo contumaciter adhærentibus, vt in ſe quippiam ſchirroſum habeant,hi poſt vacuationem egent medicamentis Valentioribus,de quibus Gal. Paulus,& Aetius locis iam dictis ſatis plenè ſcripſerunt. Inter quæ ſal,fex vini aduſta, & arſenicum laudantur, & alia his ſimilia, ſequens tamen medicamentum ſpectatum & probatum eſt

in tinea,& aliis vetuſtis vlceribus. ℞. vtriuſque hellebori, ſulphuris viui,atramenti,auripigmenti,calcis viuæ,vitreoli,aluminis,gallarum,ſuliginis,cineris clauellatarum. an. ℥.℔.argenti viui extincti viridi æris.an.℥.ij.fiat ex his pulueris,& cum ſequentibus miſceatur,℞. ſuccorum borraginis,ſcabioſæ,fumi terræ,& lapatij acuti an.℥.j.℔.bulliant omnia,& adde fæcis olei antiqui ℥.iiij.aceti ℥.ij. picis liquidę ℥.ij.c[illegible]quod ſ.miſce & fiat vnguentum, quo ſine dubio curabitur hic morbus,dummodo poſt curationem ipſam fiat ſaltem in anno corporis euacuatio, ne natura aſſueta emittere à toto ad caput, iterum expellat.

Vnguentū præſtantiſſimum.

Vnguentū

Hoc quoque vnguentum eſt optimum. ℞.gallarum ℥.iij. ſeminis cuſcutæ ℥.ij.arſenici rubri,ariſtolochiæ an.℥.ij. ſalis armoniaci,fuliginis furni,ſulphuris, amygdalarum amararum,colocynthidis,radicis papaueris, foliorū fici, foliorum oliuæ,radicis arundinis, viridis,aluminis, ſieph memitæ,mirrhæ,aloes,olibani.an.℥.j.℔.fiat ad formam vnguenti cum aceto ad ſolem.

Vnguentū mite.

Hoc quoque eſt probatum, & habet minorem vim, & intrepide poteſt medicus vti eo:℞. cineris capillorum humanorum ℥.j corticum auellanarum combuſtarum ℥. j. ℔ fęcis olei ℥.iiij. mellis ſine ſpuma ℥. iij. mirrhæ ℥.j.℔. aloes ℥.℔. croci ℥.iij.miſce:& fiat vnguentum. Primum ex tribus iam dictis eſt potentius, & eo liberata fuit quædam iuuenis, quæ quatuordecim annos laborauit hoc morbo.

Hiſtoria.

Curatur etiam hic affectus à multis doctoribus,& à noſtris fœminis nouem pileis, hac forma. Accipe pannum cæruleum laneum,ſuper quem extende picem nigram, & reſinam pini,& impone capiti ra[illegible],actu calidum: ibique adhæreat nouem diebus,deinde violenter extrahatur pileum adeò,vt pili euellantur ſimul cum vulcellis, quas vulgò pinças vocamus,vel alijs ferreis inſtrumentis:poſtea lauetur caput decocto rerum dictarum, addendo parum hederę:deinde imponatur ſecundum pileum eadem forma:

Curatio cū pileis.

&

&eodem modo imponatur tertium & quartum, vsque ad nonum seruando eundem ordinem, & modum in omnibus. Curabitur dubio procul & forsan perpetuo habebit pilorum glabritiem, non secus ac si esset verum caluitium: semper tamen saltem per annum ab hac curatione fiat frequens corporis purgatio.

Curatio pediculor.

Pediculi interficiuntur, & prohibentur ne fiant: primo debita ratione victus per ea, quæ bonum gignunt succum, & sanguinis corruptionem impediunt, & excrementorum augmentum quare nimia copia ciborum, & eos immoderatus sumendi ordo nocet, similiter & ocium, & alia multa: de quibus libris detuenda sanitate, & libello de bono & malo succo agit Galenus.

Victus ratio.

Sectio Venæ.

Secundo per sectionem venæ iecorariæ, præcipuè si sint rubri pediculi, aut corpus sanguineum.

Purgatio.

Tertio vacuantibus materiam putrem, à qua fiunt, per medicamenta propria humori, præcedenti illius concoctione per accommodata medicamenta: de quibus omnibus primo capite dictum est: semper tamen prius est, cognoscenda causa per sua signa. Quandoque sola vestium mutatio satis idonea est ad curationem morbi huius.

Balneæ & lotiones.

Quarto post vacuationem curatur balneis aquæ marinæ, vel decocti lapathij, hederæ, absinthij, lupinorum, & similium. Quibus si addas parum hellebori & staphisagriæ, maior vis in erit balneo, seu lotioni.

Necantia pediculos.

Multa sunt, quæ pediculos necant, vt argentum viuum mixtum cum sanguine porci, & admotum scapulis, & parti mediæ inter thoracem & ventriculum. Hoc

Vnguentū

vnguentum potenter eos necat, si cum zona imponatur corpori, maximè si partes multa corporis eo vngantur: ℞. olei ʒ. iij. Mercurij extincti ʒ. j. cerę ʒ. ß. misce & fiat vnguentum.

De dolore capitis à quacunque cauſa contingat.

CAPVT IIII.

Deſcriptio & diuiſio doloris capitis.

DOLOR capitis, quem cephalalgiam Græci vocant, barbari ſodam, affectus eſt caput infeſtans, qui ſi diuturnus ſit, cephalea appellatur: graue quidem malum eſt, & quod vel leui occaſione vehementes excitet acceſsiones, ita vt neque ſtrepitum, neque vocis vllius vehementiam, neque ſplendorem tolerare poſsit infirmus: ſed obſcuritatem, tranquillitatemque intra cubiculum quærat, idque ob doloris vehementiam: quippe malleo ſe nõnulli percuti arbitrantur, alii caput diſtendi, alij aliter affliguntur: idque aut media ſolum capitis parte, & hemicrania dicitur: aut omnibus ſimul, atque adeo vel intra caluariam, vel extra quod inde diiudicare poteris. Quibus enim intra caluariam morbus eſt, ijs ad radices oculorum morbus porrigitur.

Cauſæ generales.

Prouenit generatim hoc malum aut ob nudam intemperiem, aut ob ſuccorum redundantiam, aut ob intemperiem ſimul, & ſuccorum copiam, nonnunquam per conſenſum aliarum partium, ſæpe etiam à cauſis externis (quas procatarcticas dicunt) vt vſtione, frigore, ictu, & ebrietate, alijſque huiuſmodi. Si ab intemperie ſola acciderit, à frigore quidem, atque calore obortus capitis dolor vehementior erit, ab alijs qualitatibus, remiſsior: aut fortaſſe nullus niſi frigori aut calori coniungatur. Communem autem notam habebit, à quacunque fiat intemperie, quod nulla aderit grauitas in capite: quæ ſemper, cum ab humore ſit capitis dolor, adeſſe ſolet. Si à ſuccorum redundantia contingat dolor capitis. Si quidem à ſanguine, cauſam habet immoderatam victus rationem ſanguinem

Cauſæ ſolius intemperiei.

Signa ſolius intemperiei.

Cauſa ſanguinei doloris.

gene

generantis, vel q̃ ab euacuationibus,& exercitijs, alijsq; rebus eius copiam minuentibus ceſſauit infirmus: cognoſcetur id per has notas,rubor in facie adeſt,& oculis;venæ diſtenduntur,non maiores tantum, ſed etiam minores adeò,vt quæ præ tenuitate nullam ſui phantaſiam præbebant conſpicuæ fiant. Pulſus magnus,vehemens ac plenus, vrina ſubruffa,& craſſa,dolor capitis grauãs Si à bile: hũc efficere poſſunt capitis dolorẽ, quæcunque immoderatè vniuerſum corpus,atque adeò caput & calfaciunt, & ficcant,& bilis inſuper copiam coaceruant: cuiuſmodi ſunt ira,dolor,ſollicitudo,vigiliæ,labor,exercitatio, inedia,abſtinentia cibi,bilem procreantes;ætas vigens,hominis tẽperamentum bilioſum,æſtas,atque alia id genus. Qui ſic affecti ſunt,dolore acriore,magisq; pungente, quàm ſuperiores tentãtur: os his amareſcit, ſitiunt & generatim omnia quæ bilem generare diximus, pro notis ſint: quin ea quoque quæ in ijs quos calor ſolis infeſtat,reperiuntur: accidit autem ipſis morſus interim maior, & pallor faciei,ficcitasq; oculorum,& narium,& linguæ. Si à pituita quæcunque pituitam in capite coaceruant, hanc peperiſſe affectionem certum eſt,vt holera,fructus,piſces, lac, aërem frigidum,vitamque nullis negotijs impeditam,ac deſidem. Quæ omnia conſiderare oportet,& inſuper ægri temperamentum,ætatem,anni tempus,& faciei alborem, vt ab his in morbi notitiam deducamur. Demum ſi à melancholia:cauſæ & ſignæ ex capite de melancholia petenda ſunt Si per conſenſum dolor capitis fiat, à ventriculo, vt plurimum,oritur,ſæpe etiam ab alijs partibus,vt vtero, hepate,& ſplene:vbi conſideranda ſunt ſigna, quæ primo geneam affectionem ab ea, quæ per conſenſum eſt, diſtinguunt: ea ſunt, quòd pars quæ per conſenſum aliam infeſtat, prior ipſa laborat,& pro modo intenſionis & remiſſionis eius morbi,quo ipſa afficitur,illa ſimiliter, aut intentius,aut remiſsius affligitur:adde quòd hæc ingrier, illa quæ per conſenſum & ſympathiam ægrotat, non

Signa ſanguinis.

Cauſa doloris bilioſi.

Signa bilioſi doloris.

Cauſa doloris pituitæ.

Signa pituitæ.

Quando eſt per cõſenſum alterius partium.

neceſſario ſemper, ſed per interpollationē cōdolet. Affectiones verò, cauſæ & ſigna partium, à quibus per ſympathiam caput laborat, ex proprijs capitibus deſumenda ſunt. Si a cauſis procatarcticis nempe ab vſtione, aut calore. Cauſas ex ſermone laborantis venabimur, cuioſmodi ſunt longior in ſole mora, aut in balneo, ira, exercitium, rerum calidarum odoramenta, & flammæ vicinitas. Indicium laborantium, cute attactu calida, & primo ſtatim manus iniectu aridiore quàm primum elucet. Sic præterea affecti, præſertim qui ob ardorem laborant, rubris admodum ſunt oculis. Si ab alijs fiat cauſis externis dolor capitis, eadem vtemur methodo cauſas ab æ gro exquirentes. Quibus ſcitis, morbus proculdubio conſtabit.

Cauſæ & ſigna doloris capitis à cauſis externis.

Curatio ſanguinei doloris.

Curatur ſex remediorum generibus dolor hic, ſi à ſanguine fit: primo victus ratione frigida, & ſicca, videlicet aëre (ſi naturalis non ſit) arte refrigerato herbis floribus, & aquis cum aceto, vt roſis, myrto, plantagine, violis & ſimilibus. Cibus ſit frigidus, & qui paucum generet ſanguinem, vt ſunt, lac amygdalarum dulcium parum toſtarum (ne oleum earum noceat capiti) ptiſana hordeacea cum iure pulli gallinacei, ſi opus fuerit, lactuca cocta, & poſtea cum aceto roſato, ſimiliter cucurbita, & cichorea, & ſimilia maximè cōueniunt. Quæ ſanguinem multū augent, & calefaciunt, nocent, vt caro & oua. Magis etiam quæ vaporoſa ſunt vt vinum, eruca, ſinapi, cæpe, & allia: prima menſa ſuuant, quæ alium lubricant, vt pruna damaſcena, & vuæ paſſę ſine granis. Secunda quæ prohibent vaporum, aſcenſum claudendo ventriculi orificium, vt ſunt caro malorū cotoneorum ſaccharo condita, mala cotonea, & pyra toſta, & coriandrum præparatum.

Victus.

Sanguinis miſſio.

Secundo, ſanguinis miſſione, præcedenti ventris lenitione per hunc clyſterem, vel ſimilem ℞ maluarum, foliorum violarum, ficlæ, furfuris, mercurialis. an. m. j. fiat decoctum, de quo accipe vncias quindecim, cui

adde

adde olei violarum ℥.j. olei roſarum ℥. iij. caſsiæ fiſtulæ præparatæ & diacatholicons an.℥.j. ſalis ʒ.j. miſce & fiat clyſter. Facta iam ventris vacuatione ſcindatur, ſi fuerit plenitudo totius, media vena, quæ rectitudinem habet cum capite, quia ad cæphalicam terminatur & ab hepate vacuat per iecorariã, & mittatur ſanguis reſpondens plenitudini. Si verò non fuerit plenitudo totius, cephalica ſecetur, niſi ex ſuppreſsis menſibus, & hæmorroidibus dolor factus fuerit. Tunc enim Tibiæ, vel pedis vena incidenda eſt, ſecta prius vena media primo, & ſecundo humerali, ſi oportuerit.

Repulſio.

Tertiò, repellentibus ſanguinem fluentem ad caput poteſtate & actu frigidis, ſi fuerit in æſtate & æger iuuenis: & in hyeme & ſene tantum poteſtate frigidis, qualia ſunt aqua, aut ſuccus roſarum, endiuiæ, portulacæ, lactucæ, plãtaginis, ſemperuiui, ſolani, ſingula per ſe, vel mixta cum illis, aut cum aceto, & oleo roſarum futuræ coronali facta raſione ſæpe admoueantur, vel ab alto in modum torrentis impellantur ad maiorem penetrationem, quamuis Galenus ea in parte capitis ſtatim ſenſit citiſsimam clariſsimamque refrigerationem ſola infuſione roſacei frigidi. Hæc tamen repellentia, aſtringentia, & roborantia partem affectam, nocent, ſi fuerit febris. Inhibent enim tranſpirationem febrilis vaporis, augentque febrim: nocẽt quoque cum materia iam partem obſederit, quia ibi eam detinent. Denique ſi fuerit cephalalgia cùm catarrho nocent, quia per compreſsionem eum augent.

Contra indicantia.

Purgatio.

Quarto, purgantibus bilem flauam turgentem, aut proximam turgenti medicamentis cholagogis. Pars enim calidior, & tenuior ſanguinis in bilem conuertitur. Medicamenta hæc ſimplicia, & compoſita multa ſunt, de quibus capite 1. egimus. Vnum tamen eſt maximè notandum, huic affectui præternaturã non conferre purgãtia medicamẽta vehemẽtia, quæ maleſica & inſalubria dicuntur ſed bona & ſalubria, vt caſsia fiſtularis, manna

Salubria medicamẽta quæ. Arabum, tamarindi, pruna damaſcena, rhabarbarum, & myrobalani citrinæ. Prima enim calefaciunt nimis ſanguinem, & eum ad ſuperiora mouent. Altera verò ſangui nis feruorem tollunt, bilemque benignè vacuant: vt ℞. craſsiæ fiſtularis recens extractæ, & medullæ tamarindorum, an. ℥.ſ. rhabarbari electi infuſi per noctẽ in aqua endiuiæ ʒ.j. ſ. decocti florum cordialium, prunorum damaſcenorum, iuiubarum, & drachmæ vnius corticum myro

Potio.

Pilula. bolanorum citrinarum quod ſufficit, miſce, & fiat potus, cui adde ſyrupi violarum ℥.j. Si non poſsit bibere potum, vel amat magis pilulas, accipiat ʒ.j. pilularum de rhabarbaro vel ʒ.j pilularum de hiera. S. hæ purgant ſine nocumento.

Sectio venæ ad deriuandũ. Quinto ſanguinis miſsione ex vena frontis vacuante materiam ſanguineam à parte affecta & materiam biloſam, & ſanguineam in capite fixam digerentibus, ſeu clementer reſoluentibus: qualia ſunt fotus capitis ex ſeminibus altheæ, fœnugræci, lini, floribus camomillæ meliloti, & ſimilibus, in ſufficienti aqua coctis. Oleum camo

Topica. millę, vel de ſemine lini, vel lũbricorũ, ſi capiti admoueatur idem faciet. Similiter ſi pullus gallinaceus, vel paruus canis vel pullus columborum recens per ſpinam ſciſſorum, vel pulmo arietis actu calidus.

Alteratio Sexto, remedijs frigidis ſanantibus intemperiem calidam relictã in capite ab humoribus calidis: qualia ſunt quæ diximus in tertio genere. Hoc quoque vnguentum erit optimum inter hæc genera remediorum ℞. olei roſarum ℥.j. olei violarum ℥.ſ. mucilaginis pſylli ʒ.iij. aceti roſati cochlearium. j. ceræ quod ſ. miſce, & fiat vnguentum.

Curatio bilioſa. Bilioſa cephalalgia eiſdem ſex præſidiorum generibus curatur: primo victu refrigerante, & humectante, prohibente generationem bilis, aut genitam temperante:

Victus. qualis eſt victus febricitantium febre bilioſa, frigidior tamen ſit victu laborantium cephalalgia ſanguinea.

Secun

secundo, venæ humeralis sectione, præcipuè si dolor sit vehemens reuulsionis gratia, ne fiat inflammatio in membranis cerebri: minor tamen copia sanguinis euacuenda est in hac, quàm in sanguinea. *Reuulsio. Cococtio.*

Tertio, concoquentibus materiam bilioſam medicamentis annotatis primo cap, & his: ℞. syrupi roſarum ℥. iiij. oxyſaccharæ. ℥ i. miſce. Item ℞. aquarum cichoreæ, endiuiæ, & acetoſæ, an. ℥ iij. miſce, vel ℥. ix. decocti prædictorum, vel ſimilium medicamentorum. *Purgatio.*

Quarto, vacuantibus bilem medicamentis cholagogis, de quibus vide caput primum: vt hoc. ℞. medullæ caſsiæ fiſtularis recens extractæ. & medullæ tamarindorum. an. ℥ ſ. rhabarbari electi infuſi per noctem in aqua endiuiæ ℈. iii. ſquinantij. g. iij. diaprunis ſolutiui ʒ. iij. ℈. syr. violarum ℥ ij. decocti florum cordialium, quod ſ. miſce, & fiat potus: vel ſi abhorret à potu ℞. pilularum de rhabarbaro, & aſſaiaret. an. ʒ ſ. diagridij. g. iij. cum aqua bugloſſæ fiant pilulæ ſemptem, & aurentur. *Repellentia*

Quinto, & magis tertio poſt ſecundũ genus repellentibus & refrigerantibus frigidis etiam actu de quibus diximus in curatione ſanguineæ cephalalgiæ: quamuis in hac frigidiora conferant.

Sexto, calidam intemperiem alterantibus frigidis. ſumpti raſo ex alto inflictis qualia ſunt iam dicta in curatione ſanguineæ cephalalgiæ, & fortiora vſque ad narcotica & ſtupefacientia tactum. His tamen caute vtere, ne noceas parti principi, & frigidæ, ſoporemque altiſsimum inducas, à quo pauci liberentur ſed quomodo eis & quãdo ſit vtendum, capite de curanda phrenitide demonſtrabitur: & cap. decolico dolore. Naribus quoque ſunt admouenda frigida, vt aqua roſata, & ſimilia, non noſtra camphora, quia calida eſt. *Refrigerentia. Obſeruatio.*

Pituitoſa cephalalgia eiſdem ſex remediorum generibus curatur. Primo, victu calefaciente, & ſiccante: vt aere ſtiuo, vel arte facto per ignem, ac ſuffitu cinnamomi, *Curatio pituitoſa.*

gary-

Victus.

gryo phyllorum,& ſimilium aromatum,vel anthos, vel calendulæ,vel aliorum ſimilium.Cibus ſit panis fermentatus & ſalſus,habens parum aniſi;vel melanthij, vel ſacchari;vel ſit bis coctus. Carnes ſint muſculoſæ, & auium montanarum,& animantium,quæ exercitio vtuntur,& nõ ſint pituitoſa. Piper, & alia aromata maximè conferunt, & omnia calida:niſi vaporoſa ſint:vt allium, cæpe, & ſimilia:hæc enim nocent;quia caput feriunt,& vapores ſur ſum ferunt.Quare ſinapi, eruca, & crocus (niſi in parua quantitate vt medicamenta) lædunt,piſces,herbæ frigidę, & legumina,ciceribus demptis,& tandem pituitoſa ſimiliter nocent.

Vaporoſa vitanda.

Concoquentia.

Secundo,apparantibus pituitam,attenuantibus,& incidentibus;de quibus.1.cap.vt hoc,vel ſimili:℞ rhodomellis ℥.vj oxymellis S.℥.iij.miſce. Item ℞. decocti ſaluiæ, fœniculi & petroſelini lib.j.℔.

Vacuãtia

Tertio, vacuantibus pituitam medicamentis phlegmagogis,de quibus cap.1.& hoc ℞. diacatholiconis ʒ.v. agarici trochiſcati ʒ.j. diaphiniconis ʒ.iij. rhodomellis ℥.j.aquæ fœniculi.q.ſ.miſce & fiat potus.vel ſi magis amat pilulas,℞.pilularum aſſaiaret,& cochiarum an. ʒ.℔.

Obſeruatio.

diagridij g ii. cum aqua ſticados fiant pilulæ ſeptem; & aurentur; ſi fuerit dies. In hac cephalalgia bis & ter eſt neceſſaria purgatio,ſecunda vehemẽtior prima per pilulas cochias,& tertia vehementior ſecunda per pilulas cochias,& fœtidas,vel de opopanaco, vel ſerapino; aut per potum ex electuario indo maiori; & hiera logodionis & aliis ſimilibus.precedẽti maiori cõcoctione ante ſecundã purgationem per ſyrupos de duabus radicibus & de ſticados,& oxymelli cõpoſitum,& decoctũ rerum calidarũ:& ante tertiam purgationem præcedat maxima concoctio per ſyrupum de quinque radicibus, ſyrupum de ſticados. S. & oximel ſquilliticum, cum decocto rerum intenſe calidarum; vel aquis, vt ſunt ſaluia, rosmarinus, ſticados, anethum, & origanum, & ſimilia.Et quia hæc

cepha

cephalalgia diuturna est, præter has tres purgationes magnas, vtilis erit, & necessaria purgatio frequens sine custodia clementer siue per scrupulum vnum pilularum cochiarum factis tribus pilulis, siue per cochlearium electuarij indi maioris; vel huius mixturæ ℞. diaphiniconis & diacatholiconis an. ℥.j. agarici trochiscati & turbit gummosi an. ℥.ij. electuarij indi maioris ℥.ß. rhodomellis. q. s. misce, & fiat confectio admodum opiatæ.

Auertentia.

Quarto, reuellentibus, seu auertentibus deorsum pituitam, quæ sursum per impetum ruit: qualia sunt prædicta tertio genere, acres clysteres, & balani, seu suppositoria de quibus cap. de morbo comitiali; & de apoplexia; & partium extremarum dolorifica vincula, & frictiones validæ, & lotio earundem partium decocto rerum capitaliū: cuiusmodi sunt ros marinus, saluia, ruta, sticados, & origanum, & similia. Cucurbitulæ ceruici & scapulis affixæ sunt optime in hoc genere. Repellentia quoque remisse frigida, & calidis astringentibus mixta sunt vtilia: & etiam in lethargo cum Galeno. 13 methodi: vt ℞. aquæ rosarum ℥. vna aceti ℥ ß. pulueris castorei ℥.j. misce.

Repellentia cum astringētibus.

Quinto particularis euacuatio post prædictas, & post primam purgationem est necessaria per loca propinqua parti affectæ: videlicet per palatum & nares: qualia sunt succus ficulneæ, aut maioranæ naribus instillatus, vel pulvis piperis, aut sæpe manducet ex sequentibus apophlegmatismis, seu masticatorijs ℞. pulueris masticis ℥.ij. pyrethri zinziberis, & galangæ an. ℥. cum syrupo de sticade, aut aqua maioranæ, aut cera fiant globuli ad magnitudinem lupinorum. dehis tamen capite de apoplexia copiosius.

Deriuantia.

Sexto, dissipantibus pituitam capitis, & corroborantibus ventriculum, & totum corpus, ne iterum tanta copia pituitæ gignatur Electuariū rosatæ nouellæ vel aromatici rosati Gab vel diacimini multis diebus in aurora in quantitate duarum drachmarū cum decocto, vel aqua, vel

Descutiētia, & roborantia.

vel ſyrupo,capitali cõmendatur,diſsipabit enim pituitam capitis.Idem facit diamuſcus dulcis,vel amarus, vel theriaca magna,vel mithridatum.Hæc mixtura erit optima in hoc genere ℞.diamuſci dulcis ʒ.j.ſ.diambræ ʒ ſ.pulueris aromatici roſati Gab.pulueris diagalangę,& roſatę nouellæ.an.ʒ.ij,ſyr.de ſticade q.ſ.miſce& fiat confectio, cui adde theriacæ magnæ,& mithridati an, ʒ.j. doſis eſt cochlearium vnum cum aqua ſaluiæ,vel ſticados, vel his ſimili.Parti dolenti admouenda ſunt : & vnguenta calida,& fotus ex decocto rerum capitalium. Hoc vnguentũ eſt optimum tunc:℞.olei rutæ & lauri an.ʒ.j pulueris euphorbij:caſtorei,& ſticados an.ʒ.ſ ceræ;quod ſ.miſce, & fiat vnguentum In diuturno dolore:ne æger in peſsimos cerebri morbos incidat,vel in ſuffuſionem(quam cataractam medici barbari appellant)venæ temporum incidantur, ſanguiſque copioſe per eas egrediatur:hoc tamen auxilium,quanquam multis placet,mihi eſt ſuſpectum, quia periculoſum eſt, & noſtris temporibus inuſitatum. Eſt in eo vtile hoc potentiale cauſticum , ſi futuræ coronali admoueatur ℞.vnguenti roſati ʒ.j.cantharidarum ʒ.ij. pulueris ſinapis,& ſtercoris columbini an. ʒ.j. miſce. Hunc antiquum dolorem curant multa,& parua actualia cauteria aurium.Alij cauteria actu futurę coronali admouent: hæc enim materiam partis dolentis extrahunt . Alij filo linco,vel argento per ceruicem traiecto, quod ſe tale vocant;hunc dolorem antiquum curant.Oleum pyrethri,& caſtorei,ſi capiti admoueatur,optimum eſt auxilium. Semen quoque rutæ cum caſtoreo, ſi cum vino & oleo decoquantur,& parti laboranti apponantur,erit præſens medicamentũ.Idem poteſt efficere cataplaſma ex centurea, betonica,& branca vrſina,ſi cum vino & oleo fiat.

Mixtura vtilis.

Alij Topica.

Vnguentũ.

Auxiliũ ſuſpectum.

Cauteriũ.

Curatio melancholicæ.

Cephalalgia,quæ fit ab atra bile curatur, quemadmodum melancholia,de qua cap.9.huius libri

Curatio eius, quæ

Cephalalgia per cõſenſum totius,vt in febribus;vel partis alicuius,videlicet vẽtriculi,iecoris,ſplenis,vel matricis

cura:

curatur per præciſionem cauſæ prius curato morbo partis primo affectæ; niſi ſymptoma ad ſe curam trahat. horum tamen ſuis in locis fiet mentio. Sed quia frequentius fit per conſenſum ventriculi; tunc ſi ſit multitudo bilis eua poranris, euacuetur. Et comedat panem ſucco malorum granatorum acidulcium, vel agreſtæ; aut acetoſæ intinctum, aut cum rob malorum cotoneorum. *fit per cõſenſum.*

Cephalalgia ab æſtu curatur eodem modo, quo curantur cephalalgia ſanguinea, & bilioſa vltimo genere remediorum. *Curatio eius, quæ fit ab æſtu.*

Cephalalgia à caſu, vel ictu, curatur primo tenui victu, prohibente generationem tumoris præter naturam in parte affecta. Nutriatur ergo lacte amygdalarum, cucurbita ſaccharo condita, vuis paſsis, pyris, & cotoneis toſtis; abſtineat à carnibus & vino. *Curatio eius, quæ fit ab ictu vel caſu.* *Victus.*

Secundo, ſanguinis miſsione per ſectionem venæ mediæ, ſi fuerit plenitudo: vel humeralis, ſi non fuerit. Si vulnus ſit, conſule doctum chyrurgum. Si autem tumor fuerit abſque vulnere; ab initio parti affectæ oleum roſaceũ cum puluere myrthillorum & roſarum eſt admouendum; vel mica panis cum aceto, & aqua decocta cum eodem puluere poſt tertium diem hoc medicamentum eſt neceſſarium ℞. emplaſtri contra conquaſſationem; & oxicroci an. partes æquales, extendantur ſuper alutam ad formam datam partis dolentis. *Sectio venæ.*

Cephalalgia ab ebrietate quandoque in mortem terminatur, aliquando non: quare ea, quæ Ariſt. tertia parte problematũ docet, ſunt maximè animaduertenda. Aphoriſmus quoque ſextus quinti libri, & quinquageſimus texti libri non eſt tradendus obliuioni; videlicet ſi ebrius quiſpiam repentè obmutuerit, &c. & quicunque ſani dolore capitis, &c. *Curatio eius, quæ fit ab ebrietate*

Curatur hæc cephalalgia primo tenui, aut tenuiſsimo victu, & prohibente vaporum aſcenſum. Si vinum in ventriculo ſit, ipſum euomere eſt neceſſarium frictione, aut *Victus.*

titil

Vomitus. titillatione radicis linguæ,& oris;digitis proprijs, aut ca
lamo oleo madefacto,vel per potum vnciarum trium ſy-
rupi acetoſi S.vel per decoctum ſeminis raphani,aut ſemi-
Potio. nis anethi cum ſyrupo acetoſo S.Si per vomitum vinum
non egeritur,tunc per vnciam vnam hieræ.S. aut vnciam
ſemis diapheniconis euacuetur: deinde dormiat, poſtea
balneum ingrediatur,& partes extremæ oppoſitę vincu-
lis & frictionibus dolorificis afficiantur, vt adſe trahant
Oxyrhodinum. atq. à parte læſa reuellant: oxyrhodinum hoc capiti ſæpe
apponatur: ℞. aquę roſarum ℥ ij. olei roſarum ℥ j aceti ℥ ſ.
miſce. Braſicæ,præcipuè radix,prohibent futuram ebrie
tatem,& curant factam. Vltimo, alatur pullis gallinaceis,
cum agreſta,vel acetoſa decoctis,pyris, & malis cotoneis
toſtis,& in fine mēſæ puluere coriandri cū ſaccaro. Potus
ſit aqua decoctionis coriandri præparati,aut braſicæ.

Antiquæ cephalalgiæ curatio. In cephalalgia tamen antiqua,ſiue continua, ſiue cum
intermiſsione,neceſſaria eſt frequens purgatio per pilu-
las clementes,ſeu benignas,quales ſunt de Hiera.S Cale-
leni, & aſſaiaret & ſimiles à cœna, vt vis earum citius &
Fuchſius. melius ad caput aſcendat. Neque hoc pugnat Hippocra
ti,neque Gale.licet Fuchſius in ſuis paradoxis aliter ſen-
Ætius. tiat miſcuit enim Galenus ſuccum aliorum cum medica-
mentis caput purgantibus. Quare Aetius ſexto ſermone
dum minuit croci quantitatem in Hiera, quoniam caput
purgat non eſt laudandus,neque crocus(vt ipſe vult)caput
Plinius. multum percutit,cùm,autore Plinio,qui crocum prius bi-
berint,crapulam non ſentiant.

De dolore capitis.

CAPVT. IIII.

Scholium.

Dolor

DOLOR capitis quem cephalalgiam.) *Caput* *Nomine capitis eas partes intelligimus quid & qua cerebrum continent, proinde omnes, sive externæ, sive internæ sint, considerãda partes. Variarum* venĩt. Externæ sunt Pili, cutis, Pinguedo Mẽbrana carnosa, & periost. on qẽ in hac parte Pericranĩ appellari solet. Cranion est pars media. Partes internæ sunt dura et tenuis meninx, cerebrũ, cerebellũ, glandula ossis cunei. Nervi orientes à cerebro, mamillares processus & alia. Ex his partibus, quædã sentiũt, quædã sensu destituũtur. Nõ sentiũt pinguedo, cranĩõ & cerebrũ, reliquæ oẽs sentiũt. Quãuis ã venis & arteriis cõtrauersia sit, ob locũ Gal. qui habetur 16. de Vsu par. cap. 12. Vbi venas & arterias sensu omnino expertes facit ille tamẽ locus corrupt⁹ tibi apparebit. Silegas eius dẽ lib. cap. 2. ubi eĩm partes sentiẽtes enumerãs no omittit venas et arterias, sicut nec in multis aliis locis. *Dolor symptoma est* Dolor symptoma est, actio scilicet deprauata sensus tactus, quia in eo obiectũ percipimus aliter atq. est. *Morbus.* Morbus ad quẽ sequitur, est solũta cõtinuitas, manifesta, aut occulta. Manifesta fit à rebus contundẽtibus, & secãtibus: occulta vero ab intẽperie nuda, aut cũ affluxu, dũmodo sit calida aut frigida aut humida et sicca medio alio inferũt dolorẽ. fit etiã arẽsione ab spiritu, aut humore facta. Quas oẽs causas ad duas posſum⁹ reducere, externas et internas. Dolorẽ capitis Gal. duplicẽ statuit. 3. de loc affec. cap. 9. distinctũ ratiõe maioris aut minoris, vnũ recẽtẽ q cephalalgia, & alterũ ĩueteratũ q cephlæa dicitur. In cephalalgia curatiõe hæc oĩa cõsidera. Primũ à qua causa fiat dolor, vt ei ꝓspiciamus 2. an sit partiõ externis an internis. Quia si est ĩ externis facilius curatur, neq. postulat ita vehemẽtia med. vt dolor à causa ĩterna: præterã q hic dolor requirit ea med. quæ penetrẽt. 3. An dolor sit propius cap. hoc est excitat⁹ à causa existẽte ĩ cap. an vero sit per cõsensũ: ita vt causa sit extra cap. vẽtriculo, iecore, parte alia aut toto corpore: hinc eĩm habebim⁹ cognitã partẽ cui med. sũt applicãda. 4. ad vltimũ *Considerãda in cephalalgiæ curatione.*

cus intentos esse oportet, est. An caput sit languidū, siue natura siue occasione, sta ut facilè susc ipiat causas dolorificas. An vero sit robustum, afficiatur autem a magnitudine causæ. Hoc enim animaduerso intelligemus an caput sit roborandum necne. Signa causarum doloris capitis in contextu leges.

Sanguis quomodo causa sit cephalalgiæ.

Curatur sex remediorum generibus.) *Sanguis si causa est cephalalgiæ, sua multitudine distendē: venas id præstabit. Proinde alimenti quantitas minuenda, vt paucus sanguis generetur. Vnde non video, qua ratione exhibeat auctor victū frigidū, nisi ratione consuetudinis id faciat: non enim necessum est vt plethora intemperies calida sit coniuncta.*

Sanguis missio.

Secundo sanguinis missione.) *Ante sectionem venæ oportet clystere euacuare intestina ne à primis venis substantia inutilis attrahatur. In cephalalgia sanguinea cōplexus est affectuū, sunt autem affectus dolor & plenitudo. Ex his dolor roborget, ac proinde curatio à causa plenitudine scilicet est inchoanda. Plenitudo euacuationem postulat. Eum autem ea qua euacuant varia sint, inedia, frictio, balneum, purgatio, & sanguinis missio: quo ex his vtendum sit, deliberamus ex methodo medendi, quam doctissime Ludouicus collado præceptor ex variis Galeni locis in sua Isagoge ad faciendam medicinam nobis tradidit. Cum ergo plethora sit affectus magnus, non poterit inedia, frictione, aut balneo euacuari, quia hæc sunt parua remedia: postulabit ergo non purgationem, quia hæc cacochimia debetur: sed sanguinis missionē, qua cito & multum euacuat sanguinem redundantem. Atque hæc est qualitas remedij. Quantitatem eius ex affectu, anni tempore, ætate, & aliis, colligemus. Occasionem ex absentia cruditatis ventriculi, & animi deliquij, quæ impedientia sunt. modum vero vtendi, hoc est ex qua vena sanguinem mittere oporteat, colligemus ex loco affecto. Qui cum cerebrum sit cephalicam secabimus. Vnde male*

Deliberatio sanguinis missionis.

actor

auctor basilicam inscidere iubet: Quasi humeraria non etiam euacuet ex vena cana, ac proinde à toto corpore possumus etiam secare communem, quæ à capite & basilica euacuat. Si dolor capitis ex suppressione mensium, aut hæmorrhoidarum oriatur, distingues. Nam si causa in capite fuerit tam coacernata, cephalicam secabis: & deinde prædictas monebis euacuationes, sedato dolore. Si vero tantum fuerit consensus, ex cruce secabis venam. Quod si dolor capitis sit cum mensiu fluxione, tunc considera an hæc euacuatio sufficiat ad plethoram deponendam. Si sufficit non est secanda vena: si non sufficit ex cephalica eam quantitatem sanguinis euacuabis, quæ vna cum mensiruæ euacuatione plenitudini satisfaciat.

Repellētia

Tertio repellentibus sanguinem.) Etsi sanguis possit discutientibus euacuari, id non licet in principio, ne ipsum calidetate attrahamus: euacuabimus ergo medicamentis repellentibus. Si distillatio cum dolore coniuncta sit, considera urgens: si dolor urgeat vtere repellentibus, si urgeat distillatio non his, sed frictionibus, ligaturis, & similibus. Repellētia autem bregmati applicantur vt per suturas penetrent.

Quarto purgantibus.) Si cephalalgia sit aplethora, nulla cacochimia coniuncta, non est purganduma.

In bilioſa cephalalgia ſecanda eſt vena.

Secundo venæ humeralis.) Aliqui sentiunt in cephalalgia biliosa non esse secandam venam: ne agrum ducamus in ebullitionem choleri coruum euacuato sanguine, qui est frebum bilis. Hos omittimus tanquam barbaros, in sanguinis missione non solus sanguis sed etiam innatans bilis euacuetur. Nisi ergo multa sit quantitas bilis, & exigua sanguinis, in hoc affectu sanguinem mittemus, non vt bilem educamus, id enim purgatio præstat: sed vt reuellamus. Quia vna cum sanguine vicioſa quantitas bilis effluens minuetur, & contrarium acquiret motum.

Sextocaliam intemperiem.) In biloſa cephalalgia aliquā

aliquando cogimur importunam vigiliam, & magnum dolorem corrigere, ſopientes facultatem animalem. Cauer e tamen ſemper oportet, ne intemperiem contrariam frigidam inducamus. Vtemur ergo decocto lactuce, & ſeminis papaueris, miſcentes chamemelum, gariophillos aut cinamomum, ob penetrationem: hisque irrigabimus caput. Si hec non poſſunt ſomnum conciliare, ad radices Mandragore, & hyoſcyamum aliaque fortiora, deueniemus. Vngemus etiam tempora oleo violaceo, aut papauerino, aut vnguento populeone: additis granis iij. aut iiij. opij, corrigentes opium oleo ſtyracis, chamemelino & aliis.

Aduigilia

Pituitoſa cephalalgia. Cum raro vires conſtent ob frigiditatem humoris & cum cruditas ſit in ventriculo, & habitu corporis: proinde in hac cephalalgia ſanguinem non mittimus. Coquenda ergo eſt cruditas primarum venarum rhodomelle, oxymelle ſimplici, & mulſa, cum decocto fœniculi, capillorum veneris, & ſtechados in parua quantitate. Ea cocta purgabitur pilulis ex hiera. Ex hiera etiam & mulſa. Cruditatem vero vene cauæ, fortioribus concoquemus: ſyrupis de byſopo, ſerpilla, ſtechados, cathone apparente valentioribus purgabimus. Et docet auctor.

Impituitoſa cephalalgia non mittimus ſanguinẽ.

Purgatio.

Cephalalgia per conſenſum. Dolor capitis aliquando contingit ob conſenſum totius corporis, qualis eſt illequi in febribus potiſſimum biliosis excitatur. Stillagines enim tenues facile caput petunt. Diſtingues ergo de febre, eſt enim aut intermittens, aut continua. In intermittenti dolor capitis in hora acceſsionis excitatur. Funcq. non oportet caput irrigare oxyrrhodino. Quia eius frigiditas detinebit vapores, qui poſt acceſsionem dolorem conſeruabunt, qui ſolet vna cum acceſsione ceſſare, ac proinde euacuatione non eget: Niſi voluerimus eo perdurante vti frictionibus crurum & ligaturis. Si febris ſit continua aut habet dolorem criticum, aut ſymptomaticum. Si dolor eſt criticus non eſt opus: ſi ſymptomaticus diſtingue. Si dolor inci-

Dolor capitis per conſenſu.

pit

pit cum febre curandus erit sectione venæ, & repellentibus: ne dolor attrahat humores ad caput. Si vero dolor nō incipiat cum febre, sed post primā aut secundā accessionem: si cessante exacerbatione cessat, non erit curandus: si non cessat curandus erit ob causam prædictam.

Cephalalgia à casu. *Aliquando in parte interna capitis dolor excitatur ex casu: cui admirabile est medicamentum à Guidone descriptum. Quod ex iure gallinæ, aut (si est pauper) decocto in testiculorum, aut ventriculorū (vulgo malcuinat) cauliat. In quo attenuans est panis fiat, cataplasma, cui misce pulueres ex rosis, myrtillis, coriandro præparato, baccis lauri, Garyophyllis, cinamomo, loto odorato (vulgo treuol) & aliis calidis.*

De Phrenitide.

CAPVT V.

PHRENITIS inflāmatio est cerebri, aut membranarum eius, cuius tres in vniuersum ponuntur differentiæ à Gal. pro numero principū cerebri facultatum. Prima est cum sola læditur imaginatio, quę in priore ventriculo sedem habet. Secunda, cum ratio illæsis alijs corrumpitur, quod in medio ventriculo fit. Tertia, cū memoria amittitur manēte & imaginatione, & ratione, qui morbi posteriori cerebri parti inest, quę omnia fusissimè à Galeno tractantur quarto de locis affectis. Comitantur autem phreniticos per vigilium: nonnunquam tamen inquietus, & turbulentus quidam somnus ita, vt subinde exurgentes exiliant, & vociferentur. Cæterum si sanguinea sit phrenitis, ridentes delirant: sin biliosa, velut furore quodā perfiti sunt. Qui pleniorem ignorū notitiam

Descriptio & diuisio.

Sedes cerebri diuersa læsa describit.

Series ser. Gal.

Signa.

deſiderat, adeat Paulum lib. 3. Oritur autem phrenitis, aut
Cauſæ. à ſanguine exuperante, aut à flauabile cerebri ſubſtantiã,
aut meningas eius imbuente. Nonnunquam per conſenſum à ventriculo fit, aliquando à toto; vt in febribus, & para phrenitis vocatur.

Morbus igitur hic incipiens quinque auxiliorum ge-
Curatio. Victus. neribus curatur: primo victu tenui refrigerante, & attrin
gente, vel aqua hordei, ptiſana hordeacea, aut ſucco malorum granatorum, vel limonum; aut lacte amygdalarũ toſtarum; cucurbita ſaccharo condita; radice bogloſſæ
Quæ ſitã da ſunt. condita, pyris, aut malis cotoneis toſtis; vel lactuca; aut cichorea cocta, & cum ſaccharo & aceto præparata. Abſtineat omnino à vino, & carnibus: bibat aquam hordei, niſi facultas eſſet imbecilla; tunc enim ius pulli, aut gallinæ teneræ eſt neceſſarium. In declinatione quoque & vinum bene dilutum aqua. Aer ſi frigidus natura non eſt, arte refrigeretur & humectetur aqua roſarum, aceto floribus; & herbis per aream ſparſis. Obſcurus quoque ſit diuerſi enim colores & figuræ nocent. Aſtantes blandè eum alloquantur; quandoque tamen acerbius ipſum increpare debent.

Auertentia. Secundo, auertentibus; vt cephalica ſecta; ſi non fuerit plenitudo: nam ſi adſit, media; aut cubiti vena hepatica eſt ſecanda. Aliquando etiam tibiarum; aut pedum venæ ſunt ſecandæ, videlicet ſiſex ſuppreſsis menſibus, aut hæmorroidibus genita fuerit phrenitis. Præter primam ſanguinis miſsionem ſæpe neceſſaria eſt ſecunda, & tertia; vbi fuerit plenitudo, & morbus poſt primam & ſecundam ſanguinis miſsionem augetur. Perpetuò tamen robur virium ſit præſens, quo deficiente; vel ſi ætas fuerit ante decimum quartum annum, vel poſt ſeptuageſimum, ſanguis extrahatur per cucurbitulas cum ſcarificatione inter ſcapulas appoſitas; quamuis præſente robore virium extra hanc ætatem poſsit ſecari vena. Auertunt quoque cucur-
Frictiones et Vincula bitulæ ſæpe ceruici, ſcapulis, & partibus infernis admotę. Similiter frictiones, & vincula artuũ, & partium extrema

Sectio Venæ.

Cucurbitulæ.

rum,

rum,& lotiones ribiarum decocto rerum partim atrahentium,partim inducentium somnum. *Purgatia.*

Vacuatio quoque per medicamenta cholagoga præcipuè salubria & benigna auertit vt hoc ℞. medullæ cassiæ fistularis recens extractæ, & medullæ tamarindorum an. ʒ. iij. rhabarbari electi infusi per noctem in aqua endiuiæ ℈. iiij. syr. violati ʒ j decocti florum cordialium, quod sat misce,& fiat potus. Si fuerit magna copia bilis,medicamenta purgantia valentiora vt(electuarium de succo rosarum,& diaprunis solutiui)erunt necessaria,vt quinto genere auxiliorum dicemus.

Tertio, repellentibus materiam fluentem : qualia sunt oxyrhodium ex parte una aceti, duabus olei rosarum, & quatuor aquæ rosarum,& alia:de quibus capite de sanguinea,aut biliosa cephalalgia dictum est. Hæc omnia sinciput sunt admouenda,vel ab alto infligenda,aut collo pānus lineus madidus liquore repellente est circumponendus,vt impediatur motus,& ascensus humorum. Omnia tamen hæc ante mutanda sunt,quam incalescant. An verò intensè frigida actu oporteat esse, an remisse, dictum est capite de cephalalgia sanguinea. Odora frigida naribus adiungantur sæpe,vt aqua rosarum,acetum,violæ, myrtus,nenuphar,santali,& similia. *Repellentia. Admouenda. Odores.*

Quarto,corrigentibus calidam intemperiem à bile aut sanguine biliosa relictam, & laxitatem viarum per quas ascendit:quæ sunt frigida & astringentia omnia, vt syrupus rosarum,de agresta,granatorum acidorum, & coroneorum cum duplo aquæ rosarum aut portulacæ,aut plantaginis,vel solani Hæc & similia sumantur mane,aut post cœnam vt petant citius caput cum vaporibus à cibo elatis. Sinciputi quoque & fronti sunt admouenda dicta capite de cephalalgia sanguinea,aut biliosa. *Corrigentia intemperiem.*

Quinto,digerentibus & vacuantibus materiam,quæ in meningibus super est, per ea quæ bilem purgant si non sufficerit prima & vnica purgatio(de qua in secundo genere *Digerētia*

nere diximus) ſecũdo per ſimilia, vel valẽtiora medicamẽta cholagoga fiat vacuatio ſumptis prius medicamẽtis cõcoquẽtibus bilem: qualia ſunt iam dicta in ſuperiori quarto genere remediorum. Capiti quoque admateriam euacuandam reſoluendo admoueantur tertia quaque hora

Topica. pulmo arietis calens naturali calore (ũ fieri poſſit) aut pullus gallinaceus, capo, canis, paruus, catulus, aut colũbus per ſpinã ſectus & exenteratus, habens tamẽ calorem aliquẽ vitalẽ: etſi ſupra hęc animalia ſic parata apponatur pa

Pulues. rum pulueris ſequentis erit efficacius remedium ſomnum que inducet ℞. florum camomillæ & meliloti an. p. ij. roſarũ, violarũ, & coriandri præparati an. p. ß. corticũ papaueris albi ℥. iij. cõtundantur omnia. Hęc reſoluentia non

Admonitio. cõferunt, niſi in vigore & declinatione: ante tamen vigorẽ in ipſo incremento eſt optimum auxiliũ ex alto in caput inſtillare lac humanum, aut caprinum actu calidum.

De curatione ſymptomatũ huius morbi. Et ſi vigiliæ fuerint immodicæ: vt ſæpe ſunt, præſertim in bilioſa phrenitide, ex alto infunde capiti hoc decoctum

Vigilia. Decoctũ. ℞. hordei ſine cortice ℥. j. coriandri præparati, & corticum papaueris albi an. ℥. ß. florum camomillæ, roſarum & violarum an. p. j. radicis iuſchiami ℥. ij. fiat decoctum cum libris tribus aquæ ad dimidium. Quia per vigilias febris & inflammatio augentur facultasque omnis ſoluitur ſumma cura oportet ſomnum conciliare: præter iam dicta primo temporibus, & futuræ coronali admouendum eſt vnguentum populeonis: ſecundo in cœna vtetur iure pulli gallinaceiſi opus fuerit cum lacte drachmę vnius ſeminis papaueris albi. Tertio naribus ſæpe inſtilla oleum violaceum: aut papauerinum cum granis tribus, aut quinque opij. Quarto admoueatur ano ſuppoſitorium mellis cum panco opio.

Quinto, & vltimo: cum alia iam dicta non ſufficerint & morbus fuerit acutiſſimus, bibat drachmam ſemis vſque ad drachmam vnam philonij Romani, dummodo non ſit defectus caloris innati: quia ab his & ſimilibus

me

medicamentis narcoticis interius ſumptis extinguitur pauces calor. Hæc tamen & ſimilia ante annum ſunt peſſima & poſt annum, quę antiquiora, tanto meliora: vt docet Galenus duodecimo methodi. *Narcotica quæ melora.*

Iſchuria ſeu vrinæ ſuppreſsio eſt alterum ſymptoma huius morbi, cuius curatio capite propio tradetur. Vnctio tamen radicis penis, & pectinis oleo ſcorpionum cum cuniculi pinguedine, & titillatio eiuſdem penis promouet vrinam ſuppreſſam. Eandem ſuppreſſam mouent paritaria, & apium: & alia diuretica vino cocta pectini admota. *Suppreſsio vrinæ.*

Paraphrenitis eſt delirium non continuum: ſed cum intermiſsione, ſymptomaque febris ardentis: & non inflãmatio facta, ſed fiens. Hanc febrem noſtri medici propriè tariam ſeu habentem prauam & veneficam qualitatem tatem appellant: cuius ſymptomatis curatio ſimilis eſt fermè curationi phrenitidis, cum quæcunque curant morbum factum, curent & fientem: miſtoribus tamen auxiliis hic affectus indiget. Maior & prior cura eſt adhibenda febri tanquam cauſę, quàm affectui: niſi ſymptoma ad ſe curam omnem traheret propter ſui magnitudinem. Animaduertendum tamen eſt, nevictus ſit tenuis, vt in phrenitide abſoluta, quia hæc febris propter malignitatem ſuam venenatam facultatem ſpiritum vitalem reſoluit. *Paraphrenitidis curatio. Febris prima curãda, ſi nil obſtet. Obſerua.*

Quare maiori copia alimentorum eget, qui enim viriliter comedunt, liberantur melius à peſte: nutriatur ergo laborans hoc ſymptomate iure gallinæ cum aqua carnis & ſucco agreſtæ, aut acetoſæ, aut malorum cotoneorum aut limonum, aut citri. Si fuerit magna imbecillitas, vtilis & neceſſarius erit hic, aut ſimilis huic clyſter nutriès, & refrigerans, & purgans ℞. iuris pulli gallinacei decocti cum hordeo ſine cortice lib. 1. caſiæ fiſtularis præparatę (ſi ſit aluus dura) ℥. i. olei violarum ℥. iij. ſacchari rubri ℥. j. mucaginis pſyllij aqua roſarum extractæ ℥. ſ. vitellorum ouorum numero 2. miſce. Præter repellentia *Clyſter eo timus.*

& reuellentia, siue per sanguinis missionem, siue per pur-
Os & lingua quib⁹ abluenda. gationem, & alia iam dicta superius: oportet humectare, re
frigerare, & mundificare os & linguam primo lacte amyg
dalarum dulcium siue saccharo, & coctione: deinde muca
gine seminis psyllij, & cotoneorũ aqua rosarũ extracta,
his sæpe & similibus os obluatur. Ad totius refrigeratio-
Electuarium. nem & humectationem vtile est electuarium diatrium san
talorum, aut diarhodonis abbatis, aut diamargaritonis fri
gidi, si mane cum aqua endiuiæ aut bugloſſæ, aut iure pul
li gallinacei refrigerato, hordeo sine cortice, aut lactuca,
aut alia simili herba frigida sumatur aliquot diebus. Cor
omni tempore, etiam ante vacuationem (quia non potest
Epithyma obstructione laborare, vt aliæ partes) hoc epithymate re
frigeretur sæpe, atque adeò horas: ℞. aquæ rosarum ℥.
iiij. aquarum acetosæ & bugloſſæ an. ℥. ij. aceti albi ℥. ℈.
Cardiaca confectio dimittibus. pulueris diamargaritonis frigidi & santalorum omnium
an. ʒ. j. misce. Ad calorem febris remittendum, & corro-
borandum, & resistendum prauæ qualitati & venenosæ est
optima hæc confectio cordialis: ℞. theriacæ de citro ℥. j.
℈. confectionis de hyacintho, & requiei magnæ an. ʒ. iij.
conserue acetosæ & bugloſſæ an. ℥. ℈. pulueris diamarga
ritonis frigidi, & coralli rubri præparati an. ʒ. j. margari-
tarum electarum ʒ. ℈. foliorum auri numero. 2. syr. aceto-
sitatis citri quod s. misce, & fiat confectio. Cuius dosis est
cochlearium vnum omni hora, cum aqua acetosæ, aut ro-
Pauperib⁹ sarum, aut bugloſſæ. Si fuerit pauper sola theriaca de ci-
tro erit bona. Similiter ad eundem effectum, & ad sitim
conferet sæpe, præcipuè ventriculo vacuo bibere aquam
Mixtura. decocti hordei cum hac mixtura: ℞. iulep. rosarum ℥. iiij.
syrupi acetositatis citri ℥. ij. misce. Aut cum hoc condito,
℞. conserue rosarum ℥. ij. conserue acetosæ, violarum, &
Conditũ. nenupharis an. ℈. j conserue borraginis ℥. ℈. sacchari, quod
satis est, misce, & fiat conditum auro coopertum.

De

De phrenitide.

CAPVT V.

Scholium.

PHRENITIS inflãmatio eſt cerebri.) *Delirium (quod ex primo porrhetico com. 1. inſania dicitur) comprehendit ſub ſe delirium in melancholicis, & furentibus, phrenitim, & paraphrenitim quæ ex conſenſu aliarum partium fit. Phrenitis de qua modo diſputamus duobus ſumitur modis. Primo large, ita vt Typhomaniam etiam comprehendat, quæ eſt delirium cum inclinatione in ſomnum. De qua loquitur Hyppocrates 3. epyp. 3. ſent. 45. cũ ſic ſcribit. Nullus autem phreniticorum vehementer inſaniuit, vt in alijs: Sed alia quadam veternoſa in ſomnum delatione, capite grauati morſ. ũtur. Eodem etiam loco ſent. 62. Sic habet ſopiebantur inprimis phrenitici, cum enim haberent vt Gal. ait in cõm. caput affectũ per ſe facile illud ſuſcepit humores crudos, qui tunc abundabant, à calore ad ipſum delatos. Hunc affectum nempe delirium cum inclinatione ad ſomnũ vulgo appellamus modorrha aut modorrilla. De hac phrenitide non propie, quæ non eſt inflãmatio, nõ diſſutamus modo. Sed de altera quæ propie phrenitis dicitur. Hæc nil aliud quam delirium continuũ cum febre acuta. Delirium genus eſt, quo communicat cum alijs deliriis, illa dictione continuũ differt phrenitis à paraphrenitide, hoc eſt à delirio, quod in acceſſionibus febrium, pleuritide, peripneumonia, & ex vaporibus calidis ab ore ventriculi ad cerebrum aſcendentibus contingit. Vltima deſinitionis parte phre*

Deliriũ.

Phrenitis duobus modis ſumitur.

Phrenitis quid.

phrenitis distinguitur, a mania & melancholia. Valleſius. 3. epy par. 1. com. Vltimo exiſtimat de eſſentia phrenitidis non eſſe delirium continuum quoniam hoc interrumpitur aliquando, neque ſemper eque ſit, quoniam agrotus ad mentem redit. Hoc collegit ex Hippocrate, qui ſupra dicto loco agens de agroto in dealcisorto habitante. quarta inquit die vigilauit, deliravit aliquantulum: quinta non dormiuit, delirauit: ſeptima: ſimiliter octaua dormiuit intelligebat. Hic homo phreniticus erat, & ante ſolutionem morbi intelligebat, ergo non eſt neceſſum vt phreniticus ſemper deliret. Ad Galenum autem (qui phrenitim delirium continuum habere ſcribit) reſpondet dici continuum quia reditus ad mentem non habet certas intermiſſiones & ſtatos periodos, certè vir alioqui doctus non rectè conſideravit phrenitidis eſſentiam. Si enim delirium ex inflammatione ſequitur, per ſeuerante inflammatione quomodo intermittetet non erit continuum? Tum ſi phrenitis non eſt delirium continuum, quomodo diſtinguetur à paraphrenitide? Neque id recte ex Hippocrate depromſit, nũquam enim Hippocrates intermittere delirium in phrenitide ſcripſit: & ſi in illa ſententia id voluit, non erat vera phrenitis. ſed paraphrenitis. Quod ſi ſit phrenitis illa de qua loquitur vt reuera eſt, non etiam recte colligit, quia Hippocrate illas diſtinctione (intelligebat) ſignificat agrotum parum delirare, id colligo ex dicto. 11. in qua agrotus omnino, aut vt Valleſius vertit ſemper mente conſtitit ſi ſit omnino ergo antea de lirii remiſſum fuit ſed nõ omnino. Phrenitis ſymptoma eſt in actione laſa principe. Morbus ad quem ſequitur eſt inflammatio cerebri aut membranarum eius: vbi per inflammationem tumorem prater naturam intelligo, non quemlibet, ſed eum quem Eryſipelas appellamus. in eo. n. humor putreſcens cerebrum calefacit, & delirium excitat continuum ob caloris perſeuerantiam. fit febris ob putridos vapores cordi communicatos.

Valleſii la p ſus.

Phrenitis an ſit morbꝰ an ſymptomã.

Als

Aliqui contẽdunt cerebrũ non posse inflãmationem pati, quia est pars rara, sicut & pulmo, carẽs venis & arteriis secundo ex Gal. qui tertio de præs. ex pul. capite 8. pulmo sit tumore uẽ nõ posse affici schirris sentit. Contrariam sententiã habemus ex Gal. 4. de præs. ex pul. cap. 8 Vbi cerebrũ intẽperiem cũ fluxione & citra fluxionẽ posse pati scribit. Inflãmatio ergo potest esse in cerebro & membrana tenui. Quæ duæ partes, adharẽtes cũ sint, affectiones sibi cõmuni cant. Quod non est dicendum de dura meninge quæ cum separata sit, sola potest affici, neque cerebrum ei consentire. Quod si aduertisset Vallesius non scripsisset libro 5. epy. posse esse inflammationem in cerebro sine delirio, ex eo quod in fracturis capitis viderit, inflammatione existente in dura meninge, hominem non delirare. Rationes supradictæ nil concludent. Prima quia pulmones ob raritatem raro Erysipelate afficiuntur. cerebrum vero cum sit molle & non rarum ea frequenter corripitur. Tum supponit rem falsam, cerebrum enim arterias & venas habet, sed paucas. Secunda ratione etiam si ostendat Galenum existimare cerebrum pulmones schyrris non affici, reuera tamen mos est Galeni id quod raro fit contemnere ac si nunquam contingeret, qua ratione quintanos circuitus non admittit, sicut neque schirrum in cerebro & pulmone. Cum reuera in his partibus contingas, vt aliquando vidimus in pulmone arietis: & vna cũ Ludouico collado in hominibus anatome dissectis, raro tamen id euenit, quia schirrus ex crasso sanguine generatur, & pulmo nutritur ex sanguine tenui, & cerebrum ex humidoac proinde Gal. nõ scripsit simpliciter, nõ posse cerebrũ ex pulmonẽ schirris affici: sed forte posse non posse affici. dicet quis. Si phrenitis est propria cerebri passio, cur Gal. 4. lib. de cau. pul. cap. 14 phrenitim non solum extenzi meninge, sed & ex septo transuerso ortũ habere scribit? idcõ n. vt ipsemet docet. 5. de loc. affec. cap. 3. veteres septum appellabant phrenas, quia hac parte inflammatio

An cerebrum possit affici.

Vallesij laps⁹.

De phrenitide ex septo transuerso orta

Valleſij lapſus.

tione affecta phrenitis ſequi ſolet. Valleſius ad analogiam id refert quæ eſt inter ſeptum & cerebrum. Cuius ſententiæ falſitas apparet ex varia & diſtincta natura cerebri & ſepti, cerebrum n. totum eſt ſpermaticum, at ſeptū multa parte carnoſum. Tū quæ ſimilitudo ſubſtātiæ eſt inter cerebrū & mēbranam. Quod ſi ſimilitudo id faceret, cur eādem non habet pulmo, & pleura, ex quorū inflāmatione etiam ſequitur delirium? obiectioni ergo hac ratione ſatis facere oportet. Cum ea inflammatio quæ in ſepto eſt reſpirationē impediat (eſt n ſeptum reſpirationis inſtrumentum) calor augetur in Thorace & corde ſanguisque attenuatur & bilescit, eoque nomine cerebrum aſcendēs aret ſypelas in eo generat vel (quod idem eſt) phrenitim. Hoc .S. de locis affec. conſiderans Gale. dicebat delirium factum à ſepto pulmone pleura & orificio ventriculi differre, quod à ſepto factum ſit continuum, quod vero ab aliis partibus excitatur intermittat. Differt tamē epti phrenitis, ab alia quæ primo in cerebro fit, quod in hac ſtatim apparet delirium: in illa vero quæ ex ſepto pendet primo febris ex inflammatione, & de inde deliriem ſequatur. Et ideo Gale. delirium ex ſepto ortum parum à continuo diſtare affirmat. Vbi non negat eſſe conexum cum ibidem continuum faciat: ſed parum aut à continuo diſtare, hoc eſt inter hac exiguum hoc eſſe diſcrimen vt diximus: quod vnum vna cum febre incipiat & alterum parum poſt febrem. Quo tempore apparens continuitatem, ſicut & primum ſeruat. Vnde non eſt quod Valleſius admoneat Galenum vt ſileat illam dictionem parum, quæ (vt ex dictis patet) neceſſario ſcribi debuit.

Maleval-leſius mo-torē ſe fa-cit Galeni.

Cauſa phrenitidis eſt fluxio ſanguinis bilioſi ad cerebrū.

Cauſa phrenitidis & differentia.

Differentia phrenitidis tres ſunt. Quas hac ratione colligo. Cum phrenitis delirium ſit: & delirium commune ſit imaginationi, & rationi, merito vna differentia phrenitidis erit, cum delirium in imaginatione, & altera, cū in ratione reperitur, tertia vero cū vtraque actio læſa eſt

lu.

Inde colliges præsenti loco duos errores auctoris. Primum, cum memoriam læsam, differetiam phrenitidis appellat. Alterum collocans actiones principes in cerebri ventriculis, quæ in corpore eius sedem habent. Temperamentum enim cerebri tanquam animæ instrumentum illas actiones exercet. Duo lapsus auctoris.

Morbus igitur hic.) *Cum febris acuta in phrenitide sit, & sitis, non est quod aquam hordei maceremus ægrotanti. sed frigida simplici vtamur. Et cum consuetudo immorbis sit seruanda, vinum habent, paucum tamen & bene dilutum. Vtemur etiam carnibus pulli scilicet gallinacei cocto, aut cum hordeo confracto, (anobis dicitur farro) lactuca aut acetosa, quæ oxalis dicitur. In summa requirunt phrenitici victum frigidum & humidum aut frigidum: etsi conjunctam habeat siccitatem, quia hæc debiliter agit.* Pœtus.

Secundo auertentibus.) *Cum phrenitis sit imflammatio habens aliquid factum & aliquid fiens: id quod fit debet prohiberi ne fiat, & factum curari. Quæ omnia commode in principio præstamus sanguinis missione, quæ reuellit humorem alio, & euacuat ex parte imflammata, inanitis. n. eius venis iterum remigrat humor ad eas. Debet secari cephalica, etsi sit plethora, quia rectius diuinem seruans cum parte affecta, ex ea citam & multam euacuationem facit: hanc autem venam secamus etsi fiat phrenitis ex suppressione mensium: quia ex Galeno reuulsio non est facienda ex loco a quo fluit humor, sed ex eo ad quē fluit. Iubet etiam auctor bis aut ter esse secandam venam, quando est plethora, qui ostendit se ignorare, sanguinis missionem in phrenitide tunc esse faciendam quando non fluit iam multus sanguis ad locum affectum.* Curatio phrenitidis.

Vacuatio quoque per medicamenta.) *In phrenitide medicamento purgante non est vtendum, vt postea dicemus.*

Tertio repellentibus.) *In principio phrenitidis debemus eua-*

euacuare humorem in parte affecta inclusum. Quod preter sanguinis missionem, praestat etiam medicamentum frigidum: hoc enim (vt auctor est Gal. 5. lib. simpl. cap. 4.) duplici ratione euacuat, primo repellendo, secundo vna cū calore multam educendo humiditatem. Repellemus ergo ex rhodino, (quod ex aqua rosarū, oleo rosarū, & pauco aceto constat) aqua sola cum aceto, succo lactuca cum aceto & aliis similibus: in quibus acetum miscemus, quia praeter frigiditatem quam habet, sua partium tenuitate alia cum eo mixta medicamenta deducit, per bregmatis suturas, per quas non solum eis medicamenti, sed & eius substantia vsque ad cerebrum penetrat.

Humorem ex cerebro non educi purgatione.

Quinto digerentibus. *Materia quae in cerebro continetur non purgatione totius corporis, quae per alvum, aut vomitu fit educenda est. Sed per propios cerebri meatus. Quod in declinatione, in qua euacuationis solius indicatio vrget fere ab omnibus obseruatur, capiti applicantes digerentia. Hoc nos non laudamus quia, ex Galeno humor faciens Erysipelas, tenuis cum sit, facile dissipatur.*

Examinatur medicamentū.

Aliqui hoc medicamento vtuntur. ℞. capitum papaueris numero 2. Seminis lactucae. p. 1. corticis radicis mandragorae ʒ. j. florum cordialium ʒ. ij. chamemeli pug. ß. garyophillorū numero 6. contundantur & fiat pulvis. Quem immittunt impulmonem arietis, aut intra colum bū & bregmati apponunt. Hoc medicamentum inutile est in declinatione, optimum tamen in augmento et statu cum repellat, summum concilset, & leuiter digerat, quae omnia in statu desiderantur.

Vigilia & faciendū.

Et si vigiliae fuerint immodicae. *In augmento phrenitidis debemus ob vigiliam sopire facultatem, quam in lethargo excitamus. Vigilia symptoma est ad se aliquando trahens curationem, cum ita est immodica vt dejciat vires: in ea. n. ob perpetuum motum ad externa calidum innatum dissipatur, & vna cum ipso spiritus. Desectio ab auctore proposita optima est, adde tamen et*

calen-

et calendulam, gariophillos, aut aliud calidum, quod narcoticam vim medicamenti reprimat, & penetrare ipsum faciat. Lotio etiam pedum cum decocto foliorum Lactucæ, capitū papaueris crassè contusorum & chamemelo. Si hæc non prosint vtere vnguentis cap. de capitis dolore scriptis. Hac etiam potio, qua frequenter vtor, vtilis est. ℞. emulsionem ʒ. j. seminis papaueris in aqua nenupharis extractam, syrupi papaueris ʒ. j. & confectionis de hyacinto ℈. ij. cum aqua nenupharis q. s. misce & fiat potio.

Paraphrenitis. *Delirium in accessione febris ardentis à magna sit caliditate, neque ibi est venenum vt auctor existimat cum symptomata veneni absint. An vero cardiaca confectio hoc loco proposita, aliquid valeat ex his quæ capite de Syncope à me expilcantur intelliges.*

De Lethargo.

CAPVT. VI.

LETHARGVS, quem Latinorum non nulli veterum nominãt, affectio est phrenitidi contraria: ab obliuione sic dicta, quòd ea correptos rerum omnium obliuio inuadat. vnde marcorem & inexpugnabilem quandam dormiendi necessitatem cum obliuione & alienatione mentis eã dixeris. Lethargi (autore Aetio) duplex origo est: quandoq; enim à præcordijs & visceribus persympathiam oritur: quandoq; in cerebro primo incipit. Ac quibusdã statim ab initio euenit, quibusdã nõ nisi ex acutorũ morborũ decidentia, præcipue ex phrenitide, vbi ob medicamentorũ stupefacientium vim ea cerebri pars fuerit refrigerata. Sæpissimè etiam à febre synocha in le-

descriptio

Diuisio

in lethargū incidituꝛ: & à pluribus aliis ægritudinibus, & generatim ab omnibus, quas ingentes inanitiones conſequuntur. Sed nec obliuiſci oportet, quòd ſæpe in ſingulis diuturnarum febrium circuitibus ægrotantes ſopor inuadit, quemadmodum in quotidianis, hemitriteo, & quartà-

Cauſa. nis etiam nō nunquam viſu venit. Fit hoc malum à putreſcente pituita poſteriorem cerebri partem imbuente, & refrigerante, in ſomnos impellente.

Signa. Comitatur autem lethargicos lenta quædam febricula: nec adeò vehemens vt ea, quæ laborantes caro, præcedere ſolet: quia in re lethargus & carus diſtinguntur Pulſus horum rarus eſt, magnus, & vndoſus, ſpiratio rara, & imbecilla. Somnolenti omnes huiuſmodi ſunt, deſidioſi, ignaui interrogantibus egrè reſpondent: ſunt etiam vſque adeò obliuioſi, vt ad meiendum ſæpe excitati, porrectam matulam manu tenentes obliuiſcantur. Delirant porrò, & expergefacti clamantes intuentur, ſed illicò ad ſomnum reuertuntur. Oſcitant frequenter, & quaſi claudendi oris obliti hiantes perſiſtunt. Supini iacentes ad pedes delabuntur, & increbreſcente morbo velut cadauera ſegnes decumbunt. Quibuſdam alius humidior eſt, alijs ſicca, vt nihil reddat. Lotium, præterea quale iumentorum eſſe ſolet, emittitur. Ad extremum ſterrentes veluti ſepulti artiſſimo ſomno tenentur.

Curatio. Curatur lethargus quinque remediorum generibus. Primo, victu tenui calfaciente, & exiccante, vt aere ca-

Victus. lido arte facto, ſi ſit hyems, aut autumnus, ſuffitu rerum calfacientium, ſereno & lucido. Parietes quoque ardeant picturis diuerſis coloribus, nutriatur mulſa, aut iure cicerum nigrorum, aut ptiſana hordeacea cum decocto fœniculi facta, aut granis pineis ſaccharo conditis (eſt pynonada Hiſpanis) aut cortice citri condito. Si facultas ſit imbecillà, iure columborum & cicerum indigebit: ſemper tamen Aphoriſmum decimum octauum primi libri ſequere, cum ſiderandotempus, regionem, ætatem, & conſuetudinem

infir

infirmi. Omnia pituit oſa alimenta maxime nocent, & vaporoſa præter porrorum barbas, quæ ſi cum hordeo decoquantur, ſunt optimæ. Inter cætera cæparum eſus copioſis magis lethargum gignit, vuæ quoque recentes huic morbum efficiunt. Potus ut decoctum cinammomi aut ſeminis fœniculi, aut aqua mellis potens videlicet conſtãs quatuor partibus aquę, & vna mellis, & hæc erit nutrimentum optimum. Vinum maximè nocet, niſi in declinatione, & in ægro imbecillo, & niſi ſit debili ſtomacho. *Quæ alimenta nocent.*

Secundo, auertentibus, vt ſectione humeralis, aut mediæ, ſi ſit plenitudo; extrahaturque ſanguinis copia reſpondens plenitudini & viribus: & quia ſemper reformidanda eſt cruditas, ne ſanguinis quantitas ſit copioſa, diligenter obſeruabitur. Auertunt etiam & clyſteres acres, de quibus capite de apoplexia. Quamuis aliquantò mitioribus indigeat lethargus. Cucurbitulæ ſcapulis admoueãtur ſæpe, & aliquando cum ſanguinis vacuatione, præſertim ſi æger fuerit iuuenis, & ſanguineus. Vincula & frictiones dolorificæ partium extremarum ſatis reuellunt. Vomitus ſine violentia ſolius ventriculi auertit à capite, ſi ue fiat ſola frictione, & titillatione oris, & linguæ, ſiue oxymellie. S. cum decocto ſeminis raphani, aut anethi; vel cũ ſyrupo acetoſo S. & eodem, aut ſimili decocto. Vacuatio per Hieram. S. Gal aut Agaricum trochiſcatum auertit ſatis, aut per vnciam ſemis diaphæniconis. *Auertentia.*

Tertio, repellentibus actu calidis, quæ ſint minus frigida quàm in phrenitide, & primo & ſecundo die capiti, præcipue poſteriori parti raſæ admoueantur oxyrhodinũ ex aceto, oleo, & aqua roſarum: poſt ſecundum diem adde oxyrhodino pulueris caſtorei drachmam vnam, & ſem per iuxta ſeptimum adde quantitatem eius & loco olei roſati adhibe oleum ex lilio, & parum aceti ſquillitici. *Repellentia.*

Quarto, vacuantibus materiam à capite per medicamenta purgantia, præcedente prius concoctione ſyrupis, & aquis, aut decoctis materiæ pituitoſæ (de quibus caput *Vacuantia.*

primum vide) videlicet vsu rhodomellis, oxymellis compositi, aut syrupi ex hyssopo, aut ex stœchade cum oxymelle squillitico. Hoc aut simili potu fiet vacuatio: ℞. diacatholiconis ʒ.v. electuarij indi maioris ʒ.iij. ℈ agarici troschiscati ʒ.j. rhodomellis ℥.j. decocti communis quod ſ. misce, & fiat potus. Alexander Trallianus solebat purgare lethargicos hoc medicamento; ℞. castorei ℈.ij. diagridij ℈.i. cum aqua, aut syrupo vel decocto fiat potus, & post illum omnes fermè autores laudãt illud, quamuis nostris temporibus minuenda sit quantitas diagridij, & augenda castorei, vt ℞. pulueris castorei ʒ.j. diagridij g.vij. cum rhodomellis fiant pilulæ, aut potus. Ex hoc habemus medicamentum purgans bilem flauam, mixtum cum medicamento non purgante, fieri purgans pituitam, vt in superiori mixtura experientia docuit. Similiter purgatorium bilis mixtum cum purgatorio pituitæ purgat pituitam, vt in electuario indo iacammonium mixtum cum turbit, & alijs purgat pituitam. Vacuatio quoque per loca proxima, videlicet, per nares & palatum est necessaria: quare sæpe naribus & palato admoueatur parum huius decocti: ℞. pulegij origani, stœchados, rutæ an. m.j. sinapis, euphorbij an. ʒ.i, fiat decoctum cum libra vna aceti ad tertiam partem. Intrudatur puluis hic naribus; ℞. pulueris hellebori & condisci an. ʒ.ij. misce. Os & palatum sæpe fricentur mithridato, & theriaca magna, & sale; hęc & similia in forma apophlegmatismi, & errhini vacuant materiam à capite per dicta loca, de his capite de apoplexia sermonem habebimus copiosè: sed tamen oportet scire, lethargum semper omnia remedia desiderare minora, tum quia minor est morbus, quam apoplexia, tum propter febrem.

Potio.

Derivatiua.

Errhina.

Apophlegmatismus.

Obserua. Euacuat & resoluit materiam sal cum millio bene tostus, calidus, & admotus capiti raso. Idem fiet hoc

Topica. cataplasmate: ℞. caricarum p. ij. sinapi p. j. cum aceto fiat cataplasma. Curcurbitulæ bene ignitæ occipiti affi

affixæ idem faciunt. Optimè quoque euacuat caſtoreum mixtum cum humanis capillis aduſtis, & aceto admotum capitu raſo, & excitat à ſomno.

Eandem, aut ſaltem parem vim habet hoc medicamentum: ℞ pyrethri, ſinapis, ſcillæ an. ℥ j. caſtorei, euphorbij an. ʒ. v. cum ſucco aphrodillorum, aut ſampſuci fiat cataplaſma: ſi ante appoſitionem horum pili euellantur dolore, erit melius. Si morbus hic diuturnus fiat, æger multis diebus in aurora bibat tria aut quinque grana caſtorei cum rhodomelle, aut ſyropo de ſtæcade, aut aqua ſaluiæ, aut ſampſuchi: vel accipiat drachmam vnam mithridati, aut theriacæ magnæ, aut diagalangæ, aut diatrium piperum: poſt hæc & in vigore maximè confert balneū decocti rerū calfacientiū. vt pulegij, thymi, roris marini, ſaluiæ, rutæ, & ſimiliū. Obſeruā hiſtoriā Tralliani, quam Fuchſius lib. 1. cap. 13. de morbis curandis refert. *Hiſtoria.*

Quinto, per ea, quæ ſymptomata huius morbi curantur quæ ſolent eſſe præcipua, ſcilicet profundus, & excrementorum prima, & ſecundæ cōcoctionis ſuppreſsio. Primū curatio ex ſuperioribus, præſertim quarto genere remediorum expoſitis peti poteſt: præter illa pedes & tibiæ fricari debent vehementer cum ſale & aceto. Odor rutæ decoctæ cum aceto excitat à ſomno, ſimiliter euulſio violenta pilorum ex partibus infernis & ſupernis, Sonus tubarum, & voces ſcrofularum excitant à ſomno. Fumus qui æditur ex vſtione pilorum hominis maximam ad hæc vim affert. Simili ratione fumus pennarum vulturis. Eiuſdē eſt facultatis pulmo ſuillus capiti admotus. Tantumdem efficiet ſanguis teſtudinis fronti appoſitus. Aeque eſt efficax frictio plantarum pedum vrtica & ſinapi aceto decoctis. Pili caprę vſti, & cornu ceruj, & cadræ aduſtum naribus admoueantur, poſſunt expergefacere quamuis altiſsimè dormientem. Ad expellenda flegmata, glandes acres & clyſteres multū valēt (de quib⁹ aliqua ſcripta extāt capite de *Sympto-matica cura-tio.* *Somni profundi cura-tio.*

apoplexia)& alia plæraque hoc capite ſecundo,& quarto genere remediorum explicata,maximo adiumento erũt.

Suppreſſæ vrinæ curatio. Suppreſsio vrinę curatur ijs, quæ diximus in extremo capite de curatione phrenitidis,& ijs quæ dicenda ſunt capite quadrageſimo ſexto huius morbi propio.

De Lethargo.

CAPVT. VII.

Scholium.

Circa lethargi eſſẽtiam refutantur. LETHARGVS quem latinorum. *Lethargus ex ſententia multorum ſit ex pituita non pungente cerebrum. Qui ducti ſunt in hanc ſententiam ex Gale. 1. porre. par. 1. com. 1. vbi ſcribit Lethargum tunc contingere, cum pituita diluerit & humectauerit cerebrum. Hi errant, vt oſtendit febris, quæ comitatur Lethargum, quæ, ſine putredine pituitæ excitari non poſſet, eum pituita humor frigidus ſit. Neque Galeni locus eis fauet, quia etſi in eo pituitam madefacere cerebrum ſcriptum ſit, intellige tamen ita madefacere vt ſimul putreſcat. Quod eſcontingat, cum tumorem efficiens inculcatur, vt prohibitam habeat tranſpirationem: hoc ex, eodem loco colliges, vbi Galenus porenſtim ait fieri, cum bilis locum, in quo princeps animæ pars reſidet prehenderit: non enim inde recte colliges bilem ſine putredine phrenitim efficere. Quod autem in lethargo pituita putreat. Gal. 13 metho. cap. 21. nos docuit: vbi noxium humorem qui citra febrem altos inuehit ſopores, in apoplexia, caro & cachoco reperiri ſcribit: humorem vero putridum cum febre in lethargo. Quod autem tumorem efficiat pituita,*

eodẽ

eodem libro cap 20. videbis. Ubi Galenus Lethargum vitium contrarium phrenitidi secundum speciem esse affirmat, atque hac est causa cur in principio similia postulent remedia. Lethargus est symptoma in actione principe lesa. est enim abolita memoria, & ratiocinatio infirma. sic & imaginatio. Qua in parte duos practicorum errores colliges primum auctoris, Rondoletij & aliorum lethargum dividentium in lethargum morbum & lethargum symptoma. Si in est actio lesa quomodo erit morbus? secundum auctoris, & aliorum etiam, qui ex phrenitide, cum in ea multum refrigeramus cerebrum lethargum fieri dicunt. Si. n. somnus ille fit refrigeratione cerebri & nō ab edemate quomodo erit lethargus? Objicies. Ubi aliquis in lethargo nonne putrida putrefactiōes calorem concipit, quomodo ergo inclinationem ad somnum generat? Respondeo lethargus est intemperies cum affluxu humoris. Hic autē humor totus non putret, sed aliqua eius pars, reliqua suā servat naturam. Pars qua putret vapores mittit ad cor paucos & nonnil calidos indeque ortum habet in lethargo febris lenta. Reliqua vero pars qua non putruit somnum inducit refrigerando & humectando cerebrum, hac. n. ratione densatur & spiritus animales incrassātur, quo tempore libere facultas non potest alterare, vt ex 13. metho. cap. 3. colliges.

Lethargus symptoma est.

Duo practicorum errores.

Morbus lethargo.

Sāguinis missio.

Secundo auertentibus. Cum lethargus sit tumor preter naturam postulat in principio revulsionem, & euacuationem: quod commode praestat sanguinis missio ex cephalica, quia rectitudinem servat cum loco affecto: & hac ratione cito & multum euacuamus. Neque est quod timeamus cerebri refrigerationem, cum caleat à febre & ab humore putri.

Repellens medicamē

Tertio repellentibus. Repellimus in principio eo modo tum. quo diximus superiora capita. Aliqui dividunt medicamentum repellens in illud quod verè repellit, quale est ex yr rhodomū: & in illud quod impropie repellens ab ipsis tur quia nonnis

Refutantur quidā

nantur, eo quod una cum frigiditate habet aliquam caliditatem, quale est illud quod capite de phrenitide descripsimus, eo contextu quo habet. Quinto à gerentibus &c. Hæc examen diuisio adhibenda est, cum calidum non repellat, adde in principio inflammationis calorem multum habere. Sed nunquid dices posse nos miscere calida ob penetrationem, neque propterhanc causam licet, cum acetum frigidum existens id præstet.

In lethargo nō purgandum.

Quarto vacuantibus materiam. Cum medicamentum purgans non educat humorem in tumore inclusum, sed eum qui est in venis omittendus est, in declinatione ergo lethargi eiciendus est humor à capite discutientibus, quæ aliquantulum vehementia debent esse ob humoris crassitiem, huiusmodi sunt oleum rutaceum, de spica unguentum Aragon. & Marciae. Sternuere medicamento purganti, qd per nares (ethnicū dicitur) euacuet attrahendo, vt est euphorbium, elleborum album, & alia mitiora, qualis est sucus betonicæ aut per os (apophlegmatismus appellatur) quod præstabimus. Ungentes palatum hiera simplici, vel cum ea aliquid ex euphorbio miscentes, medicamentum etiam masticatū stille erit. Capitis pileos applicabimus ex rebus calidis, masticke saturei, Garyophillis, corticibus citri, ruta, anno, his pulueratis & cum z ij pilris arcoticon Nicolai permixtis. His enim cerebrum corroboratur, & humor discutitur. Aut sacculos discutientes bregmati apponemus.

Somnus q̄

Quinto per ea. Somnus naturalis à cerebro fit: hoc enim cum requiescere vult, aut spiritus reficere, somnum inducit animalibus primo de causis symp. cap. vltimo. Est ergo somnus naturalis quies facultatis animalis à cerebro inducta. Quies est non omni modo, sed per quietem intelligit Galenus remissionem tantum, reuera enim tempore somni descendit ad instrumenta sensus, & motus, sed minor. Hæc autem remissio à cerebro efficitur: vnde male Arist. hunc ipsum constituit causam somnū

Aliqui tangitur.

efficientem, cum ipsa potius sit causa iuuans: hoc superiori loco significauit Gal. Sic enim habet cerebrum cum quiescere vult somnum inducit, praesertim cum altrix in eo facultas humiditate fuerit instaurata. Male etiam argenterius somnum dixit fieri à reuocatione caloris nati, eo quod hoc est instrumentum commune, cum instrumentum facultatis animalis sit spiritus animalis & somnus in cerebro fiat. Maiorem videtur habere difficultatem locus Galeni. 3. de caus. pul. cap. 9. vbi scribit somnum fieri cum naturalis calor ad alimentum se conuertit. huic tamen loco satisfacimus dicentes Galenum in eo non tradere causam somni quam cerebrum esse docuit: sed tradere id quod in somno contingit, in eo enim fit reuocatio caloris consentiente facultate vitali, facultati animali: vt colligo ex 3. de caus. pul. cap. 8. in somno hoc naturales facultates naturalis & animalis roborantur, naturalis quia calor reuocatur. Animalis quia quiescit ab opere. In eo vero somno qui praeter naturam est, cum calidus innatum longo tempore priuetur motu ad exteriora, & perseuerantem seruet motum ad interna, suffocatur. Accurate de hoc symptomate occurrere oportebit. Est autem somnus praeternaturam longus & qui difficilem habet expergefactionem. Fit autem à frigiditate & humiditate. Humiditas n. grauat cerebri facultatem. Frigiditas vero vt dixmus stupidum reddit cerebrum ipsum condensans: & incrassat spiritus animales, & hac ratione impedit alterationem deorsum. Ex his dicimus ergo ex hac frigiditate & humiditate dormientes, calidis & siccis, & attenuantibus pituitam, & discutientibus eam, id praestabimus decoquentes satureiam, rutam, thymum & alia cum aceto, & naribus inspirantes vaporem. Bregmati adhibebimus vnguentum, ex oleo rutaceo castorei, succo scillae cum cera constructum. His tamen medicamentis tere in augmento, non in principio, ne attrahas ad partem affectum.

Somnus praeternaturã

De Vertigine.

CAPVT. VII.

deſcriptio.

VM in morbo ob tenebrationes, hebetudinesque oculis obuerſantur, & omnia rotari & circumferri videntur, malum illud eſt quod latini vertiginem, Græci verò ſcothoma appellant. Valeant ergo barbari, qui nodum in ſcirpo quærunt, ſcotomiam à vertigine differre volentes. Nam ſi diſcrimen vllum ponendũ ſit in affectione, non in omnibus erit conſtituendum. Vnde Gal. quarto de ratione victus in morbis acutis, commentario quadrageſimo tertio differre inter ſe dinon, & ſcodinon autumat: cum enim caput circumagi videtur, dinos id eſt, vertigio vocatur affectio. Cùm autem & præter id, tenebricoſus fuerit aſpectus, ſcotodinos, hoc eſt tenebricoſa vertigo dicitur. Fit autẽ ob inordinatam ſpiritus fluoſi motionem, qui vel in capite generatur, vel ſurſum ex infernis extollitur partibus. Qui præter ea quæ dicta ſunt, plura de vertigine volet cognoſcere, adeat Galenum loco ſuperius citato, & tertio de locis affectis: nobis enim breuitatem affectantibus hæc ſatis ſunt.

Cauſa.

Curatio in acceſſione

Curatio non poteſt eſſe eadem in omnibus, ſemper tamen, quæ humores, & ſpiritus immobiles reddunt, conferunt: vt aër temperatus aut frigidus, & obſcurus, quies, cibus frigidus, & aſtringens, excepta vertigine, quæ à pituita fit, quæ calidis indiget cibis. Sit quoq; tenuis victus, quia morbos ex repletione (cuiuſmodi eſt apoplexia) gignit, niſi ex coitu, & fame fiat, in quibus cibi boni, & multi ſanguinis ſunt neceſſarij. In omni vertigine nocent alimenta difficilis concoctionis, & vaporoſa, & rerũ aſpectatio, quæ in orbem torquentur, ante quæ celeriter mouentur, deſpi-

victus.

Quæ fugienda.

cere

rere ab alto,& ambulare per loca periculosa. Ira, tristitia, & timor maximè nocent. In initio mensę, quę aliqum molliunt, vt pruna damascena,& passę vuæ sine granis, sunt comedenda: in fine, quæ os ventriculi astringunt,& impediũt ascensum vaporum : vt caro malorum cotoneorum condita, aut coriandrum præparatum. Potus sit aqua ex cinnamomo,& aqua mellis, aut aqua decoctionis coriandri, si fuerit à causa calida. Vinum non bibat, nisi habeat ventriculum imbecillum, aut sit totius corporis defectus. In accessione quies est necessaria,& frictio partium infernarũ, & odor rosarum, myrti,& similium, quæ spiritum animalem quiescere faciunt. Si verò accessio fuerit magna, aut longa, vacuatio per acrem clysterem, aut glandem fiat, de quibus capite de epilepsia, aut apoplexia dicemus. Aliquãdo in ipsa accessione est necessaria sanguinis missio per venæ sectionem, vel per cucurbitulas cum scarificatione, ne transeat in epilepsiam, aut apoplexiam. Extra accessionem, quando est ex sanguine præcedenti debita ratione victus iam dicta fiet sanguinis missio per sectionem venæ humeralis aut mediæ. si sit magna plenitudo: deinde concoquatur bilis per duos, aut tres dies syrupo rosarũ cum decocto coriandri. Post hæc euacuentur bilis hoc aut simili medicamento ℞. medullę cassię fistularis recens extractæ ℥ ß. rhabarbari electi infusi per noctem in aqua endiniæ ʒ j diaprunis solutiui ʒ. iij. ß. syrupi rosarum ℥ j. aquæ buglossæ, quod sufficiat, misce,& fiat potus, vel fiat vacuatio per ʒ. j. pilularum de rhabarbaro: vltimo fiat corporis refrigeratio,& partium corroboratio per electuarium diarhodon Abbatis cum syrupo rosarum aut aqua frigida, & astringente: & hepar vngatur ceroto santalato.

Recuulsio.

Curatio extra accessionem ex sanguine.

Purgatio.

Refrigeratio & corroboratio.

Quando fit à bile flaua, eadem est curatio dempta sanguinis missione, quæ aut non fit, aut si fiat, minor copia sanguinis in hac quam in sanguinea extrahatur.

Ex bile flaua.

Ab atrabile rarò, aut nunquam fit: si autem fiat, inquire eius curationem capite de curatione melãcholiæ. Quum est

Ab atrabile.

Per consensum. est per consensum ventriculi, à quo sæpe nasci solet, vomitus statim est vtilis, quem concitat decoctum seminis raphani, aut anethi, aut atriplicis cum syrupo acetoso. S. aut maiori vi opus est oxymelle. S. aut cum vncia vna oxymellis scilliciti. Raro in hoc morbo conuenit vomitorium potentius, quia nocet commotio magna. Deinde

Vomitus.

Euacuatio. euacuetur humor, qui est in ventriculo, per propia medicamenta purgantia præcedenti concoctione per rhodomel, aut syrupum de hyssopo, aut oxymel compositum cum decocto, aut aquis conferentibus. Hiera. S. aut pilulæ elephanginæ, aut agaricus troschiscatus, aut diaphœnicum, aut pilulæ stomachicæ optimè euacuãt materiam detentam in ventriculo. Tandem quæ ventriculum corroborant, conferunt, siue sint interna, siue externa: de quibus capite de curatione imbecillitatis ventriculi satis copiosè dicemus. Mica panis cum succo malorum cotoneorum sæpe comesta ventriculo vacuo vertiginẽ tollit.

Corroboratio.

Apituita. Si fiet per consensum vteri aut aliarum partium, suis in locis patefiet curatio.

Victus.

Coctio. Quando est à pituita (à qua fit sæpe) post victum tenuem & calidum, secundo decoquatur pituita per medicamenta dicta capite primo, incipiendo à mitioribus: vt est rhodomel, vsque ad valentiora: vt sunt oxymel compositum syrupus de quinque radicibus, & oxymel scilliticum, cum aquis, aut decoctis conferentibus.

Purgatio. Tertio, vacuantibus pituitam curatur, quaha sunt: Agaricus, turbit, Hiera. S. & comp. diaphinicon, electuarium indum & pilulæ de Agarico, & alia multa dicta capite primo. Sed quia hic morbus diuturnus esse solet, multis purgationibus est vtendum, sumpto initio à leuioribus ad

Obseruatio. valentiora, præsedente semper concoctione apta, & debita. Hoc medicamentum est medium: ℞. diacatholicon ʒ. ℈ Agarici trochiscati ʒ. j. diaphœnicon ʒ. iij. ℈. rhodomellis ʒ. j decocti saluiæ, quod sufficit, & fiat potus. Hæ pilulæ, sæpe deuorentur, sunt efficaces, valentque

Pilulæ nobilissimæ.

pluri

plurimum ad affectum hunc tollendum, & radicitus euellendum, caput & omnes sensus confirmant: ℞. nucis muscatæ, cubebarum, garyophillorum, xyloaloes, masti: his an. ʒ. j. cardamomi, spicę, seminis maioranę, rutę, peonię, siseleos, zinziberis, asari, piperis an. ʒ. ℈ agarici electi ʒ. iiij. colocynthidis ʒ iij. myrobolanorum chebulorum ʒ. ij. serapini, hellebori an. ʒ. j. salis gemmæ, nitri an. ℥. ℈ aloes hepaticæ pondus duplum, fiant pilulæ cum benedicta. Earum dosis est drachmæ vnius, & in vsu frequenti scrupuli vnius.

Derma. zio.

Vacuatio per loca propinqua, videlicet per nares, & palatum est necessaria in formis diuersis: de quibus dictum est cap. de cephalalgia pituitosa, & cap. de lethargo; copiosius tamen dicemus de eis cap. de apoplexia, vbi nomina omnium harum formarum, & barbara, & Latina indicabimus.

Resolutio, & corrobo ratio.

Vltimo, euacuanda est, & resoluenda materia capitis per interna, & externa medicamenta, & cerebrum corroborantia: vt drachma vna theriacæ magnę, aut Mithryda ti, aut diatrion piperon, aut diagalangæ multis diebus sumpta cum vncia vna aquæ salui æ, aut stichados, aut roris marini, aut similis naturæ capitalis in forma aquę, aut decocti aut syrupi. Cerui x & cap. vngantur oleo rutæ, aut laurino, aut costino, aut ex castoreo. Emplastrum ex ruta scilla serpillo, satureia, & cepæ cum melle, & oleo camomill confectum capiti raso admotum cum lana succida omnem vertiginem tollit.

Topica.

Exẽplum.

Quidam laborans vertigine antiqua, post vacuationem per pilulas cochias curatus fuit lotione assidua capitis rasi decocto camomillę, & rosarum. In diuturna vertigine, & ferme insanabili est summum auxilium venas non palpabiles, post aures abscindere. Quorundam experientia probatum auxilium est cauterium prædictarum partium.

Exẽplum alterum.

Passus est quidam vertiginem propemodum insanabilem, amisso fere sensu cap. & cũ immenso stupore ob frigidus intensum, & post multa remedia, quæ nihil profuerunt,

ca-

cataplasmate ex sola vrtica toti capiti raso per noctem admoto curatus est factis post ea multis ampullis plenis aquosa ptuita, à quibus multa emanauit pituita.

De Vertigine.

CAPVT. VIII.

Scholium.

Vertigo quid.

VM in morbo ob tenebrationes. *Cum visa iudicamus circumuolui, symptoma hoc à Græcis dynos à latinis* Vertigo *dicitur. 4 acut. com. 42. cum autem tenebricosa simul coram oculis apparent cum visus amissione, scotodinos dicitur affectio, à latinis* Vertigo tenebricosa *4. apho. com. 17. prædicta duæ affectiones ratione maioris & minoris distinguuntur: tenebricosa enim Vertigo maiorem causam arguit, nempe bilem aduſtam.*

Vertigo duplex.

Vertigo aliquando in febribus euenit. 4. auctorum sent. 42. conãte natura humores euacuare, de qua nonagimus modo sed tantum de ea quæ citra febrem contingit. Quæ vel sit ex propio capitis affectu, vel per consensum. Per propium affectum fit cum humor qui causa est Vertiginis est in cerebro. Id deprehendes ex eo, quod nullius partis affecta signum apparet. Per consensum, cum à ventriculo vtero, alia parte est prima malè prigo, vt ex signis affectæ partis cognoscere poterimus. Vertigo est symptoma in actione læsa, depraua ta s. licet imaginatio, qua rẽ quietam circumuolui iudicat. Hoc symptoma ex alio sequitur quod est Situm exuementis, cum inequaliter mouetur spiritus flatulentus in capite. Vnde intelliges non recte colligere Lupeium ex 4. acut. com. 42. ex sola ventriculi

Vertigo symptoma

Lupeius reprehenditur.

velli

vellicatione fieri vertiginē: reuera illa vellicatio ex humore fit, ex quo excitati vapores vertiginis sunt causa. Neque existimandum est, vt fere omnes scribunt, vertiginem tunc fieri, cum spiritus flatulentus in cerebri ventriculis inequaliter mouetur: sed opus est, vt ille spiritus descendat ad oculum, & ante humorem crystallinum motum illum excerceat: aliter enim non apparebunt res in gyrum moueri. Causa istius motus aut est externa, vt motus in gyrum, & vini potio: aut interna, qua vt diximus, vel est in capite, aut in alia parte. Morbus ad quem sequitur vertigo est intemperie frigida, in qua diminutus calor flatum excitat.

Reprehenduntur alij.

Causa motus spiritus in vertigine.

Extra accessionem quando est ex sanguine. *Cum omnis vertigo fiat à causa frigida 4 acut. com. 42. quia à calore diminuto spiritus eleuari solent: difficile certè videtur qua ratione plethora vertiginis causa sit: nisi dicamus id fieri, eo quod a plethora fiant interceptiones venarum, hoc est repletiones, à quibus solet calor obrui, & spiritus non recte diffiari. Cum in vertigine sanguinem mittimus, Aetius præcipit euacuationē aceruatim non esse faciendam, quia vertig nosi facile concidant: quod non erit seruandum, cum sanguinis missio incente homine exercetur.*

Vertigo à causa frigida fit.

De Epilepsia seu morbo Comitiali.

CAPVT. VIII

Descriptio

MORBVS comitalis (quem epilepsiam Græci vocant) concussio est omnium corporis partium non perpetua, vt in emprosthotano, opisthotano & tetano conuulsionis speciebus, sed temporum interuallis accidens: neque hac solum re ab illis differens, sed mentis quoque, ac sensuum oblesione: vt auctor est Galenus lib.

tet

tertio de locis affectis, capite quinto. Cuius tres sunt differentiæ, quarum prima in cerebro per primariam affectionem fit: secunda per consensum ab ore ventriculi: tertia quæ tamen & ipsa rarò accidit, cum à parte aliqua incipit affectus, post sentiente ægro ad cerebrum vsque ascendit vt in eo puerò accidit, è cuius crure velut frigida quedã aura per coxam, & lumbos in caput tendens quotidie cerebrum afficiebat: visus quoq; est (autore Paulo) morbus comitialis ab vtero in quadam muliere, quo tempore vterum gerebat, qui post ædito fœtu quieuit. Omnibus tamẽ his formis commune est, quod cerebrum afficitur. Fit autem hic morbus à crasso humore pituitoso, aut melãcholico, spiritus animalis meatum, qui in cerebri ventriculis est, obstruente. Cùm vero per symphatiam quis laborauerit, simile quiddam cerebrum patitur, ventriculo à re aliqua infestato: nam vt singultire hunc cernimus, quoties aut ciborum mole grauatur, aut putres humores ipsum infestant, ita etiam & neruorum principium concuti credibile est, vt à se expellat, quicquid sit, quod à parte primo affecta ad ipsum effertur. Præcedit hunc morbum mœstitia corporis, atque animi inconstantia cum motu minimè voluntario eorum, quę perceperunt, obliuio, insomniorum visiones turbulentæ, dolor capitis, & faciei pallor, lingua, præter hæc, inordinatè mouetur, quam etiam nonnulli mordent. Inuadente accessione statim concidunt, conuel luntur q;, nonnunquam stertunt, & circumaguntur. Præcipuum verò, ac maximum signum est oris spuma: nam cætera communia sunt & in aliis morbis. Obnoxi huic morbo ante omnes sunt pueri, & inter hos recens in lucem æditi, post hos adolescentes, ab his ætate constantes, omniũ minimè senes & decrepiti. Hæc affectio proxima est apoplexiæ, cum idem locus vtrobique laboret & idem humor in causa sit: verũ apoplexia ob omnimoda carentiã illius potentiæ, quæ ad neruos defluit: morbus autẽ comitialis, pro-

Diuisio.

Causa.

Causa huius humoris læsi per symphathiam.

Signa.

propter motum vitiosum, generatur, vt habet Gal. secundo Aphorismo. commen. 45.

Morbus comitialis, si hæreditarius fuerit non suscipit curationem: si non fuerit hæreditarius, & cerebrum primo afficitur, difficilis est curatu: præsertim si æger sit natus vigesimum quintum annum, affectusque fuerit ante illam ætatem simili, aut eodem morbo. Infans recens natus (cuius multi fratres in eadem, aut simili ætate perierunt epilepsia) præcedenti prius optima præuisione in victu materno, si ante primam lactationem parum huius mixturæ acceperit, liberabitur à futura epilepsia; ℞. saccari optimi bene pulueriz. ℥ij. olei amygdalarum recentis aut amygdalarum dulcium: quod f. misce, & fiat confectio admodum loch: quæ non solum ante primam lactationem sed multis diebus est sumenda; semper tamen ventriculo vacuo. Aliqui loco olei ponunt butyrum recens, purgat hoc medicamentum prauos humores ventriculi, & intestinorum, a quibus praui vapores ascendunt, epilepsiamque efficiunt. Paulus Aegineta infanti nato ante lac exhibet mel. Nostræ fœminæ Valentinæ consilio medicorum ante lac etiam primum exhibent cum melle parum decocto pulueres radicis proniæ, & fel testitudinis, aut parum limonatæ smaragdorum.

Curatio.

Infantium curatio præseruatiua.

Victus.

Confectio.

Ego secutus multorum experientiam hæc duo medicamenta summopere laudo, primum bis, aut ter in die sumptum, alterum verò semel in hebdomada: hæc enim corroborat cerebrum, neruos & ventriculum, & purgat ab eisdem partibus; ℞. limonatæ smaragdorum ℥ij. pulueris radicis proniæ maris, & feminis eiusdem an. ℥.j. coralli rubri præparati ℥.ij. visci quercini & cranei humani pulueriz. an. ℈.ij. pulueris vermium rubi, & succi rutæ an. ℈.j. corn. cerui vsti & vnicorni an. ℈. ij. pulueris pullorum hirundinis adustorum ʒ.ß. rhodomellis, aut syrupi de hyssopo, quod f. misce, & fiat confectio: ex qua sæpe accipiat infans

Duo medicamenta præstantissima.

quan

quantitatem vnius caſtaneæ. ℞ Hieræ picræ. S. ʒ ij. agari ci trochiſcati ʒ. iij. rhodomellis ʒ. iij. miſce, & fiat confectio. Dotis ſemel, aut bis in hebdomada cochlearium vnũ. Aliquando eſt neceſſarius hic aut ſimilis clyſter præſertim in acceſsione ipſa; ℞ decocti rutæ, ſaluiæ, & roris marini ʒ. iij. ℈. olei rutæ ʒ. j. ℈. hieræ logodionis ʒ. iij. ſalis ʒ. j. miſce, & fiat clyſter. Glandes, ſeu ſuppoſitoria hæc & ſimilia ſunt optima: pulueris hieræ picrę. S. ʒ. iij. ſalis gemæ ʒ. ℈. mellis quod ſufficit, miſce & fiant duo ſuppoſitoria, aut tria. In ipſa quoque acceſsione frictiones extremorum, vincula dolorifica, & cucurbitulę ſcapularum ſine ſcarificatione anę primum annum, & poſt cum ſacrificatione maximè conferunt. Curantur quoq; infantes hoc laborantes morbo cauterijs paruis auribus, & ſuperiori parti ceruicis, quam nonnulli nucam appellant, admotis. Radix pæoniæ maris ſecta admodũ coronę collo appenſa præſeruat ab epilepſia. Eandem aut ſimilem vim habet coralium, aut lapis ſmaragdus, aut hyaſpis viridis. At quia infantes, & pueri in noſtra vrbe Valentia ſæpe laborant hoc morbo, & pereunt, præter dicta in curatione, & præſeruatione eorum, his decreui alia non pauca addere. Da infanti ſummo mane poſtpoſito lacte, ſaltem tribus horis, quantitatem vnius ciceris huius mixturæ, & liberabis eũ ab epilepſia, Deo fauente; ℞. ſucci rutæ cochlearium vnũ, folia auri numero quinque, lapidis ſmargdi præparati. g. x. miſce. Eandem, aut maiorem habet facultatem notum Plinij auxilium, quod affert Antonius Carthaginenſis, ver miculorum lanuginoſorum in rubo repertorum, quorum tres aut quatuor lacte, vel aqua melliſſæ ſimul deuorentur. Prodeſt mirum in modum infantibus hoc medicamentum, accipe cepæ album, perforatum, plenum theriaca magna, & croco, decoctum in furno, & ab eo exprimatur ſuccus: cochlearia tria bibat infans, reliquum in forma emplaſtri ventriculo impone. Confert quoque multũ huic infantili morbo drachma vna frequenter ſumpta hieræ. S. cum

Clyſter in acceſsione.

Glandes.

Auertentia, & reuellentia in acceſsione.

Diligẽtior curatio in gratiã Valentinorũ.

cum decocto roris marini, aut ſaluiæ. Sume prodeſt huic morbo puerorum, ventriculo mundificato cochlearium vnum huius ſyrupi: ℞. florum bugloſſæ, boraginis, roſarum radicum, & ſeminum pæoniæ, gentianæ, limaturæ eboris, vſneæ an. ʒ. ß. cranei humani ʒ. ij. croci. g. x. fiat decoctum in libris quatuor aquæ ad medietatem, de quo colato accipe libram vnam, & cum ſaccharo ſufficienti fiat ſyrupus. *Syrupus.*

Si morbus comitialis fiat ex lacte in ventriculo infantium coagulato, à quo ſymptomata veneni generantur, hoc cataplaſma ventriculo bis aut ter admotum deijcit ventriculi repletionem; ℞. foliorum vlmi p. ij. decoquantur in vrina puerorum, & cum vncijs duabus butyri fiat cataplaſma: paris, aut maioris facultatis eſt hoc: ℞. foliorum mlnarum abſinthij & vlmi an. p. j. decoquantur in vrina hominis, & cum vncijs duabus butyri, & fermenti, & vncia vna olei nardini fiat cataplaſma: quod ter admoueatur ventriculo ante, & retro. *Si ex lacte coagulatum in ventriculo.*

Sal cum melle deijcit venrriculi repletionem, ſiue ſit ex lacte coagulato, ſiue corrupto, vel ab alia cauſa, autore Galeno, quinto de ſanitate tuenda, & tertio de facultatibus alimentorum, cap. 14. Si mel & ſal lacti miſcentur, ipſius in ventriculo coagulationem impediunt: fallitur ergo Auicenna fen 6. lib. 4. tr. 2. cap. 21 de congelatione in ſtomacho, dicens ſalita lactis coagulationem, vel (vt ita dicam) caſeationem efficere. *Sal cum melle.* *Error Auicennæ.*

Si ſuperioribus non euacuatur lac concretum in ventriculo neque eius ſymptomata finiuntur, præbe infanti ʒ. ß. coaguli hœdi, aut leporis, cum aqua paruca calamenti. Aut da, præſertim grandioribus hanc potionem ℞. Puluerис calamenti ʒ. j. theriacæ magnæ, & coaguli hœdi an. ʒ ß. aquę rubeæ tinctorum ʒ. j. ſyrupi aceroſi. ʒ. ß. miſce. Hæc coagula, quamuis lac coagulatū non ſit id coagulāt, coagulatū verò diſſoluūt, & per inferiora, aut per vomitū depellunt, quemadmodum theriaca magna veneno affectos curat, & ſanos veneno afficit. Hæc tamen theriaca *Potiones.*

magna ſola (teſte Galeno in libello de theriaca ad Piſonem) nocet pueris, præſertim calidis: quia ſuperat vires caloris naturalis, & ſpiritus infantium, & multum lætificat, & cordis ſpiritus diſſoluit: mixta tamen cum alijs, & eius parua quantitas dari ſolet audacter, præſertim in hoc morbo mortem denuntiante.

Vis theriacæ magnæ

Fœminæ Valentinæ.

Valentinæ fœminę ad deijciendam ventriculi infantium plenitudinem, & eruditatem exhibent mixturam ſeminis ſinapis, milij, & ſeſami cum rhodomelle, & oxyſaccara compoſita has non damno. Aliæ eis dant puluerem contra indigeſtionem, qui vulgò dicitur, la Pellejana, quia eius inuentrix fuit fœmina Valentina dicta Pellejana: conſtat medicamentis calidis, & ferri fece, quare has minus laudo. Aliæ præbent eis ſuccum burſæ paſtoris, quę à Valentinis nominatur paxeripeu, hoc medicamentum reſtringit, & non purgat, niſi per accidens, ideoque has damno. Aliæ homicidæ imprudentes infantibus exhibent ceruſam, aut argentum viuum, aut minium, quod medicamentum Betici vulgato prouerbio derident. Aliqui pharmacopolæ eos interficiunt medicamentis valenter purgantibus, quos ſummè reprehendo, & pœna capitali dignos cenſeo. Aliquando infantes afficiuntur capitis hulceribus manantibus, & tumoribus aurium, & mandibularum: & aliquando per nares, & palatum mucorem, & excrementa pituitoſa depellunt: per has enim vias cerebrum, & nerui deponunt excrementa, quę retenta parere ſolent morbum comitialem. Quare errant imperiti medici, & fœminæ, dum hęc curare nituntur. Poſſem ego in præſentia exempla aliquot adducere, ſed breuitatis cauſa prætereo.

Pellejana dãnatur.

Burſa paſtoris.

Aduerte. In pharmacopolas

Error imperitorũ

Grandiorũ curatio

Si fuerit æger grandior iam factus, in ipſa acceſſione ſummo ſtudio oportet ſtatim enim excitare, ne pereat ſubitò, aut in apoplexiam incidat: ſemper tamen conſiderãdum eſt, an fiat per conſenſum ventriculi, aut aliarũ partium: vt medicus poſsit ijs partibus prius medicinam facere,

facere, de quibus ſuis locis dicemus. Quæ verò ſolent laborantē ex acceſsione excitare, & liberare, ſunt vincula extremorū dolorifica, frictiones etiam illarū partiū cùm ſale, & aceto, clyſteres acres, & ſuppoſitoria valentiora, de quibus capite de apoplexia loquemur: voces & ſtrepitus magni excitant, quāuis maximi & repentini ſoni extra acceſsionē meā inducere poſsint, & aliquando mortem infere, vt contigit filio Mathæi de Gradi repentino tubarum clangore. Conferunt quoque in ipſa acceſsione in cō ſpectum ægri illata magna lumina ſubito capite, & corpore ægri erectis, & apertis palpebris. Si vinciantur dolorificè teſtes ægroti fiet dubio procul, vt ab epilepſia excitetur. Hoc quoque medicamentum ſæpe naribus admotum idem efficere ſolet; ℞. ſucci Cyclamini, pulueris ſeminis rutę, & coaguli leporis an. ʒ. ij. m. mouet ſternutationē, & excitat: ſed prius ſcindēda eſt vtraq; humeralis vel inter ſcapulas per cucurbitulas cum ſcarificatione ſanguis eſt mittendus. Quòd ſi prædictis non liberatur ab acceſsione, naribus impone ſæpe parum huius pulueris; ℞. hellebori ʒ. j. caſtorei euphorbij, condiſi an. ʒ. ℈. miſce, & fiat puluis.

In acceſsione.

Auertentia.

Exēplum.

Deriuantia.

Ioannes Agricola in lib. quē de Herbis inſcripſit, cuiuſdam aquę meminit ex ceraſeis, quam etiam multi experti ſunt ipſius verba subijciā: Ex ceraſeis diſtillata aqua certiſsimū ſtatim affert remedium cum primum in os epileptici iā paroxyſmo correpti inditur. Vnde illico reuiuiſcit, & eodē temporis pūcto ſurgit liberatus, neque vllo ſpaſmo ampliuscōuellitur, donec per crementū noua materia aucta, vt fieri ſolet, alius paroxyſmus oriatur. Elicitur hac arte in vas extillationi accommodum imponuntur ceraſa non multo ante decerpta, adhuc ſucci plena, fiat humoris intra ceraſſa contenti ex igne mediocri eliquatio, quem diligenter vt rem pretioſam, atque ære multo redimendam, curabis aſſeruandum, de quo in os epileptici paroxyſmo laborātis coeffundas drachmas iiij.

Aqua ceraſorum.

aut plures, & ſtatim inhibebis impetum violenti morbi. Conſiderabis tamen ex tribus craſſorum generibus, ea eſſe ad hanc diſtillationem eligenda, quæ valentiora dicuntur reginals, dulcia quidem illa plus quàm alia duo genera, quorum alterum magis rubrum, alterum magis nigrum.

Extra acceßionem. Extra acceſsionem ſi fiat à pituita, à qua ferè ſemper dependet, curatur quinque axiliorum generibus. Primo victu calfaciente, & exſiccante: vt aere, natura, aut arte parato, zinzibere, cinnamomo, gariophyllis, rore marino, ſtæcade, & ſimilibus igni appoſitis, dum modo hæc non moueant, & detegant epilepſiam, qualia ſunt pellis caprina, oder hepatis caprini, & ſuffitus cornu illius, lapis gagates ignitus naribus ſubiectus conuulſionem concitat. Hoc quoque facit ſuffitus ſulphuris: apium vt multorum eſt ſententia, quibus videtur plinius aſſentire, epilepſiam detegit. Contrarium ſcribit Galenus libello de puero patiente morbum comitialem, ſi Galeni ſit. Suffitus ex Galbano, & odor myrrhæ epilepſiam mouent, præſertim corpore non euacuato, quamuis nonnullis diſpliceat, cum apud eos maximè huic morbo conferant, præſertim in declinatione. Dioſcorides tamẽ ſentit myrrham calfacere, aſtringere, glutinare, exſiccare, & ſopire: nonnulli ſunt qui affirment prædicta & ſimilia medicamenta in acceſsione ipſa conferre, & intermiſsione nocere, & detegere, vt dictum eſt initio huius capitis de theriaca magna, & de coagulo in lactis coagulatione. Cibus ſit, qui bonum, & paucum & calidum ſanguinem efficiat, vt eſt ius pullorum columborum agreſtium cum ciceribus nigris, & pauco pipere: & quia ſolet eſſe diuturnus hic morbus, & eget multis euacuationibus, maiori nutritione & liberaliore opus eſt. Vtatur ergo turture, perdice, pullo gallinaceo, gallina tenera, lepore paruo, & cuniculo: ſemper tamen parum piperis, aut cinnamomi, aut zinziberis addatur: aut eruca, aut ſinapi melle conditum. Carnes arietinæ ſunt bonæ, præſer

Victus.

Mouentia epilepſiã.

præſertim in Hiſpania : capita tamen arietum & hircorũ peſsima ſunt, reperitur in eis ſuccus putridus malè olens, à quo forſan fiet epilepſia. Cotnix noxia eſt in hoc morbo,& forſan Arabes loco eius perdicem ſcripſerunt, quanquam apud eos eque perdix & conturnix nocent, quia ſolent laborare epilepſia. Similiter anguilla, piſces, legumina omnia præter cicera,herbę frigidæ, lacticinia, & omnia vaporoſa,& cepæ,allium, & quæ ſunt difficilia concoctu maximè ob ſunt. Cœna ſit minor prandio. Potus erit aqua mellis,aut cinnamomi. Si verò habuerit ventriculi imbecillitatem bibat vinum optimum benè aqua dilutum per horam ſaltem ante potum : Immodica agitatio & motus nocet præſertim à cibo, coitus quoque & animi perturbationes. *Que nocent.* *Potus.*

Secundo ſanguinis miſsione (præſertim ſi ſint ſigna ſanguinis cum pituita) per ſectionem duarum ſimul humeralium,& extrahatur ſanguis reſpondens plenitudini. Si ætas & virium robur abſint, extrahatur ſanguis per cucurbitas cum ſacrificatione ex ſcapulis. Si ex ſuppreſsis menſibus,aut hemorrodibus genitus eſt hic morbus,venæ tibiarum,aut pedum ſunt ſecandæ ; in vere tamen magis conuenit ſanguinis miſsio ad præſeruationem. *Reuulſio.* *Præſeruatio.*

Tertio,concoquentibus pituitam, vt rhodomelle oxymelle.S.& comp.ſyrupo de hyſſopo,de ſtechade, de duabus radicibus, oxymelle, ſcillitico, cum aquis, aut decocto capitali ; videlicet, ſaluiæ, pæonię, ſtechados, & roris marini,& ſimilium Hæc materia per multos dies eſt apparanda ; primo mitioribus ; ſecundo poſt primam purgationem medijs ; tertio poſt ſecundum purgationen valentioribus, & ſi opus fuerit, quarto & quinto. *Concoctio.* *Purgatio.*

Quarto, phlegmagogis, de quibus primo capite dixinous,vt drachma vna hieræ.S. cum drachma vna agarici trochiſcati facto potu cum decocto,aut aqua capitali; pilulæ elephanginę,de agarico,Hiera compoſita,benedicta pilulę maſtichinæ,diaphinicon, electuarium vtrunque in

dum; pilulæ cochiæ optimè euacuãt pituitam. His pilulis
Pilulæ ad vsum. sine magna custodia vti poterit; ℞. pilularum cochiarum, agarici trochiscati, & pilularum assaiaret an. ℈.ij. optimi diagridij. g. quindecim, cum aqua pęoniæ fiãt pilulæ quindecim, & aurentur; ad vsum tres pro dosi: aut si magis amat aliam formam; ℞. diacatholicon ℥.j. ℔. diaphenicon ℥.j. agarici trochiscati ʒ.ij. electuarij indi maioris ʒ.iiij.
Confectio. pulueris rosatę nouellæ ʒ. ij. rhodomellis, quod sufficit misce, & fiat confectio. Dosis semel in hebdomada cochlearium vnum.

Resolutio. Quinto, resoluentibus materiam reliquam, & cerebrũ calfacientibus, & siccantibus, & roborantibus, ne postea similem materiam generet; qualia sunt: theriaca magna, mithrydatum, & diamuscus dulcis, & pliris arcoticon, & conserua acori veri; quorum drachma vna multis diebus summo mane cũ vncijs duabus aquæ, aut decocti, aut syrupi capitalis sumatur, post primã & alias purgationes maximum in hoc genere auxilium erit.

Confectio optima. Sequens quoque confectio est optima in hoc genere omni hora sumpta, præsertim mane; ℞. limonatæ smaragdorum ℥.j. ℔. diamusci vtriusque an. ℥. ℔. thericæ magnæ ʒ.ij. pulueris galangæ, calami aromatici, & radicis pæo-
Electuarũ mirabile. niæ an. ʒ.iij. cranei humani ʒ.j. syrupi de stæchad: quod satis est misce, & fiat confectio. Hoc electuarium est mirabile; ℞. pulueris rosatæ nouellæ, & aromatici rosati an. ʒ.j. ℔ pulueris calami aromatici, & galangæ an. ℈. ij. pulueris cranei humani, & coralli rubri præparati an. ℈.j. sacchari dissoluti in aqua pæoniæ quod. f. misce, & fiat electuariũ in tabulis. Curatur hic morbus radice eryngij
Radix eryngij. eum melle condita, si multis diebus comedatur; aut sequenti conserua; carnis radicis pæoniæ, & eryngij prius benè decoctæ lib. i. mellis quod f. misce, & fiat conserua: adde pulueris galangę, & calami aromatici, & cin-
cõserua. namomi an ʒ. iij. Nicolaus Florentinus vir magni nominis nostris temporibus curauit nobilem quandam

qua

quadraginta annos natam, quę ab infantia affecta fuit eodem morbo (quod Gordonius tanquam difficile non credit) hoc medicamento; ℞. herbæ ſancti Pauli, ſeu paraleſis (hęc dicitur à Gattinaria coſtus, ſeu pipella. & à Dioſcoride Phlomitis, & eſt verbaſculum) m. iij. & cum iuſta mellis parte fiat conſerua, cuius cuilibet libræ adde pulueris gariophyllorum, pyrethri, & radicis pæoniæ an. ʒ. iiij. Doſis eſt vnciæ ℈. cum aqua aut ſyrupo capitali. Vncia vna & ſemis aquæ herbæ prædictæ cum pauco ſaccaro ſi triginta diebus bibatur, curat hunc morbum. Eandem habet vim oleum terebinthinæ, ſi in quantitate medij cochlearij ſumatur. Drachma vna ſequentis pulueris eſt eiuſdem fermè facultatis ℞. cinnamomi electi, galangæ, ſpicæ nardi an. ʒ. ℈. pulueris cranei humani ʒ. j. ℈. miſce. *Obſerua-*

Cauteria laudãtur.

Laudatum & expertum remedium in hoc ſunt cauteria actualia & potentialia, futuræ coronali admota euacuant à parte affecta. Probatum eſt aliquos epilepticos vulneribus capitis affectos, curatis vulneribus nunquam in morbum comitialem recidiſſe. Medicamentum ex ſcilla eſt in hoc morbo ſummum remedium, præcedenti tamen prius euacuatione conſentanea, autore Galeno, in libello de puero morbo comitiali laborante, quod omnes poſt Galenum experti ſunt. Accipe cæpe narciſi diuiſum in partes minimas, ponaturque in vaſe vitreo, in quo prius mel conſeruatum fuerit luto, aut alia re bene obturato, & per qua draginta dies caniculares ſoli exponatur, & ſingulis quibuſque diebus multum moueatur, & agitetur: quo tempore exacto accipe liquorem ex ſcilla expreſſum, & cum ſufficienti mellis quantitate fiat confectio. Cuius doſis in iuuenibus, & ſenibus ſit cochlearium vnum in ſingulos dies. Puerorum verò doſis à quarto anno vſque ad decimum quartum erit dimidium cochlearij. Infantibus recẽs natis vſque ad quartum, & quintum annum minimè conuenit: illorum enim ætas non fert huius medicamenti *Scilæ vis.* *Confectio ex ſcilla.* *Coxſitiã.*

valentem facultatem: neque poteſt vacuationes neceſſarias prius tollerare. In periculoſis remediis non laudo audaces medicos: hoc enim auxilio infantem, & canem recens natos ſubito mori vidimus.

De Epilepſia ſeu morbo Comitiali.

CAPVT. VIII.

Scholium.

Duobus modis fit Epilepſia.

MORBVS comitalis.) *Cum Galenus Epilepſiam apellat conuulſionem, nomine conuulſionis motum conuulſiuum intelligit. Epilepſia duobus modis fit: primo, propio cerebri affectu, ſecundo per conſenſum,*

Valleſij lapſus.

Galleſius l. b. 3. de loc. affect. omnem Epilepſiam ait fieri ab humore craſſo obſtruente cerebri Ventriculos, ac proinde miratur qua ratione poſsit fieri per conſenſum. Non animaduertens ſolam eam Epileſiam, quæ eſt propia cerebri paſſio, a dictis humoribus fieri, eam verò quæ per conſenſum fit à vapore, aut alteratione ad cerebrum aſcendente ipſumque irritante ad eius expulſionem. Eſt tamen aduertendum epilepſiam fieri ab humore craſſo obſtruente cerebri Ventriculos, non omnes, ſed ſecundum aut tertij: nunquam enim fit ab oſtructione anteriorum Ventriculorum: ratio eſt quia in epilepſia debet impediri tranſitus ſpiritu animalis, quod in obſtructione anteriorum Ventriculorum non contingit. Ex his multorum errores effugies Primo Rondoletij, qui epilepſiam ſentit fieri ex obſtructione meatuum, qui in anterioribus cerebri Ventriculis

Ventriculi qui obſtruuntur in Epilepſia.

Rondoletus labitur in duobus

pitus

pituitam ad glandulam huic rei dicatam expurgant. Quoniam etsi demus talem obstructionem, & pituitam in anterioribus ventriculis detentam, cum non sit prohibitus transitus spiritus ad principium spinalis medullæ, non sequetur Epilepsia. Secundus error est eiusdem, existimantis obstructionem cerebri quæ Epilepsiæ causa est, à tenui humore etiam fieri: reuera enim hoc repugnat naturæ humoris tenuis, qui penetrare potest, & non obstruere. Tum hoc etiam repugnat curationi eius epilepsiæ, quæ est propria cerebri passio ab obstructione pendens: hæc enim attenuantibus crassos humores & incidentibus glutinosos perficitur, quorum nullum humori tenui conuenit. Tertius error adhuc maior est Ioannis Langij. Qui sentit Epilepsiam aliquando fieri ab obstructione à vapore crasso orta. Qua enim ratione vapor impediet transitum spirituum? Epilepsia proxime accedit ad apoplexiam eo quod obstructio incepta facile poterit crasso humore addito perfici. Aduenit hæc frequenter pueris, cum septimestres sunt, & perseuerat usque ad annos pubertatis. Apho. sent. 45. lib. 5. sent. 7. pueris aduenit frequenter ob velocitatem & robur facultatis expultricis. Cessat autem in pubertate ob magnam mutationem, quæ fit ab ætate & coitu contingit, mulieribus vero ex menstrua purgatione. Post pueros frequenter hoc malum adolescentibus euenit, omnium minime senibus, quia cum languidam habeant expultricem facultatem, non facile mouetur ad expellendum res alicuius molestiam quod Lupetus non animaduertit.

Langij error.

Epilepsia accedit ad apoplexiã.

In quibus ætatibus aduenias.

Morbus comitialis si hereditarius. Cum sani boni sanos & ægri ægros, generent: Epilepsia hæreditaria erit, cũ patre, aut matre ea affectis, filius imbecillitatem capitis contrahit: hæc (quamuis ab autore incurabilis fiat) curari potest roborato capite, & optimo victu. Præseruantur, ab ea pueri, quorum fratres simili malo perierunt, melle cum pauco fœniculo cocto & despumato, & postea per mixto cum oleo amigdalarum dulcium. Mel enim cum fœniculo

Hæreditaria epilepsia.

Præseruatio.

culo atenuat crassos humores, & eos concoquit: oleum ve-
ro amygdalinum fluidam alueum seruat. Praeterea ex
medicamentis quae laudantur ab autore primum ex
hibendum non est: quia si pueri exiguum alimentum
& si familiare non possunt ferre in ventriculo, qua ratio
ne medicamentum ex tam variis & multis inutilibus re
bus commixtum ferre poterunt? praesertim cum suprade
ctum ex melle medicamentum id efficiat. Tum si in of-
ficinis habemus paratos syrupos pituitam inscindentes,
& melancholiam attenuantes, ad quid craneū humanū,
smaragdus, pulus vermiū, rubi, & similia? Certe hic &
similes vtri cum ad manum habeant medicamēta, vt ad-
mirationi sint, ad ea quae difficulter parātur, & cū minori
vtilitate, ne dicā in comodo confugiunt. Secundū medica
mentū auctoris, si in ventriculo non sit pituitosus humor
collectus, optimū est. Tertium vero, q incipit ℞. succi ru-
tae est omittendum in eo. n. auri folia inutilia, & sma
ragdus maximè ladens obstruendo & in crassando hu-
morem ingredi untur: omittere etiam oportet Plinij medi-
camentum. Et in summa qui existimant aliqua esse me-
dicamenta, quae epilepsiam curant occulta vi decipiūtur
maxime. Quia hic morbus manifestus est, nempe obstru-
ctio aut res cerebro contraria: siue sit alterato, siue va-
por, remedia ergo erunt etiam manifesta vt agentia, qua
lia sunt illa quae morbo contrariantur.

Epilesiaū habet medicamēta toto tempe ramento operātia.

Si morbus comitialis fiat ex lacte. Epilepsiam ex lactis
corupticne curabis, prius interdicendo lac, deinde purgan
do ventriculum puluere hierae picrae & rhodomelle si val
de puer sit: alias sit ʒ. aut ʒi. & ℈. pulueris & rhodomellis
ʒℓ. cū decocto fœniculi in grandioribus puluere praedicto
& rarebentina ʒ. ij. cum decocto praedicto. Suppositorio
reuellere poteris a ventriculo, ex ʒ ij. pul. hierae. ʒ. Gal.
faciens duo suppositoria in sufficiente quantitate mellis,
& addendo vnicuique, si opus fuerit, salis gemmae. g. ij.
Neque opus erit vti coagulis, cum habeamus oxymel,

Epilepsia ex lactis corupsiue.

Rhodo

Rhodomel, & alia similia lac coagulatum dissoluentia.

Valentinæ fœmine. *Hanc plenitudinem commode deponemus hoc medicamento* ℞ *hier. ℈. Gal. ʒ. j. oxizacari ℈. ʒ. j. decocti hordei, quod sufficit misce & fiat potio.* *Plenitudo ex cruciatu.*

Extra accessionem si fiat. *Omnia calida & euaporantia, quia calefaciunt cerebrum, & vapore illud replent. Euaporantia fugienda sunt. Sanguis mittendus est ex cephalica, vt revellamus à capite, & euacuemus ex cerebri ventriculis, dum enim cerebri inanita humorem attrahent ex eius ventriculis.* *Euaporantia fugienda.*

Quinto resoluentibus materiam. *Nullum præstantius remedium curat Epilepsiam, quam sit optima victus ratio, & locus etiam siccus. Quod si aliquis habeat Epilepsiã cuius curationis nulla sit spes, huic opus erit tempore veris sanguinem mittere ex parte longinquiori, ex pede scilicet vt revellamus, tunc enim nullus est aduc in capite affectus postulans euacuationem. Purgatione etiam & optimo victu vtentes, accessio epilepsiæ, non ita frequenter, vt solebat, neque cum tanto molestia apprehendit.* *In desperata epilepsia aliqd agendum.*

De melancholia.

CAPVT. IX.

MELACHOLIA quædam est mentis alienatio citra febrem ab humore melãcholico proueniens, qui mentis sedem, quæ cerebrum est, occupat, & eius temperiem immutat. Trifariam ea fit, vt autor est Gal. Interdum enim vniuerso, qui in venis cõtinetur, sanguine melancholico affecto cerebrũ ipsum communẽ etiã totius corporis noxam sentiens ob generale vitium afficitur: nonnunquam verò reliquo sanguine naturam seruãte, & inno cuo existente, solus is qui in cerebro inuenitur, dignus est, qui notetur, cùm in melancholicam naturam sit *descriptio.* *Causa & diuisio.*

altera

alteratus. Quod bifariam contingit; aut enim aliunde in ipſum deriuatur, aut in ipſom et genitus eſt, cum videlicet internus calor, aut bilem, aut craſſum, atrumque ſanguinem ſuperaſſauerit. Quę ſanè diſtinctio non parum ad curationem conducit. Si quidem ubi vniuerſus corporis ſanguis melancholicus extiterit, auſpicari curationem à ſanguinis miſsione conuenit: vbi verò ſolum is, qui in cerebro continetur; infirmus (quantum in hanc attinet diſpoſitionem) ſecta vena non indiget, quamuis ob aliam cauſam ſecari poſsit, quod aut propter plethorum erit faciendum, aut præſeruationis gratia vt Aetius opinatur.

Eſt præterea tertium melancholiæ genus, quod à ventriculo oritur, medicis plærisque hypochondriacum flatuoſumque nominatum, propter aſcendentem in cerebrum melancholicam quandam exhalationem ſimilem ei quæ oculorum ſuffuſiones inducit.

Signa ſõ. mitia.

Opere prætium autem erit communes primum notas recenſere, poſt ad peculiar esdeuenire. Sunt verò communes notę, metus triſtitia, hominum odium & auerſio. Variæ præterea ſunt melãcholicorum imaginationes, alij ſe fictilia vaſa arbitrantur eſſe, alij animalia bruta, alij mortem expetunt, quam ſibi non rarò conſciſcunt: ſimul etiã & perhorreſcunt eandem, atque abominantur, quod admiratione magis dignum eſt. Nonnulli ſemper rident, Democritum imitati: alij Heraclitum referentes, in perpetuo ſunt luctu. Sunt qui ſe Deo plenos, & cœleſti numine afflatos opinentur, futuraque prædicere poſſe. Sed longum eſſet omnes horum imaginationes recenſere, & longius multo omnium cauſas reddere, cum hęc vna res ex earum genere ſit, quæ fieri non poſſunt. Verum ſi quis exercere ſe in hac contemplatione volet, licebit ſanè illi per me, verum ea lege, vt philoſophiæ conuenientia dicat, verbi gratia ſiccitatem, in eo qui ſe teſtam eſſe credebat cauſam explicabit: in eo verò qui ſe caput non habere arbitrabatur, & leuitatem, quã ſpiritus eleuatus præſtabat.

bat. In cuius curationem, praeter alia dicitur excogitasse Philotimus pileum plumbeum, cuius pondere oppressus caput se habere intelligeret: Iam ad peculiares notas accedamus, Eos qui per consensum, totius corporis melancholici fiunt, hæc sequuntur, graciles sunt, macilentiq; venas habẽt latas, hirti sunt, squallent, duri, nigri: aliquando ruffi, nonnunquam flaui; denique vndiquaque & ex toto melancholici apparent, idque aut propia natura, aut propter vigilias, solicitudines, iras, mœrorem, ciborum vsum & ante actam victus rationem, quæ ad torrendum sanguinem, & in melancholicum conuertendũ aptissima est. Quæ postquam optimè consideraris, cubiti insuper venam secato certissimam enim hinc coniecturam facies secabis autem mediam, quod si emanans sanguinis melancolicus sit, pro laborantis viribus educatur, tũ purus & syncerus, nequaquam: sumpto hinc argumento, quod solũ is, qui cerebrum occupat, sit melancolicus. qui aliter esteducendus. Hypochondriaca melancholia sic dignoscitur. Primo enim stomachi accidentia emergunt, flatus inquã gurgulationes, cruditates, eructaciones acidæ, & alui deiectio, & ab egestionibus vomitu, & eructatione percepta leuitas, & quod aeger omnes molestias circa hypochõdria versantes percipiat. *Signa particularia.*

Initiò quinque auxiliorum generibus sanatur, nam confirmata ægrè, aut omnino nunquam curari potest. Primo, victu humectante, & in actiuis temperato, vt est ius arietis, & gallinæ cum borragine, aut bugloſſa alteratum. Bibat vinum bugloſſatum, id est, habens radicem bugloſſæ, rubrum, medium in ætate, & substantia, bene dilutũ aqua. Quæ atrambilem gignunt, maximè nocent, vt salsa omnia, caro ceruina, hircina, bubula & leporina, nisi hæc tria animalia essent propinqua ortui tunc ratione humoris optimi sunt alimenti. Legumina quoque nocent, & multum calida, qualia sunt eruca, sinapi, piper, zingiber, & similia. Animi perturbationes, & coitus immodicus satis nocent, ali *Victus ratio.* *Cibi melãcolici.*

aliquando tamen prodeſt, ſi moderatus ſit, præſertim ſi ex ſemine detento, & corrupto profectus fuerit hic morbus. Blande ijs inſeruiendum eſt, aliquando tamen acerbius ſunt increpandi, & tractandi, ſed perpetuò cautè. Nam alij qui ſunt obiurgandi, verberandi & vinciendi, ne manus violentas medico, aut alijs inferant. Sæpe oportet obſeruare melancholici phantaſiam, & imaginationem. Si quis enim eorum mente ſua informet & fingat in ventre ſe habere ranas, aut ſerpentes (vt quidam melancholici iam figurarunt) promittat medicus ſe animalia illa facile expulſurum, & poſt purgantis medicamenti effectum ea animalia deiectionibus immixta viua ægroto oſtendat. Si æger cibum, potumque faſtidiat, ei omnia fermè genera alimentorum vt licebit, ſunt offerenda, vt poſsit gratum ſibi accipere. Si verò nihil, aut parum comederit, hoc nutriatur clyſtere; ℞ iuris gallinæ, decoctionis florum cordialiũ lib. 1. oleorũ violarũ & amigdalarũ dulciũ an. ʒ. ij. butyri recentis, & caſiæ fiſtularis præparatę an. ʒ. j. vitellorum ouorum nu. 2. miſce, & fiat clyſter. Nutriatur quoque bonis odoribus, præcipuè hac mixtura ſæpe naribus admota; ℞ ſucci pomorum redolentium lib. 1. aquæ roſarum ʒ. iij. vini albi optimi, & bene olentis ʒ. j ſ. miſce.

Clyſter nutriens.

Somnũ inducentia.

Somnus conciliandus eſt, ijs, quia longa eſt eorum vigilia, & maximè eis nocet. Quod ſi lactuca, & lac ſeminis papaueris non poſsint ſomnum inducere, tibię, & pedes ſæpe lauentur decocto lactucæ, violarum, foliorum ſalicis, & arundinum, corticum papaueris albi, & iuſchiami. Naribus quoque, & fronti, aut temporibus admouenda ſunt olea violarum, aut papaueris, aut vnguentum populeon.

Topica ſoporifera.

Præparatio.

Secundo, aparantibus atram bilem ſyrupo de pomis, de bugloſſa, de borragine, de fumaria. S. & cõp. de epithymo cum duplo aquarum, aut decocti bugloſſæ, borraginis, fumarię, lupolorum, ſcolopendriæ. Hæc tamen multis diebus ſunt bibenda, quia terreſtris eſt, & admodum reſiſtit atrabilis.

Ter

Tertio, vacuantibus melancholiam, quæ ſi ſit ſanguinea aut cum præſentia ſanguinis: & ſi fiat per conſenſum totius ſtatim à legitima & iuſta victus ratione eſt vena media ſeu communis ſecanda, autore Galeno tertio de locis affectis, capite ſexto; ſanguinisque tantum extrahendum eſt, quantum reſpondeat plenitudini, cum ex repreſsis menſibus, aut hæmorroidibus inhibitis naſcitur, venæ tibiarum, aut pedum ſunt incidendæ, & in confirmata iam & veteri frontis vena aperienda erit. Vacuanda quoque erit lenibus & clementibus, qualia ſunt epythymus & aqua caſei & myrobolani indi; vt ℞. pulueris epythimi ʒ. ij. aquæ caſei ℥. iiij. miſce vel epithymi ʒ. ℈. corticum myrobalanorum indorum ʒ. j. ℈. fiat decoctum in vncijs ſex ſeri caprini, donec vnciæ duæ conſumantur. Deinde Valentioribus, vt folliculis ſene, diaſene, confectione medicaminis quod ſcripſit Hamec, pilulis incis. & de fumo terræ. Multi quoque lapidem armenum, & lapidem ſtellatum, ſeu lazuli laudant in purgando hoc humore, ſed ego his non auderem vti ſimplicibus, neque in compoſitione, quia primus incognitus eſt, ſecundus verò eſt malignus, niſi fuerit bene electus, & præparatus lapis ſtellatus; in die tamen purgationis per pilulas ab opere bibat æger decoctum fructuum, & florum humectantium; vt ſunt vuæ paſſæ ſine granis, pruna damaſcena, violæ, borrago, & ſimilia: ne intemperies ſicca à medicamento ſicco multum intendatur. Quia morbus hic eſt diuturnus, neceſſaria eſt vacuatio frequens, quæ fiet optimè hac confectione; ℞. caſsiæ fiſtulæ præparatæ ℥. ij. confectionis medicaminis Hamec, & diaſenæ an. ℥. j. conſeruæ borraginis ℥. ℈. pulueris diarhodiõ abbatis ʒ. ij. ſyrp. bugloſſæ, q. ſ. m. & fiat cõfectio. doſis eſt cochlearia duo ſemel in hebdomada. Puluis hic optimus & fermè diuinus eſt, expertusque à multis grauiſsimis medicis, & eo multi melãcholici curati ſunt; ℞. epithymi ʒ. iiij. lapidis lazuli optimi agarici trochiſ-

Vacuatio.

Sectio venæ.

Quæ vena ſecanda.

Purgatio lenis.

Valentior.

Decoctum die purgationis ſumendum.

Confectio.

Puluis ſalubertimus.

trochiſcati an. ʒ.ij. ſcammonij ʒ. j. gariophyllorum nu-
Laudes huius pulueris. mero 20. miſce, & da ʒ.ij. cum ſero ouino, aut caprino, aut aqua borraginis, aut bugloſſæ: hoc medicamentum dilige, & eo vtere, ſi vis ſalutem ægris reſtituere, & honores aſſequi. Dicitur à quibuſdam puluis benedictus.

Quarto auertentibus à cerebro & corde ad ignobiles
Auerſio. partes: vt partium extremarum frictionibus, vinculis, fotu ex decocto rerum parum calidarum, cucurbitulis, balneis,
Clyſter. & clyſteribus: vt hoc; ℞. maluarum, fumariæ, borraginis, lupulorum an m.j. epithymi, thymi, ſenæ an. ʒ.iij. fiat decoctum de quo accipe lib. j. caſsiæ fiſtularis præparatæ ℥.j. olei violarum & ſeſaminis an. ℥.ij. ſalis. ʒ.ij. miſce & fiat clyſter.

Quinto, reliquias reſoluentibus, & corroborantibus ca
Diſcutientia, corroborãtia & alterãtia. put & cor, & tandem humectantibus, & intemperiem capitis & totius ſiccam ſanantibus: primum ſit per diamuſcũ dulce, & amarum, per electuarium de gemmis, per electuarium lętificans ℞ haſis in quantitate drachmarum duarũ, cum aqua bugloſſæ. Fit etiam reſolutio, & illarũ partium principum corroboratio per hanc confectionem ℞. margaritarum ʒ.ß hyacinthorum, zaphirorum, ſmaragdorũ,
Confectio. vtriuſque coralij an ℈.ß. cinnamomi, macis, galangæ, mucis muſcatæ an. ℈ j gariophyllorum, piperis longi, cubebarum, ligni aloes, ſtoracis, calaminthæ, ſeminis baſilicõnis an. ℈.ß. croci ℈.j. muſci ambræ an. g.iiij. ſacchari candi, carnium, vuarum paſſarum an. ℥.j. conſeruæ borraginis, & bugloſſę an ℥.ij. aquæ roſarum, muſcatæ ℥.j. ſaccari optimi, quod ſat eſt, miſce, & fiat confectio: doſis quolibet mane drachmarum trium, cum vncijs tribus aquæ bu-
Simplicia roborãtia caput. gloſſæ. Corroborant etiam caput auellanæ & amygdalæ toſtæ à cibo, & coriandrum præparatum, & ſequen-
Pileũ corroborans. pileũ; ℞. coriandri præparati ℥.ij. roſarum florum borraginis, bugloſſæ & violarum an. ʒ.ß. cubebarum, nucis muſcatæ, ſtechados, maioranæ, anthos an. ℈. j. corticum papaueris albi ʒ.iij. in puluerem redigantur omnia, & fiat pileum.

Item

Intemperies ſicca curatur baln eo totius capitis ex maluis, violis, althea, lactucis borragine & bugloſſa, capitibus & inteſtinis veruecum. Capiti raſo admoueatur butyrum recens, & farina hordei, vel hoc vnguentum; quod ſpinæ etiam admouendum eſt ad totius humectationem; ℞. olei amygdalarum dulcium ʒ.ij. olei violarum; & papaueris an. ʒ.j. ℈. butyri recentis ʒ. j. mucilaginis altheæ & fœnugræci an. ʒ. ij. axungiæ gallinæ ʒ. iij. ceræ, quod ſ. miſce, & fiat vnguentum. *Alteratio* *Vnguentū humectā.*

Si ſit per conſenſum partium circa hypochondria habita ratione victus iam dicta ſuperius cui addes in hac & in omni catnem accipitris, cum ſucco maioranę, quæ habet miram facultatem in curanda melancholia, & pulli noctuæ. Eſt etiam experta in curatione eius aqua per diſtillationem ex muribus boni paſtus cum gallina, & aquis cordialibus facta: forſan eſt in muribus vis, & natura curandi hunc morbum, quemadmodum in accipitre: qui accipiter nutritur muribus. In præcedenti quoque euacuatione, & aliis multis remediis præter ſanguinis miſsionem, quia rarò in hac confert, ſummopere eſt reſoluendus flatuoſus ſpiritus, quod primo & præcipuè fiet per clyſterem hunc, & ſimilem, tertio quoque die iniectum; ℞. blitis, matricariæ, cuſcuthę, melliſæ, maioranę an. m. ℈. polypodij, ſennæ carthami an ʒ.j. epythymi, thymi an. ʒ. ℈. ameos, ſeminis anethi, ſeminis fœniculi & carui an. ʒ. iij. fiat decoctum, de quo accipe lib. 1. cui adde diaſenæ, Hierę logodionis, & confectionis medicaminis Hamec an. ʒ. ℈. olei camomillę, & de lilio an. ʒ. ij. ſalis ʒ. ij. miſce. Spiritus flatuoſus diſsipatur fotu ex camomilla, melliloto, calendula, rore marino radicibus quinque diuretis, ſeminibus anethi fœniculi, cymini, ameos, carui, & baccis lauri ventriculo ſemper vacuo; ſaltem bis in die, & poſt fotum quotidie, ad diſsipandum flatum venter vngatur hoc vnguento; ℞. olei anethi, de lilio, laurini & rutę an. ʒ. j. pulueris roſatæ nouellę & diacymini an. ʒ. ij. cerę quod ſufficit, miſce & *Hypochondriaca curatio.* *Accipitris & murium vis.* *Clyſter flatus diſcutiens.* *Topica.* *Fotus.* *Vnguent*

fiat vnguẽcum. Si ante cibum comedat coc hlearium vnũ huius pulueris, flatus valenter diſsipatur; ℞. coriandri præparati ʒ.j. pulueris radicis bugloſſæ ʒ.ſ. cinnamomi electi, corticis citri, ſeminis fœniculi, aniſi, & carui an. ʒ. iij. origani ʒ.ij. ligni aloes ʒ.j. ſachari ʒ. iiij. miſce, & fiat puluis. Syrupus ſequens eſt ad flatũ diſsipandũ accõmoda tiſsimus & caput cũ corde corroborandum; ℞. ſerici crudi ʒ.ij. ſeminis baſilliconis, garyophillorum, foliorum citri an. ʒ.j. corticum mali cidonei, & corticum citri an. ʒ. iiij. radicum bugloſſę, numero ſeptem, foliorum bugloſſę m.iiij. fiat decoctum in quantitate debita aquæ de aqua accipe quantitatem conuenientem ad libras quatuor optimi ſacchari; & fiat ſyrupus, aromatizetur hoc puluere maſtichis, zinziberis, galangę, zedoariæ, ſpicæ an. ʒ.ij. ligni aloes, gariophyllorum, nucis muſcatæ an. ʒ. j. muſci, ambræ an. ℈.j. Doſis ʒ.ij. Pauperes tamen loco eius, & diuites ſi velint vtantur electuario roſatæ nouellæ, aromatico roſato, diacymino, & ſimilibus. Si melancholia fiat per conſenſum hepatis, aut ſplenis, aut vteri, aut aliarum partium curatis illis facilis erit curatio huius morbi, de quibus ſuis in locis agemus.

Puluis.

Syrupus diſsipans flatus, & firmans caput.

Pauperibus vtilia

De melancholia.

CAPVT IX.

Scholium.

MELANCHOLIA quędam eſt. *Melanchalia hoc in loco, non humorem, ſed affectum ex cauſa nomen aſſumentẽ ſigni ficat. Eſt enim delirium ſine febre cũ metu & triſtitia, in hac diffinitione delirium eſt genus, quo communicat cum phrenitide & mania.*

Quid melancholia.

Rela

Reliquis vero partibus melancholia ab eis distinguitur, quia phrenitis est cũ febre, mania sine metu & mestitia. Pars affecta est cerebrum, vt constat ex actione eius læsa. In ea. n. imaginatio est deprauata, multipliciter tamẽ 2. de caus. symp. cap. vltimo, ita vt stultorum infinitus sit numerus. Morbus ad quem sequitur (loquẽtes de ea quæ propius affectus) est intẽperies frigida & sicca cerebri ex melancholico humore orta. Humor melancholicus, cum non solum habeat generationem ex hepate frigido, sed ex caliditate sanguinis tenuẽ pariẽ consumẽte, proinde nõ est mirandum, si per febriles morbos multi melancolici fiant. Melancholia hæc aut sit per propriũ affectũ aut per cõsensum. Per propriũ affectum euenit quando humor melancholicus in ipso cerebro continetur. Quod bifariã cõtingit primo cũ melancholia ibi generatur, secũdo cum aliũde fluit. In cerebro generatur à caliditate sanguinẽ excitãte eũque melancholiũ efficiente, vnde corriges locũ lib. 3. de loc. affec. cap. 6. quì sic habet in cerebro (hoc enim subaudiẽdum est) melancholicus humor genitus est, cũ videlicet in ternus calor, aut flauã bilẽ, aut crassũ atrumq. sanguinẽ assauit. Delendũ enim est totum hoc (aut flauam bile aut) quia flaua bilis assata sit atrabilis, non autem melancholia. Aliunde fluit melancholicus humor cum lien (a quo expurgatur) minus rectè ipsum atrahit: aut, iecur multam generat melancholiam: aut, cum ab alia causa in vena congeruatur tunc enim in cerebro, languidũ si sit, colligitur. Per consensum excitatur melancholia, quando ex hypocrondriis ortum habet quam solent medici hypochondriacam nominare. Hanc melancholiæ morbi diuisionem consideramus propter curationem: quia si in toto corpore cõtineatur sanguis melãcholicus, secabimus venã, vt reuellamus à cerebro. Si vero in hoc affectu solus sãguinis q est in cerebro melãcholicus sit, absitnẽ dũ erit à vena sectione euacuemus optimũ sanguinẽ, & q necessarius est ad cõctionẽ melãcholici humoris: nisi ipsũ eduxerit aõe plethoræ

Morbus in epilepsia.

Duplex melancholia.

Corrigitur Gal. locus.

Melancholia per cõsenſum.

Eſt præterea tertium melancholiæ genus. *Meloncholia per conſenſum* hæc eſt. *Quæ fit à vaporibus melancholicis ex venis ventriculi aſcendentibus ad caput etiam ſi non ſint ipſi veri.* Vnde hac in parte erraſſe Iacobus. *Hic autem melancholicus humor in venis ventriculi detentus & obſtructionem faciens aliquando putreſcit, & aliquando non. Si putreſcit calorem in illis venis generat, quem intellexit nomine inflãmationis diocles, non autem phlegmonem vt multi male voluerũt, eritque cũ ſiti. Quod ſi hæc putredo effatu digna ſit, Melancholia habebit febrem adiunctam. Si humor in venis prædictis non putreſcat, icores melancholici ad ventriculum deſcendentes facient acidum ructum, ladentque eius coctionem: cumq; error primæ coctionis non poſſit emendari in ſecunda, corpus male nutritum gracileſcet.*

Melãcholia ſigna.

Melancholiæ ſigna communia ſunt metus, & mæſtitia ſi multum perſeuerent. 6. apho. ſent. 23. adde tamen ſine cauſa manifeſta: ſigna communia hæc dicuntur, quia conueniunt melancholiæ quæ eſt propius affectus, & illi quæ per conſenſum accidit. Cauſa triſtitiæ & timoris eſt cerebri, & ſpiritus animalis (qui ex ſua natura debet eſſe lucidus) ob tenebratio. Hæc autem, in ea quæ fit per propiũ affectum, ab humore, at in illa quæ iege conſortij accidit à vapore, nigro pendet. Quod autem hæc ſit optima cauſa. Gal. 2. de cauſ. ſymp. cap. vltimo exemplo oſtendit, ſi enim tenebræ externæ timorem & meſtitiam inducũt, nonne melius id efficient illa quæ internæ ſunt? dices non ne metus & mæſtitia ſunt cordis paſſiones? cur ergo cauſam earum in cerebro collocamus? Reſpondeo ex opinione mali ortum habere prædictas paſſiones ſpiritum autem denigratum deprauare imaginationem, ita vt excitet opinionem mali præſentis & futuri, & hac ratione inuehere timorem & triſtitiam.

Quinto reliquias reſoluentibus. *Si in melancholia, quæ propius eſt cerebri affectus, intemperiem frigidam & ſiccam*

cam habemus in cerebro debemus ergo cerebrum humectare, & ex eo humorem euacuare, quod commode præstat balneum, caput etiam tonsum lauabimus decocto ex capite arietino, chamemello, violis fœnugræco, & floribus buglosi. Hinc videbis errorem auctoris & aliorum præceptorum caput roborantiũ in hoc affectu confectione per os assumpta, longa quidem, & ex rebus siccis constituta. Si enim cerebrum humectandum est qua ratione hi id excicantium si ex capite debemus, euacuare humorem, Topicis id præstandum erit, & non internis? Debet præterea medicus in melancholia lienẽ roborare, vt atrahat melancholicum succum, quod præstabit oleo de absinthio & aliis.

Male auctorem & alios practicos in melancholia excicãtia propinare.

Si sit per consensum partiũ. Ea quæ dicit auctor de cartilagine accipitris, muribꝰ & pullis nocturnis, falsa cũ sint omittãtur: quia hypochõdriaca hæc affectio ratione cognoscitur, ac proinde remedia ratione inuenta, & non experientia admittet. Curabitur ergo victus ratione humectante secunda, humor obstructionem in venis ventriculi efficiens præparabitur syrupis, in prima melancholia ab autore propositis: vt in illa, in qua putredinem habet humor (quam ex sitis colligemus) misceamus syrupum endiuiæ compositum cum decocto Endiuiæ, borraginis, & aliorum, quæ aliquantulum refrigerant. Tertio hoc medicamento purgabimus ℞. pul. hiera picra ʒ. iij. aut iiij. confectionis, hamec. ʒ. ij. dissoluãtur in decoctione hordei q. s. & fiat potio. Hamech melancholiam educit, at hiera crassos & tenues humores in ventriculo contentos & simul ipsum roborat, ne eos recipiat, poteritque frequenter vsi hoc medicamento ℞. pul. hiera. ʒ. Galeni ʒ. iiij. rhodomellis. ʒ. j. cum aqua fœniculi q. s. duobus tamen aut tribus diebus præassumpta decoctione ex hordeo cum cortice & fœniculo parata. Lienem vnguatur hoc vnguento, quod corroborat ipsum & attenuat humorem melancholicum ℞. olei absinthij, de capparibus, tamarisci & ireos, ana ʒ. j. ℈. ammo-

Lapsus auctoris.

Curatio melancholiæ hypocõdiacæ.

Purgatio.

Vnguenta ad lienem.

ritici diſſluat in aceto ʒ. iij. pul. brionię ʒ. iij maſſę em-
Ad animi deliqui ʒ. plaſtri de meliloto loco cerę q ſ. fiat ʊnguentū. Et cū aliquando ex flatu in hac affectione fiat animi deliquium ℈ temur hoc medicamento, ℞ confectionis gentilis contra melancholiam ʒ. ij. conſerua borraginis ʒ. j. miſce hęc cum aqua melliſſę accipienda eſt. Cui ſi vigiliæ moleſtetur ęger, adde ſyrupi papaueris ʒ. j.

De incubone.

CAPVT X.

INCVBO, vel incubus, quem Græci ephialtem appellant; ſumpta quidem appellatione vel ab huius nominis viro, aut quod magis credibile eſt, à vocis ſignificatione, cum hoc morbo correpti inuadi ſe ab alio opinentur: porrò & à Themiſone pnigamon, aut pnigaliō dicitur; quod præfocari ægrotantes videantur. Vt vt tamē nominetur, malum eſt, vbi aliquis in ſomno opprimi ſe, & incūbente quadā mole teneri arbitratur. Cęterū oritur is morbus à crapula potiſſimū, & iugi inuētriculo cruditate, vaporib⁹ nimirū inde in cerebrū aſcendētibus, qui & ipſū obruāt, & interſpiritibus animalib⁹ aut facultatī animali p
deſcriptio. neruos occludāt. Qui ſic affecti ſunt, tarde admodū difficile que mouētur, torpēt in sōno, cū in corpus cerebri facultas non deſuat; ſuppreſſam vocem, aut fruſtra conātur rumpere, aut incertam, in articulatamque reddunt. Ad hęc ſuffocari ſe imaginantur, & ab ingruente aliquo detineri, denique ea omnia, quæ vigilantes epileptici perpetiuntur, hæc eadem per quietem perferunt, qui hac moleſtantur affectione. Cum ummatandē anxietate tenuiori facto ſpiritu, & in habitū digeſto diſcuſſione, & reſeratis cerebri meatibus ſubitò expergefiunt. Succurendū huic malo eſt
Signa.

inci

cipienti, si enim semel inualuerit, graues sæpe affectiones parit, epilesiam, scilicet, Maniam, & Apoplexiam, cum horum velut præludium quoddam sit, autore Aetio. Hic tamen si inter somnum, & vigiliam superuenerit, malus est, deterior verò si cum sudore frigido.

Curatio eius similis est curationi morbi comitialis, quamuis mitior, semper tamen a ger à somno excitetur violenter, & cum increpatione, sæpe quoque fiat in eo vacuatio per Hieram. S. Galeni, & agaricum trochiscatum. *Curatio.*

De Incubone.

CAPVT. X.

Scholium.

INCVBO vel incubus. *In incubone cerebrum læsum esse confirmant medici ex actionibus eius læsis, quæ sunt imaginatio sensus & motus. Imaginationem læsam colligunt, quia qui hoc malo detinentur existimant quiddam sibi incumbere. Quamuis ad Rōdoletius et alij ad plenitudinem venarū thoracis referant. Sensus etiā læsus est, quia vt aiunt, ij in somno torpidus est, sicut & motus voluntatis difficilis. Ex his aliqua falsa sunt: imprimis, quē ait Rōdoletius stare nō posse, quia si plenitudo est in thorace, sensum grauitatis inducit in gula, nō aute in somno, in quo mens also intēta est. Addē hāc plethorā nō ledere imaginationem. Falsum etiā est, id quod ij dicūt, in incubone scilicet actiones sensus & motus læsas: dicere enim esse sensū in hoc malo affectus, cū dormiūt torpidum nonne ridiculū est: quasi in alijs dormientibus sit acutus sensus? Quod autem motus læsus non sit, constat ex eo quē brachia et crura mouēt, respirāt etiā. Vnde discendum est incubonē esse symptoma, in affectione læsa principe. Est enim* *Sententia aliquorū de incubone.* *Rondeletius refutatur.* *Refutantur alij.* *Quid sit incubo.*

imaginatio depranata, quæ contingit ex ſpeciebus rei alicuius ſuffocantis, & opprimētis, in cerebro motis. Tum enim exiſtimant ſe eſſe oppreſſos, ita ut ſi velint loqui, quaſi detineantur. Dices cur in vigilia non contingit? Reſpondeo non eſſe neceſſum, ut quæ in ſomno, eadem in vigilia afficiant: ſomniamus. n. dormientes & non vigilantes.

Morbus ad quē ſe quitur.

Videamus modo quem morbum ſequatur hoc ſymptoma. Aliqui exiſtimant morbum eſſe obſtructionem ventriculorum cerebri: & bt differunt, quia multi exiſtimant obſtructionem hanc, eſſe in anterioribus ventriculis, aut in principio ſpinalis medullæ ab humore factam. Alij ſequuti poſidonium a vaporibus frigidis & craſſis ſpiritus animales per neruos ferri prohibentibus, eam fieri ſentiunt.

Refutantur aliqui.

Qui omnes errant maxime, nam ſi tanta eſt obſtructio, ut impediat tranſitum ſpirituum, fiet ergo caros, epilepſia aut apoplexia. Tum ſi obſtructio eſt incubus, cereb. ũ afficitur, non ut ſimilaxis pars, ſed ut inſtrumentaria, ut Altomarus ex Aetio probat; qua ergo ratione erit laſa imaginatio? Sententia Poſidonij nulla ratione poteſt admitti, non enim poteſt ratio capere modum, quo vapor poſſit impedire tranſitum alicuius ſubſtantiæ, cum ſit tenuis & ſicut aer facile cedens. His omiſſis dicimus incubo, ſi cerebrum officiatur proprio affectu, morbum eſſe intemperiem frigidam & ſiccam: ſi vero per conſenſum morbum eſſe, aut in vita, ſi vapor ex obſtructione venarum ventriculi aſcendat: aut tumorem præter naturam ſchyrrum lienis ſequatur.

Vera ſententia.

Inde colliges errorem multorum medicorum ſentientium hunc affectum fieri a dæmone, ducti in hanc ſententiam ex eo, quod quidam dæmones appellentur à theologis incubi. Hi enim etiam ſi hoc nomine appellentur, non quia hunc affectum efficiant: ſed a coitu, qua aſſumentes aerea corpora, ſub virorum forma mulieribus incubent: ſicut & ſuccubi appellantur illi dæmones qui famina mentientes, virs ſuccumbunt. Et ex horum coitu na

tos fuisse gygantes, multi ex Theologis affirmarunt. Ex supradictis intelliges, quam male omnes causam istius morbi ad crapulam & crudstates, cum hæc nunquam imaginationem lædant.

Errorum aliorum.

Curabitur hic morbus ea ratione, qua melancholia.

De ijs qui amore insaniunt.

CAPVT. XI.

IN amore posse aliquos insanire argumẽto est Anthiocus Seleuci filius, qui stratoni cã nouercam miserè deperiuit, atque alij quam plurimi, quorum frequens est in historijs mentio, & in poetarum monumentis non rara quamuis sub fabularum inuolucro. Est verò (vt Ouidius cecinit) amor res plena solliciti timoris) sollicitudo autem, vt ait Paulus Aegineta, animi quædam affectio, cum videlicet ratiocinatio in vehementi, ac laborioso quodam motu constituitur. Occasionem huic morbo exhibet res ipsa amata. Deprehenditur malum quia oculi concaui fiunt, lachrymas nullas effundunt, sed voluptate quasi perpetua perfusi apparent, agitãtur & subsiliũt identidem palpebræ; & alijs omnibus corporis partibus illæsis, ac consistentibus, solum hi amantibus concidunt. Pulsus peculiaris huic morbo nullus est, quod medicorũ aliqui sunt opinati, sed quales solent esse illorum, qui multis sollicitudinibus sunt impliciti. Erasistrati denique arte oportet vti, vt morbus ex toto detegatur.

Descriptio.

Descriptio sollicitudinis.

Nota.

Curatio.

Præcipua huius morbi curatio tradita est capite de curatione melancholię, præter illa duo sunt maxima remedia eorum, qui amore insaniunt, primum & firmissimum

dare

dare ei, quam diligit. Cùm hoc non ſuppetat, alterum eſt neceſſarium, & primo ſtude, ne fiat melancholicus per ea quæ diximus cap. 9. nam ij imaginationem læſam habẽt, & aliquoties rationem; quare ſtatim fugiat: abſentia enim & aliarum rerum occupatio eſt ſummum remedium, autore Ouidio libello de remedio amoris.

Præſeruatio.

Auerſio.

Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus,
Da Bacchum mentis, quo teneatur opus.

Conſule igitur Poëtam eo in libro. Neceſſariæ ergo ſunt venationes, piſcationes, ludi, inſtrumenta muſicæ, ambulatio per loca viridia, & iucunda, vbi aues & philomelæ reſonant, communicatio, & frequens cum amicis, & conſanguineis confabulatio prodeſt: & tandem opitulatur multum profectio ad longinquas regiones, præcipuè ad inſignes vrbes, vt Valentiam & Barchinonam apud Hiſpanos; Lutetiam Pariſiorum apud Gallos, & Romam Chriſtianorum caput, quod ſi hæc non ſatis ſint cum Ouidio.

Hortor vt & pariter binas habeatis amicas,
Fortior eſt plures ſi quis habere poteſt.

Et poſt hæc omnia ſic finit curationem Ouidius.

Quid mator exemplis, quorum me turba fatigat?
Succeſſore nouo vincitur omnis amor.

Aliquando curatur hæc inſania ebrietate, & coitu non immodicis.

De Apoplexia.

CAPVT. XI.

Scholium.

ATO

ATTONITVM morbum Graeci. Video fere omnes medicos apoplexiam definientes, priuationem sensus & motus in toto corpore, hac enim ratione, qui vulneratus, vsque ad cerebri ventres repente concidit sine sensu & motu, tum & phlegmone de cerebri dispositione affectus, apoplexiam habebit. Quod, quam falsum sit, optima eius definitio ostendet. Est apoplexia sensus, & motus amissio in toto corpore, ob impeditum transitum spirituum animalium facta. Prima parte definitionis apoplexia, cum paralysi conuenit: Secunda vero ab ea distinguitur, cum paralysis non habeat sensus & motus defectum in toto corpore. Vltima vero parte separamus apoplexiam ab ea sensus & motus priuatione, qua etsi in toto corpore fiat, euenit tamen ex dissipatione spirituum animalium, qualis est illa de qua loquitur Galenus septimo de placitis, qua sequitur cerebri vulnus vsque ad ventriculos penetrans: ab ea etiam, qua fit ex repletione venarum & arteriarum cerebri, quae contingit ex consumptione spirituum animalium cerebri, euenient ex eo, quod spiritus vitales ex arterijs non possint ad cerebri ventriculos descendere. Causa apoplexia est, quicquid replet cerebri ventres, ita vt non possit animalis spiritus permeare, hac autem repletio, aut si meatus obstructio, fit ab humore crasso pituita scilicet, aut melancholia: aut a phlegmone maxima tenuismeningis, ita vt eius magnitudo internum cerebri meatum repleat. Quae vera cum sint, non est quod sequaris Valleſij sententiam libro septimo epide. com. 83. scriptam: qua sentit ab omni humore fieri apoplexiam, & quod peius est, quasdã apoplecticas passiones a crasso flatu admittit: quia bilis flaua tenuis cũ sit, permeabit permeatũ non autẽ obstruet. Quod autẽ nõ obstruat vapor, superiori scholio diximus. Obstructio (qua morbus est in via) in apoplexia magna est,

Error multorũ circa essentiam apoplexiæ.

Apoplexiæ definitio.

Causa apoplexiæ.

Lapsus a pleſij.

Cur in apoplexia dicatur corpus cerebri læſũ.

est, ac proinde Galenus libro de locis affec. in apoplexia corpus cerebri magis ladi, quam Ventriculos scribit, qua si dicat cerebrum, & est instrumentum, ladi, quia totus Ventriculus est repletus, cum enim totus non repletur, & in epilepsia euenit, tunc lesos Ventriculos appellat Gale. & non corpus cerebri lesum. Et quamuis Galenus aliquando per corpus cerebri eius substantiam similarem

Lapsus Valleſij. intelligat, male Valleſius. 5. epy. com. 47. explicat, quid sit Vergere humorem ad corpus, aut ad animam: non enim Vergere ad corpus cerebri, est Vergere ad eius superficiem externam, & Vergere ad animam ad internam: cum pars externa & interna cerebri, idem habeãt temperamentũ in quo animam constituit Galenus, & nos anima instru-

Differentia apoplexia vnde oriantur. mentum. In apoplexia aliquando seruatur respiratio, aliquando non, & inde orta sunt differentia apoplexiæ, à Galeno tradita 2. lib. apho. com. 42. ex quibus tres sunt apoplexia illius, quæ fortis dicitur. Quarta debilis est. Prima differentia ea est, in qua prohibita est respiratio, qua curationem non admittit, sed cito interficit, tamdiu in ea viuentes agros quandiu illi qui præfocati moriuntur. Secunda differentia apoplexiæ est, cum violenter respirant. Tertia inqua non est violenta respiratio, inæqualis tamen & inordinata. Vltima (quam debilem apellauimus) cum respiratio aliquem seruat ordinem. Et hæc

Explicatur Gale. inquit Gal. Si debite fiant necessaria, cito curatur. Quod cum sit contra aphorismum, in quo Hippocrates debilem apoplexiam non facile curari scribit, proinde vbi est cito legendum est forte, ex græco codice. Vel si seruemus lectionem per cito curari intelligemus, statim in paralysim transire. Hic transitus euenit humore penetrante ner-

Apoplexia transit in paralysim non epilepsia. uorum substantiam, & hoc nomine impediente facultatis alterationem. Quod in epilepsia non contingit, quia humor eam generans ita crassus est, vt non possit peruadere neruos. Obijcies, Galenum 4. lib. de ratione victus in acutis cem 27. Epilepsiam in paralysim finiri scripsisse. Respondeo,

pondeo verum hoc esse, sed raro euenire: id autem quod rarum est, cum contemnat Galenus ac si non esset, ideo in lib. 4. de locis affec. cap. 2. epilepsiam nunquam in paralysim finiri existimauit.

Sanguinea apoplexia. Sanguinea apoplexia meminit, cuius hactenus manifeste saltim non fecit mentionē. Nos vero ex his quæ diximus, vario modo curandam apoplexiam intelligemus. Si apoplexia fiat ex phlegmone tenuis meningis, curabimus eam primo sanguinem mittentes, & vt applicantes capiti repellentia: & vt summatim dicamus, ea præstabimus, quæ capite de phrenitide diximus, vtentes tamen digerentibus in declinatione, quia humor non habet eam tenuitatem, vt possit sine his exhalare. Aduertendum tamen est, practicos in sanguinis missione in qualibet apoplexia facta hunc seruare ordinem. Primo secant venam saphenam aut poplitis, quia ampior est, deinde cephalicam, & tertio venam frontis: vel vt Rondoletius hollerius & alij facere iubent, venam ingularem, ita vt fiat exigua plaga ob hæmorragiæ metum. Caterum mirandum est de his hominibus, rationem curandi non aduertentibus. Si enim est affectus in cerebro, quam rectitudinem seruabit cum ipso vena pedis? Præterea quis ausus erit venam ingularem secare, si legat Galenum. 5. lib. methodi, magnarum venarum sectionem formidantem propter periculum quod imminet, quia in harum sectione sanguis aut non potest, aut difficile saltim supprimitur: ita vt immineat periculum transuersæ sectionis in vena. Adde in sectione venæ semper imperitiam esse magnam plagam, ne sanguis tenuis relicto crasso effluat. Vltimo id quod de sectione venæ frontis & linguæ imperat, in Angina, dolore capitis diuturno, & similibus locum habet: non autem in apoplexia, in qua ob breuitatem hæc remedia carent occasione. Nos sequuti Galeni doctrinam semper secamus cephalicam, & merito, quia hac ratione ex loco affecto cito, & multum euacuamus.

apoplexiæ curatio.

Reprehenditur practici in sanguinis missione.

Vera sententia de sanguinis missione in apoplexia.

Pitui-

Pituitosa apoplexia. *Vt inplurimum fit apoplexia ex pituita, qua multa solet in cerebro frigido ex natura abũdare. In cuius curatione auctor nulla fecit mentionẽ sanguinis missionis, sentiẽs cũ multis barbaris, hanc inutilem esse, cum abundet pituita, & absit plethora. Quasi solũ in plethora sit sanguis mittendus. Solent autem communiter medici, apoplexiam hanc curare clysteribus acribus, medicamentis vomitum cientibus & purgatione. Acribus vtuntur clysteribus, existimantes eos à toto corpore purgare. Quod possunt probare ex. 4. lib. acutorum com. 20. vbi ait Galenus autorem illius libri in dicta sententia in Angina clysterem purgatorium exhibere, non vt solum alimenti excrementa, sed & vt passum locum euacuaret. Vomitu vtuntur, vt deponant plenitudinem ventriculi purgatione vero, vt pituita, qua morbi causa est, euacuetur: haec est illorum sententia vndiquaque peccans. Primo in acribus clysteribus, ex valide purgantibus constructis, Hi enim solum euacuant ex intestinis, & primis venis, non ex toto corpore: quod ratione confirmamus, & autoritate. Ratio haec est, medicamentum, purgans vt agat, debet in actum reduci. Sed per clysterem iniectum non potest reduci in actum, ergo neque purgare. Maiorma nifesta est ex eo, quod medicamentum purgans potestate tale est. Minorem confirmamus ex natura acris medicamenti, quod statim irritat intestina, & proinde expellitur. Autoritas, qua hoc ipsum probamus, ex Galeno desumpta est. 4. lib. apho com. 2. vbi propositis medicamentis erhina & apophlegmatisma appellatis, qua ex parte nõpe cerebru euacuant: addit, clysterem quoque ex hoc genere fecerit. Si ergo clyster ex parte euacuat, intestinus scilicet & primis venis, qua ratione in apoplexia, Hoc primo vtuntur medicamento, quod neque affectum, neq. eius causam respicit? Ad ii quod ex 4. acutorum adferunt satisfacimus, dicentes Galenum solum scribere id quod instituit auctor illius libri (qui non est Hippocrates) non*

Reprehẽditur curatio apoplexia pituitosa.

Clysteres non euacuãt ex toto corpore.

autem hoc aprobare, potissimum cum sit contra rationem. Errant secundo supradicti medici in medicamentis vomitorijs, quia cum hæc solum Ventriculum euacuent, non curabunt apoplexiam, quæ est cerebri affectus. Vltimo statim in principio purgantes crasse peccare videntur, nam si ager est in accessione apoplexiæ, non poterit, purgans medicamentum deglutire. Si post accessionem iam nō est apoplexia, cum terminata sit in paralysim. Dices purgari tunc humorem pituitosum. Si hoc affirmas non etiam effugies, nam aut ille humor est in Venis, aut in Ventriculis cerebri. Si est solum in Venis, iam non curas affectū vrgentē, morbum scilicet, qui est obstructio cerebri. Si verò humor est in cerebri ventriculis, cū extra Venas diffusus sit in parte contētus, per propios meatus partis debet euacuari. Adde humorem esse firmatū in parte, ac proinde post coctionem esse euacuandum. Quæ cum ita sint, inde videbitis quantum erret ille, qui non curans à bono præceptore, methodū curādi perdiscere, ad eos libros quos practicos vocāt confugit, hi enim præterquā quod decipietur passim, multos interficiet. Curabitur ergo apoplexia ex humore crasso facta, hoc modo, methodo rationali. Apoplexia est symptoma actio scilicet abolita sensus & motus. Morbus ad quem sequitur, est obstructio Ventriculorum cerebri, tertij vel quartij. Causa istius morbi est humor pituitosus, ex Venis ad Ventres cerebri descendens. Sunt ergo tres affectus complicati in hac apoplexia, symptoma, morbus, & causa morbi: ex his affectibus actio læsa cum habet suam essentiam in fieri, & ab alio dependentem, non poterit curari, contrarijs. Oportebit ergo vrgētiori succurere nempe obstructioni, & si possumus non negligentes cauſam. Hæc commode præstabit sanguinis missio ex cephalica Vena quæ (præterquāquè potest excerceri in accessione & post accessionem) revellit & euacuat, ex loco affecto, revellit enim humorem fluentem ad cerebrum, euacuat autem ex cerebri Ventriculis, Vena enim tenuis

In principio apoplexia, nō est purgandū

Apoplexia ex humore crasso facta Vera curatio.

menin-

meningis & cerebri inanitata attrahent ex ventriculis humorem, dubitabis. Si ventriculus est plenus nonne à sanguinis missione abstinebis, cum ea impediat, ne crudus humor feratur ad venas? Et nos sanguinem mittere propter urgentem affectum, noxa enim illa quæ ex cruditate sequetur, deinde poterit emendari: quod quamuis ex Galeni methodo curandi colligamus, habemus tamen Gatinariam auctorem ex Arabum familia subscriptorē, qui capite de phrenitide in principio (inquit) secāda vena est etiam ventriculo pleno. Finita accessione apoplexia, quando iam terminata est in paralisim, considerabimus, an ager habeat inclinationem ad somnum, quam si habeat, etiam sanguinem mittemus, non ratione paralisis, quæ morbus longus est, sed ratione apoplexiæ, non præsentis, sed eius quæ futura timetur, oportet enim magis inanire venas cerebri ne ex ipsis fluat pituita, quod simul cucurbitulis & frictionibus præstabimus. Quo tempore clisteres parabimus acres ut euacuentur pituitosa excrementa ab intestinis & primis venis. Rx centaurae min. ris. m. j. furfuris fœniculi, anethi seminis lini ana pug. j. decoquantur in sufficienti quantitate aquæ, decolaturæ sumendæ lib. ij. in quam dissolue, hierae logodionis ʒ j. benedictæ ʒ ß. olei rutacei ʒ. iij.

Dubium.

Finita apoplexia in paralisim quid faciendum.

De Apoplexia.

CAPVT. XII.

descriptio.

APOPLEXIAM morbum Græci apoplexiam nominant, est autem apoplexia animalium functionum in vniuerso corpore subita cessatio, cum videlicet omnes pariter nerui, tum sentiendi, tū mouendi vim amiserūt propter noxam cōmuni neruorum origini cere-

bro

bro inquam illatam. Hęc eadem cùm alterutram tantum partem infeſtauerit, dextram nempe aut ſiniſtram. Hemiplexia & paralyſis Græcè, reſolutio Latinè dicitur, de qua ſequenti capite ſumus dicturi. Initium huic morbo dare procatarcticæ cauſæ ſæpenumerò conſueuere, cum videlicet caput alicuius, aut caſu, aut vehementi aliquo ictu vulneratum eſt, aut aliqua alia re percuſſum. Tunc enim ad eam partem humores confluunt, vt quæ propter ingentẽ cerebri concuſsionem eos ad ſe venire permittat. Aëris quoque admodum frigidi occurſus eandem ſolet noxam cerebro inferre. Nam & caput, ſpongiæ inſtar velut manibus apprehenſum conſtringit: & illius humores, atque excrementa in internos cerebri meatus cumulatim retrudit. Magna tamen ex parte à cauſis internis prouenit, nempe à copioſa pituita, quæ nihil aliud eſt, quam frigidus quidam, craſſus atque viſcidus humor, qui cerebri ventriculos confertim & ſemel impletos ita obturat, vt animalibus ſpiritibus nequaquam pervios eſſe patiatur. Quod ſi, vnde generatus ſit hic humor, quęſieris, meminiſſe debes, quæ ſuperius cum de cephalalgia agebamus dicta ſunt, & quòd nimiæ cruditates, crebręque potiſsimum ebrietates huiuſmodi ſuccos peperere. Cauſæ.

Porrò tã grauis hæc affectio eſt, vt probè de ea ſcripſerit veræ medicinæ vetuſtiſsimus autor Hippocrates, Apoplexiam fortem ſoluere eſt impoſsibile, debilem verò nõ facilè, cum illa ſtatim interficiat, hæc verò in paralyſim tranſiens non niſi longo tempore curetur. Interficit autem propter reſpirationis læſionem, à qua etiam hoc habet, vt vel fortis, vel debilis dicatur. Nam ſi prohibita ſit penitus tranſpiratio, maxima eſt & acutiſsima apoplexia, ſicut omnium maximè debilis, quæ parum habet in anhelitu impedimenti, quæ inter has duas interiacent, pro vt magis ad alterutram accedunt, fortiores aut debiliores dicentur. Lędtur verò maximè anhelitus, cùm priuatur: quando verò reſpiramus, ſed magna cum vi laſſus ſanè

& tũc anhelitus, ſed minus, minus etiam cum neque intentus, neque violentus eſt: inæqualis tamen atque inordinatus. Præter hæc etiam intermiſſus æditur, omnium tamen minimè cùm aliquem ſeruat ordinem. Et mirari quidem ſubit, quomodo muſculis omnibus feriatis & motu carentibus in apoplexijs illi, qui reſpirationi inſeruiunt, quamuis difficulter moueantur, tamen plerunque. Videtur autem hoc fieri propter reſpirandi neceſsitatem, quæ neruorum vim excitat ad operationem. Præcedit hunc morbum (autore Paulo) capitis cõfertus, & acutus dolor, venarum, quæ in iugulo ſunt elatio, vertigo, oculorum incerti & diſcurrentes lucis ſplendores, extremarum partiũ ſine cauſa refrigerationes, dentium ſtridores, in ſomno lotium emittitur atrum, paucum, & farinaceum habens ſedimentum. Qui iam in hoc malo ſunt ſenſu omnino carentes (vt Aetius ait) mortui viuunt, quapropter clauſis oculis dormientium more decumbunt ſtertentes. Opprimi hoc mali genus ſenes, atque eos maximè, qui temperatione ſunt magis pituitoſa: quod ſi iuuenem, & æſtiuo tempore corripuerit, maxima eſt apoplexia, & quæ magnã arguat cauſam, vt ex aphriſmo 34. ſectionis ſecũdæ didicimus.

Nota præſentis morbi.

Signa.

Curatio ſanguineæ Reuulſio.

Sanguinea apoplexia tribus remediorum generibus curatur. Primo reuellentibus, vt ſecta vena baſilica primũ, ſi magna eſt plenitudo; aut vtraque cephalica ſimul: quia ſeruata rectitudine in morbo breuiſsimo, & fortiſsimo cephalicæ ſectio eſt vtilior. Frictionibus totius corporis, præcipuè partium infernarum, & earundem ligaturis doloriſicis, lotionibus calidis, cucurbitulis ſine ſacrificatione primo, deinde cum ſacrificatione, clyſteribus, & glandibus acribus, minus tamen potentibus quam in pituitoſa.

Deriuatio.

Secundo vacuantibus materiam cerebri, & ventriculorũ eius iterũ ſecta vna, aut duab⁹ cephalicis, poſt vena frõtis. Deinceps fiat vacuatio per hoc, vel ſimile medicamentũ ℞. hierę pier. ℈. ß. i pilularũ de rhabarbaro ʒ. j. rhodomellis ʒ. ß. aquæ cichoreæ q. ſ. miſce, & fiat potus.

Purgatio.

Ter-

Tertio, alterantibus intemperiem calidam à sanguine relictam: vt oleo, & aceto rosatis, & similibus: quæ initio non conducunt (quamuis repellant) propter obstructionem. Electuarium diarhodon abbatis est in hoc genere optimum. *Alteratio.*

Pituitosa apoplexia, quæ fere semper fit, curatur quatuor auxiliorum generibus; primo, victu tenuissimo, præsertim primis tribus diebus, deinde solo iure pullorum columbi cum ciceribus nigris, & pipere nutriatur, & aqua mellis & nucleis pineis sacharo conditis. *Pituitosa. Victus.*

Secundo auertentibus; vt actibus clysteribus caput & pituitam vacuantibus, qualis est hic; ℞. vtriusque cyclamini centaureæ minoris, hellebori albi, colocynthidis in ligatura positæ an. m. j. fiat decoctum in lib. tribus aquæ ad consumptionem duarum, cuius ℥. vj. in anum mittantur, & si cito ab ano elabuntur, rursus repetantur, & infundantur, donec humorum copia vna cum clystere deijciatur. sequens clyster est optimus, & potens; ℞. saluiæ, roris marini, stechados, rutæ, hyssopi, & pulegij an. p. j. fiat decoctum, de quo accipe libram vnam, cui adde Hieræ logodionis ℥. j. pilularum cochiarum ʒ. i. olei rutæ & de lilio an. ℥. ij. salis gemmæ ʒ. j. ℈. misce, & fiat clyster. Glandes acres quoque auertunt, & euacuant, & maximè sunt necessariæ, præcipuè cum clyster accipi, aut retineri non potest; quales sunt hæ; ℞. pulueris Hieræ logodionis ʒ. v. salis gemmæ, colocynthidis, & hellebori an. ʒ. j. mellis quod sufficit, misce, & fiant tria suppositoria filo appensa. *Auersio.*

Tertio, euacuantibus pituitā crudam (quia hic morbus est acutissimus, dependens à materia fixa in membro principe, & ideo quodammodo turgida, quare moram, & tempus apparandi non concedit) etiam valentibus, & largioribus medicamentis purgantibus: virtus enim expultrix in ijs est sopita, & meatus angusti, vt sanguis & spiritus per ipsos permeare non possint. Huiusmodi sunt pilulæ cochiæ, pilulæ, fœtidæ, pilulæ de sarcocolla & euphorbio: *Purgatio siue præparationes morbi.*

diſſoluta ʒ.j.℈.earum cum ʒ.ij.aquæ ſtechados,& ʒ.j.ſy-
Potus. rupi de hyſſopo:aut fiat vacuatio per hunc aut ſimilem po
tum;℞.electuari indi maioris ʒ.iiij. agarici trochiſcati
ʒ.j.rhodomellis ʒ.j.aquæ ſaluiæ,quod ſufficit, miſce, &
derivatio. fiat potus,Deinde fiat vacuatio per loca propinqua gar-
garizatu, vulgo gargariſma dicitur, & errhinis (quæ di-
cuntur à medicis & pharmacopolis barbaris naſalia, aut
Aduerte. caputpurgia)& ſternutamẽtis & apophlegmatiſmis (quę à
noſtris dicuntur maſticoria.) Hæc quia magnam agitatio
nem prope affectam partem efficiunt,nocent ante vacua-
tionem vniuerſalem, aut totius corporis, niſi in maxima
neceſsitate,vbi timetur ſubito mors.

Errhina. Errhina,ſeu caputpurgia medicamenta, quæ ſternuta-
menta efficiunt,aut ſunt.

Mitiora, vt { Aquæ capitales deſtillatæ,anagallidis vtriuſq; ſuccus,ceparũ ſuccus,cyclamini ſuccus,braſsicę ſuccus,ſuccus ſiclę,ſuccus foliorum enulæ campanæ. Aut,

Valentiora, vt { Ireos ſuccus,manubij ſuccus, radicis nigellæ ſuccus,hellebori ſuccus, radicis agreſtis cucumeris ſuccus,caſtoreum, piper,helleborum album,euphorbium.

Apopphleſmatiſmi (vocant noſtri maſticatoria) aut
Apophleg matiſmi. ſunt.

Mitiores, vt { Hyſſopus,origanum, thymus, pulegium,cappares. Aut,

Valentiores,vt { Sinapi,maſtix,radix acori, zinziber, piper,pyrethrum.

Hoc ſchemate continetur cognitio medicamentorum à capite purgantium per proxima loca, tam habentium facultatem mitem,& clementem;quàm eorum, quæ ſunt valenti facultate prædita: quorum formas tyronibus in hunc modum deſcribemus. Gargarizatus clementis for-

mula;

mula; ℞. maioranæ, origani, saluiæ, roris marini, stœchados an. p. j. fiat decoctum in lib ij aquæ, donec tertia pars absumatur. Cuius colaturæ adde rhodomellis, oxymellis compositi an. ʒ. iiij. misce, & fiat gargarizatus. Valentioris formula est; ℞. aquarum saluiæ, stœchados, betonicæ, roris marini, an. ʒ. iij aquæ vitæ ʒ. j. Hieræ S. ʒ. j. Mithridati, & theriacæ magnæ an. ℈. ij. oxymellis scillitici ʒ. ij. syrupi acetosi S. & rhodomellis an. ʒ. iij. misce, & fiat gargarizatus. quo sæpe os & palatum abluatur. Formula errhini solidi mitioris est hæc; ℞. pulueris maioranæ, saluiæ, piperis, gariophyllorum & nucis muscatæ an. ℈. j. therebinthinæ & ceræ, quod. s. misce, & fiant errhina seu nasalia effigiem pyramidis referentia. Valentioris errhini formula hæc est; ℞. pulueris pyrethri, piperis longi, hellebori, castorei an. ℈. j. terebinthinæ & ceræ an. q. s. misce, & fiant errhina, seu nasalia forma pyramidis, quæ naribus imponantur. *Formulæ omnium.*

Forma errhini liquidi, seu caput purgij mitioris; ℞. succi betæ, brassicæ, & cyclamini an. ʒ. iij. misce. Valentioris formula hæc est; ℞. succi ireos, marrubij & cucumeris syluestris an. ʒ. ij. pulueris nigellæ & piperis an, ʒ. j pulueris hellebori & euphorbij an. ℈ ß. misce, & huius parum naribus instilletur. Forma pulueris hæc medicamenta naribus immissa sternutamenta efficiunt, & caput purgant.

Forma apophlegmatismi, seu masticatorij mitioris hæc est; ℞. pulueris piperis, mastichis, zinziberis & galangæ an. ʒ. ß. origani, thimi, pulegij an. ℈. j. cum oxymelle S. & pauca cera fiant formulæ ad magnitudinem lupinorum. Valentioris formula hæc est; ℞. pulueris sinapis, staphisagriæ, piperis, & pyrethri an. ℈. j. ß. hellebori ℈. j. cum oxymelle scillitico & cera fiant formulæ ad magnitudinem lupinorum, quorum vnus in ore detineatur semper & manducetur.

Post hæc capiti raso admoueatur hoc vnguentum, seu *Topica.*

sinapismum, ℥. olei costini, castorei, & de euphorbio an. ℥ j. pulueris sinapis, euphorbij, & serapini an ℥. j. aceti cochlearium vnum, ceræ quod sufficit, misce & fiat vnguentum. Demum frixorium ferreum, seu candentem sartagineam tanto perè oportet capiti admoueri, vt capilli ægri comburi videantur.

Obseruatio. Et quia ab hac apoplexia, quæ debilis vocatur multi euadunt, non omnes (Galeno teste) quibus signa lethalia sunt, moriuntur: multi etiam citra expectationem vllam sanantur, quia accidunt monstra in rerum natura: ad cognoscendum viuat ne, an mortuus sit æger, cùm sit similimus mortuis, obseruanda erunt hæc signa, quę à respiratione colligũtur, priusquam operi manum admoueamus, ne vsu veniat nobis, quod aliquibus medicis, qui in mortui aluum clysterem infuderunt, & venam cadaueris iusserunt secari. Si lana carpta, aut gossipium carptum naribus, aut ori admota, vel candela accensa, aut cyathus aquæ plenus pectori etiam appositus, moueantur, vitæ certissimum est indicium. Speculum quoque tersissimum ori & naribus admotum, si maculetur, respirationem & vitam testatur: & quamuis nulla indicia vitæ appareant, si fuerit æger imbecillus, aut sinapte natura frigidus, non est sepeliendus nisi post tres dies. Illo enim spatio mouentur omnes corporis humores, & extra illud, aut mortis aut vitæ euidens demonstrabit signum: & ideo Euangelium secundum de Lazaro, inquit, fœtet, quia quatriduanus est: primis tribus diebus aliqui corde frigidi visi sunt reuixisse.

Mortis, aut Vitæ exploratio

Tempus sepeliendi.

De Paralysi quam Latini resolutionem dicunt.

CAPVT XIIII.

DI-

DICTVM ſuperiori capite iam eſt, paralyſim tunc fieri, cum alterius lateris nerui dextri ſcilicet, aut ſiniſtri motu pariter ac ſenſu priuantur, quibus ſi pauca quædam adiecerimus, nihil (vt reor) quod ad naturam morbi ſpectat, deſiderabitur. Eſt ergo paralyſis alterius lateris mollificario cum priuatione ſenſus & motus. Animaduertere tamen oportet, quod non ſemper integrum latus reſoluitur, nam & totum manus, & totum crus interdum (vt inquit Galenus) reſoluitur. atque ſolus in crure pes, & quæ ſub genu ſunt, & vt verbo rem complectar, ſæpe numero vnius tantum membri ſenſus deperditur, ac motus, vt linguæ, oris veſicæ, & aliarum corporis partium. Porrò cum in paralyſi nunc motus, nunc ſenſus, ſæpè verò vterque ſimul pereat, reſolutio portiſsimum tunc dicitur (autore Gal.) cùm motus amiſſus eſt. Nam cũ ſenſus tantum eripitur, expertem ſenſus particulam magis dicimus, quam reſolutam, quamuis id etiam in vſu ſit, vt reſolutam appellemus. Vnde tamen id accidat, vt perdito ſenſu particulæ ſeruetur motus, & contra: & quare etiam ambo ſimul intereant, conſulere quintum caput oportet quarti libri de morbo & ſymptomate, nunc illud nouiſſe ſatis erit, propter horum amiſsionem paralyſim fieri. Sequitur hic morbus frequenter apoplexiam, & (Galeno autore quarto de victu acutorum, comentario vigeſimo octauo) paraplexia priuatim dicitur. Quare generalius nomen erit paralyſis, omnem reſolutionem complectens, ſiue ea apoplexiam ſequatur, ſiue aliunde proueniat. Aquacunque verò fiat occaſione humorem frigidum, craſſum, & lentum cauſam habet, qui nemos obturuens ſpiritibus motum ac ſenſum deferentibus viam præcludit. Morbus cuius ex amiſſo ſenſu, ac motu facilè patet monere tamen interim conuenit imperitiores huius artis in facici reſolutione quando alterius partis nerui reſoluti ſunt, vt in ea affectione (quam Græci caninam conuulſionem appellant, vulgus medico-

deſcriptio.

Cauſa.

Nota.

rum oris torturam dicit) malum non in ea parte consistere, in quam altera inclinata est, sed in illa, quæ seipsam declinat, & in contrarium trahitur: cui etiam medicamenta sunt admouenda, quod ad curationem non paruum affert momentum. Sed quando oris tortura fit à conuulsione, ægra pars trahit ad se sanam, vt docet Gal. lib. 2. de causis morborum, cap. 7 & lib. 3. & 4. de locis affectis. Errant ergo Auicenna, & Gentilis calumniantes Galenum optimum veritatis indagatorem. Cognosces torturam fieri à conuulsione, dolore, tentione, & duritie quadam. Contraria sunt, quando fit à resolutione.

Pars delapsa laborat.

In quod differant paralysis & stupor.

Differt verò hic morbus ab stupore, quamuis sub eodem genere vterque contineatur, magnitudine: cum enim incipit affectio, stupor fit: postquam verò consummata fuerit, resolutio: vnde Galenus libro secundo, de locis affectis, capite. 1. mediam quandam dispositionem stuporem facit, inter resolutionem, & integram valetudinem.

Curatio.

Curatio resolutionis quinque remediorum generibus constat: primo victu calefaciente, siccante, & pituitæ generationem prohibente; vt aere ante parato, suffitu rerum calfacientium, si opus fuerit, initio tamen dum fluit materia, & ante euacuationem, calfacti o fiat remissa, ne si maior fiat, humores calefiant, & augeatur fluxus. Panis sit bis coctus, & anisо inspersus, vel semine melanthij, vt est mos agarenorum, ab illis dicitur xenuz. Carnes sint auium mõtanarum, quales sunt perdices, turtures, columbi syluestres, & similes iis. Bibat aquam cinnamomi, aut aquam mellis, quia vinum nocet neruis, tum quod in acetum in ijs conuertitur, tum etiam quòd ad ipsos demittit humores: quãuis in medicamentis cum melle, aut saccharo non noceat acetum, vt in oxymelle. §. & similibus.

Victus.

Præparatio.

Secundo concoquentibus pituitam incidendo, tenuando & tergendo eam clementioribus, primo per quinque, aut sex dies; vt ℞. rhodomellis ʒ x. item ℞. aquarum salui-

æ

uiæ & fœniculi an ℥.vij misce. Secundò, valentioribus, vt sunt syrupi de hyssopo, de stechade cum oxymelle. S. & comp. Tertiò, valentissimis, vt sunt syrupi de quinque radicibus, oxymel. compos. & scillitium, & syrupus de stœchade. His omnibus simul, aut aliquibus cum dupla quantitate aquarum, aut decocti rerum capitalium paratur pituita, perpetuò tamen sit quantitas maior syruporum sine acero, quia, vt dixi, maximè neruis nocet. *Purgatio.*

Tertiò, vacuantibus pituitam primo clementioribus, vt sunt Hiera. S. Agaricus trochiscatus, pilulæ elephanginæ & assaiarei. Secundò & tertiò valemioribus, vt sunt pilulę de Agarico, pilulæ cochiæ, fœtidæ, de sarcocolla, de euphorbio, & similes: lectuarium indū vtrunque post ergo primam concoctionem clementē fiat vacuatio sic; ℞. pilularum de Hiera. ℈. & agarici trochiscati an ℈.ij. fiāt pilulæ septem: aut recipe diacatholicon ℥. ℈. agarici trochiscati ℥.j. electuarij indi maioris ℥.iij. ℈. rhodomellis ℥.j. aquæ fœniculi. q. ſ. misce, & fiat potus. Post secundam concoctionem fiat per hoc, aut simile medicamentum vacuatio; ℞. pilularum de Agarico, & cochiarum an. ℥. ℈ cum aqua saluię fiant pilulæ septem; aut ℞. Agarici trochiscati, & turbit electi an. ℥. ℈. electuarij indi maioris ℥. iij. rhodomellis ℥.j aquę saluię quod ſ. misce, & fiat potus. Tertio, & quarto, si opus fuerit, fiet vacuatio per pilulas fœtidas, aut de sarcocola, quamuis inusitatæ sint hæ de sarcocola; vel vnciam semis electuarij indi maioris; vel diachartami facto potu cum aqua aut decocto capitali addendo vnciam vnam rhodomellis: quia pilulæ diutius in ventriculo detinentur in iis & similibus morbis, qui à ventre longo interuallo distant. Laudantur magis, sitque per eas melior & maior euacuatio.

Quarto, auertentibus materiam in partem contrariam, ne fluat ad spinalem medullam: quod fiet per medicamenta purgantia de quibus tertio genere diximus, per clysteres & suppositoria dicta cap. præcedenti. Auerti etiam potest *Auersio.*

teſt materia errhinis,ſternutatorijs,apophlegmatiſmis,& gargariſmatis,de quibus in extremo cap. ſuperiori abundè diximus. Huic tamẽ mitiora, & illi valentiora conueniũt,quia apoplexia maximus & acutiſsimus eſt morbus.

Reſolutio & corrobo rantia.

Quinto, diſsipantibus & reſoluentibus materiam partium affectarum,& cerebrum,& ipſas roborantibus,perpetuò tamen eſt diligenter animaduertenda ſententia Galeni aurea primo locorum affectorum illius, cui ex caſu è curru digiti reſoluti erant,quem ſanauerat admoto emplaſtro ſpinali medullæ:qua parte affecta nerui ab ea ad digitos progredientes obſtructi erãt ab aliis imperitis medicis medicamenta tantum digitis imponebãtur. Drachma vna theriacæ magnæ, aut mithridati cum aqua aut ſyrupo calido capitali multis diebus ſumpta hæc omnia efficit. Drachmę duę diamuſci dulcis eandẽ habent vim ſi multis diebus deuorentur, radix acori condita, aut eryngij eſt optima. Hæc confectio habet quoque eandem, aut ſimilem facultatem: ℞ diamuſci dulcis ʒ.ij. acori conditi ʒ.j.

Obſeruatio.

Confectio.

conſeruæ anthos,& ſtechados,an. ʒ.iij. theriacæ magnæ, & mithridati an. ʒ.ij. pulueris galangæ piperis, caſsiæ lignea,calami aromatici an. ʒ.j. ſyrupi de ſtechadę, quod ſatis eſt miſce,& fiat confectio. Doſis ʒ.ij cum ʒ.ij aquæ, aut decocti aut ſyrupi capitalis. Partem reſolutam,& ſpinalem medullam iuxta vertebras, per quas oriuntur nerui,quibus ſenſus & motus illi parti datur, vnge bis in die hoc vnguento: ℞ olei euphorbij,caſtorei,rutæ, & de lilio

Topica.

Vnguentũ

ac. ʒ.j. vnguenti aragon & dia.theæ compoſitæ an. ʒ.ſ. cerę quod ſatis eſt,miſce,& fiat vnguentum. Aliquando præſertim præcedenti hac vnctione, & exiſtente humore in profundo cucurbitulæ admotæ parti reſolutæ materiã diſſoluunt. Balnea potentia calida & ſicca naturalia, & artificioſa ſunt optima, vt ſunt ſulphurea, & quę ſunt ex

Hiſtoria.

decoctio roris marini, camomillæ, ſaluię, rutæ, origani, & ſimilium. Quidam affectus diuturna reſolutione poſt conſentaneas vacuationes curatus fuit hoc medicamẽto:

Acci

Accipe lapidem molarem ignitum, quem ſparge vino maluatico, cuius ſuffitu & euaporatione pars reſoluta calefiat, bis in die, poſt vaporem vngatur hoc vnguento; ℞. olei de euphorbio ʒ.iiij. olei rutæ ʒ.j. caſtorei, pyrethri, trionpiperon an. ʒ.j. pulueris roſarum ʒ.j. ℈. ceræ. q. ſ. miſce & fiat vnguentum.

Pilulæ.

Hæ pilulæ ſunt maximè efficaces in hoc genere; ℞. caſtorei, aſſæ fœtide an ℈.j. ligni aloes electi ℈.ij. cum mithridato pilulæ, xij. fiant: quarum doſis ſunt tres tertio quoque die ante ſolis ortum per horam. Si multis diebus bibat vncias tres aquæ roris marini cum granis tribus pyrethri erit ad hæc optimum remedium:

Aqua roris marini.

In reſolutione, quæ fit cerebro primo affecto cauterium actuale in initio colli iuxta nucam, vulgo ita dictam, eſt efficax remedium, & alterum poſt vltimam vertebram, ſed eorum penetratio debet eſſe non magna. Si verò ſit particularis, cauterium fiat in parte affecta, ſed prouidendum eſt, ne his, alijſque remedijs calidis pars reſoluta inflametur, vt ſæpe fieri ſolet ab imperitis medicis.

In paraly ſi per primariã affectionem obſeruatio.

Si reſolutione laboret aliquis, propterea quòd ex alto ceciderit, aut proprer inflictum vulnus, deſperatus eſt illæger, preſertim ſi tumor induruerit, à quo obſtruãtur nerui & tandem reſoluantur. Si verò ab aliquarum vertebrarum luxatione reſolutio genita ſit, per reductionem vertebrarum in ſuam locum curabitur. Poſt reductionem ad diſſoluendum humorem, ſi ſit in neruis, hoc medicamentum affectæ parti ſemel in die admoueatur; ℞. farinæ fœnugræci, bdellij, armoniaci an. ʒ.j. piperis albi, ſeminis been an ℈.ſ. axungiæ anatis ʒ.iij. olei de lilio ʒ.j. ſemis miſce, & fiat ex his ſecundum artem cataplaſma, ſeu emplaſtrum, quòd parti reſolutæ, & origini neruorum admoueatur.

In paraly ſi ex caſu, aut ictu, &c.

Emplaſtrũ reſtituto membro admouendum.

DE

De Paralysi, quam Latini resolutionem dicunt.

CAPVT. XIII.

Scholium.

Diuiditur paralysis.

DICTVM superiori capite. *Paralysis aut est exquisita, in qua sensus & motus deficiunt, aut non exquisita, quando alterum eorum seruatur. Quacunque sit aut est in medio corpore, aut in vna tantum parte. Si medium occupat corpus, morbus erit in cerebro aut in principio spinalis medullæ; quod distingues ex dimidia capitis parte affecta, aut non affecta. Si paralysis vnius tantum partis sit, tunc interuo illius partis quærendus est*

Paralysis quid sit.

morbus, ac proinde exortus neruorum sunt intelligendi

Morbus in paralysi.

lege lib. 2. de caus. symp. cap. 5. Paralysis est symptoma, actio scilicet abolita. Morbus ad quem sequitur est obstructio, ab humore crasso, aut tumore facta. Dices si nerus nõ

Obiectio.

sunt cani, quomodo obstruentur? Respondeo Galenum obstructionem apellare. 2. libro de caus. symp. Omne illud, quod impedit transitum humoris, aut alterationis. Quamuis tamen hæc sententia probabilis appareat existimo tamen in paralysi morbum esse in numero addito. est. n. additus humor impediens actionem: neque poterit dici humor ille obstructio, si propie loquamur, quia nerus careret caustate, & hac ratione suffusio etiam diceretur obstructio. In curatione paralysis reuellunt practici humorẽ

Practici taxãtur.

ab spinali medulla purgatione, omittẽtes sanguinis missionẽ, male tamẽ, cũ hac sola reuellat humorẽ à parte affecta, qđ nõ poterit recte prestaro purgatio carẽs in principio occa-

sio-

cassione, humore existẽte crudo & non sequace. Si obijciat humorẽ esse frigidum in paralysi, & ideo non esse mittendũ sanguinem. Respõdeba, aut humorem frigidũ esse multum & se retum à sanguine, aut habere tatis insignẽ quãtitatẽ sanguinis admixtã. Si multũ est & secretus à sanguine, tũc nõ mittemus sanguinẽ, quia nõ constant vires. si vero multũ sanguinẽ habeat permixtũ, sanguinis missio excercenda erit. 6. epy. par. 4. com. 43. non ratione morbi, quia cum fiat ex pituita, purgationem postulat, sed ratione affectus venarum, hoc est sanguinis vitiosi. Sanguine vt dixi misso, & humore purgato discutiemus in parte inclusum topicis medicamentis, ita vt in principio sint levia, vt totum euacuent humorem, aliter enim euacuata parte tenui reliquum indurabunt, & incurabilem efficient affectum. Deinde hoc vteris vnguento. ℞. olei laurini & vulpinsana ℥. ij. ℔. assungiæ vrsi ℥. j. ℔. sagapeni, opponacis ana ℥. ij. vnguenti marciaton ℥. j. ℔. ceræ parum fiat vnguentum, quo caput, aut principium spinalis medulla, aut principium nerui, si sit paralysis particularis, inunges.

Obiectio.

Sanguinis missio in paralysi.

De conuulsione.

CAPVT. XIIII.

CONVVLSIO, quam Græci spasmõ appellant (auctore Galeno sexto aphorismorum comment. trigesimo nono) affectio est inuoluntaria ad similem venientibus neruosis partibus dispositionem, quam etiam in motibus voluntaris assumunt. Vnde & ab eodem rectè dictum est lib. de morbo & symptomate, conuulsionem esse, quæ neruos musculosque ad eundem cogit affectum, in quem ipsi ab animali facultate, cùm habitum natu

descriptio.

naturalem seruarent, ducebantur. Quę si ita sunt, constabit sanè conuulsionem in conuulsis partibus factam hac sola ratione à motu naturali differre, quòd præter voluntatem nostram conuulsio fiat, cùm in ea non ab arbitrio, sed à morbi imperio nerui in suam originem cõuellantur; qua sola in parte dissimiles sunt naturalis motus, quem voluntarium dicimus, & is qui in conuulsionibus reperitur, cætera similes sunt ferè. Quod rem ipsam consideranti, & Galeni insuper librum tertium de locis affectis, & quintum de morbo & symptomate legenti facilè constabit. Eodem enim modo fiunt: nã & voluntarius motus interim intentis versus principium musculis, interim ab irruẽte spiritu impletis perficitur, ita conuulsio eodem modo accidere solet. Nam & spiritus intra ipsos generantur, qui eos inflare possint, & complures etiam affectus, qui illos intendere queant: cuiusmodi est phlegmone: quos omnes Galenus ex Hippocrate in duo capita reuocauit, plenitudinem, & inanitionem. Phlegmone plenitudinem parit, ardentissimę & aridissimę febres inanitionẽ. Porrò quòd neruosa corpora omnia tendi possunt, siue oppleta ea sint, siue inanita, argumento sunt musica instrumenta, etenim rumpuntur eorum chordæ, siue in humido, vaporosóque, siue in arido & squallenti cubiculo intentis etiamnum chordis collocentur. Quod cum intelligãt huius rei haud ignari artifices, eas antequam reponunt, laxare solent. Conuulsionis in vniuersum tres species traduntur Græcis appellatę nominibus, quarum prima emprosthotonus dicitur, id est, tensio ad anteriora, & fit quoties caput, cervix reliquumque corpus inpectus contrahitur. Secunda opisthotonus, id est, tensio ad posteriora, accidit́que cùm caput in dorsum conuellitur, scapulisque velut annectitur. Tertia ex vtraque composita, Tetanus appellatur, Latinis tensio, Celso rigor: qua affectione qui laborant, recta cervice velut frigore concreti rigent ita, vt neque in hanc, neque in illam partem flecti possint: sed quasi ab vtraque impedian

Diuisio.

Species.

pediantur in neutram inclinant. Quæ ſanè ſpecies aut differentia conuulſionis reliquis periculoſior ſit, autore Hippocrate. Quicunque tetano corripiuntur, in quatuor diebus pereunt, ſi verò hos effugerint, ſalui ſunt: peracutus enim morbus eſt: vnde & iudicationem fieri oportet in primo circuitu dierum criticorum, non tolleranti natura longiori tempore tentionis laborē. Et contingit ſanè per has differentias interdum vniuerſum corpus conuulſione tentari, interdū vnam partē, proinde ac in paralyſi quoq; fieri diximus. Conuulſio verò vniuerſo corpore (vt omnes quidē autumant) talem quampiā partem effici neceſſe eſt: quę vt in arbore caudex ramorū, ſic ipſa ſit omniū neruorum cōmunis origo: aut quoties vel crus, vel altera tantū manus conuellitur, illius mēbri conuulſio neruorū, qui ad ipſum perueniunt, originē affectā fuiſſe declarat rami cuiuſpiā exēplo in arbore. Atque huius quidē conuulſionis, quæ ſcilicet particulare aliquod mēbrū arripit, multæ ſunt differentiæ: quippe ſi quis violenti aliquo dentium ſtridore vexetur, maxillares muſculi conuulſione laborāt, per inuerſiones verò & ſtraſbiſmos conuellūtur oculorū muſculi. Iā & gonorhæa cōuulſionis ſpecies cēſetur, verū diſtinctione adhibita, ſi enim rigido pene ſemē effluat, velut cōuulſio quædam eſtimū nō rigeat penis, ad retentricis facultatis imbecillitatē referri debet. Sed longum eſſet omnes differentias recenſere. Cauſas huius morbi, tametſi ſuperius obiter eas attigimus, clarioris tamen & vberioris inſtitutionis cauſa accuratius repetemus. Duæ ab Hippocrate in vniuerſum ponuntur plenitudo, & inanitio: oppletis ſi quidē, aut vehementer exinanitis neruoſis partibus conuulſiones accidunt quemadmodū euenire in lyricis fidibus antea dictum eſt: & intergoribus, quoq; ac loris accidere Galenus ait: verum tertiū eis adijcere conuenit, nempe conſenſum aliarum partium, à quibus conuulſio non raro excitatur, quam conuulſionis differentiam, qui Arabum ſequuntur placita, ſpaſmum non proportionā

5. lib. apho r. 6.

Simile.

Cauſæ.

Aduerte.

tionatum ad materiam appellant, quòd ſcilicet non contingat propter materiæ multitudinem neruos implentis, neque propter eiuſdem inopiam eos inanientis, atque exſiccantis: fit autem quoties aliquid à parte primo affecta ad cerebrum aſcendit, quod vt excitiat, vehementer & inquiete concutitur. Solet autem per conſenſum infeſtare neruorum originem ita, vt ad ipſam aliquid aſcendat, quod hãc conuulſionem inuehat, vel impactus neruoſis partibus erodens aliquis humor, vt in eo qui propter æruginem in ventriculo contentam conuulſionem patiebatur, vt videre eſt quinto aphoriſmorum comment. Primo, aut venefica aliqua qualitas, aut ſpiritualis ſubſtãtia in cerebrũ elata, vt de puero refert Galenus, qui quotidie in epilepſiam incidebat, propter neſcio quid, quod à crure in cerebrum aſcẽdebat ſimile illi quod ab ſcorpione, & ab aliis venenatis feris in icta parte relinquitur, quod cum mole minimũ ſit, facultate maximum eſt. Iam & neruorum punctura hoc ipſum efficere poteſt (quod Galenus confirmauit tertia parte artis medicinalis) quoniam ea pars cerebro continuatur, prompta quæ eſt ad conuulſionem excitandam, & vniuerſim, id omne quod propter illatum parti nocumentum cerebrum ita afficit, vt ipſum ad expulſionem rei noxiæ per huiuſmodi motus excitet, hoc genus conuulſionis efficere poteſt.

Nota. Notis, quibus morbus dignoſcatur, non eſt opus, ſatis enim per ſe patet, à qua tamen fiat cauſa, ſic deprehenditur, Conuulſio, quæ à plenitudine fit, ſanum corripit ſubitò eueniens, aut ſaltem non multò poſt morbi initia: quæ verò propter inanitionem accidit, non ſimiliter euenit, ſed poſt ardentes febres, pluri masque euacuationes, ſiue per ſudores, vomitum, deiectiones infernas, ſanguinis profuſionem, ſiue aliquo alio modo factæ fuerint. Hæc enim omnia, atque alia his ſimilia cùm corpus exhauriant, conuulſionem inaniendo inducunt. Tertiam illam differentiam, quæ per conſenſum eſt, ab ægrotantis, aut aſſidentium

tium ſermonibus oportet exquirere.

Conuulſio ex repletione pituitoſa (à qua frequentius fit) curatur ſex remediorum generibus. Primo calfaciente, & ſiccante victu ſimili reſultorum victui, dequo præcedenti capite.

Curatio pituitoſæ.

Victus.

Secundo, pituitam conquoquentibus, primo clementibus, ſecundo valentioribus, tertio valentiſsimis: de quibus capite ſuperiori abunde diximus, niſi doloris vehementia & magnitudo ordinem peruerteret, tunc oportet vacuare materiam, etiamſi non ſit turgia, ne pereat æger. Ante concoctionem etiam per medicamenta valentei purgantia, quorum formas capite ſuperiori docuimus, & ſequenti etiam genere trademus.

Purgatio ſine præparatione.

Purgatio.

Tertio, purgantibus materiam paratam, ſi intermiſsionem fecerit dolor, aut crudem, ſi vehemens & magnus fuerit. Quales ſunt pilulę de agarico, de hierâ cõpoſita, cochiæ, fœtidę, de ſarcocolla, & de ſerapino, & opopanace: quamuis tres vltimæ non ſint deuorandæ, niſi ægri vires validę ſint, & morbus magnus, & alia minus valenter purgantia medicamenta non ſatis idonea ſint. Electuarium etiam indum purgat pituitam, & alia de quibus primo capite & capitibus de cephalalgia pituitoſa de apoplexia, & de reſolutione ſatis copioſe diximus. Primum ergo propter tyrones poſt primam mitiorem concoctionem, ſequentibus pilulis fiat vacuatio; ℞. pilularum cochiarum, & agarici trochiſcati an. ʒ. ℈. cum aqua ſaluiæ fiant pilulæ vij. aut hoc; ℞. diacatholicon ʒ. ℈. electuarij indi maioris ʒ. iij. ℈. agarici trochiſcati ʒ. j. rhodomellis ʒ. j. aquæ peoniæ q. ſ. miſce & fiat potus. Secundo, poſt ſecundam valentem concoctionem his pilulis euacua: ℞. pilularum cochiarum, de agarico fœtidarum an. ℥. j. diagridij g iii. cum aqua ſaluiæ fiant vij pilulæ; aut ℞. electuarij indi maioris ʒ. iij. ℈. agarici trochiſcati, & turbit electi an. ℥. ℈. ſalis ℥. ℈. rhodomellis ʒ. j. ℈. aquæ ſtœchadis q. ſ. miſce, & fiat potus. Tertio, poſt tertiam valentiorem concoctionem fiat

Vacuatio ſecunda validior.

Tertia.

his pilulis vacuatio; ℞. pilularum fœtidarum ℈.ij. pilularum cochiarum ℈.j. diagridij. g. iiij. cum aqua roris marini fiant pilulæ vij. Aut ℞. agarici trochiscati, & turbit electi an. ʒ.ß. diachartami, & electuarij indi maioris an. ʒ.iij rhodomellis ʒ.j ß. aquæ roris marini, quod satis est, misce, & fiat potus.

Auersio. Quarto auertentibus ad inferiora materiam, vt clysteribus acribus, & glandibus, frictionibus, & vinculis dolorificis in parte contraria, errhinis, apophlegmatismis, gargarismatu, & similibus quorum copiosam tractationem vide cap. duodecimo de curatione apoplexiæ.

Discussio. Quinto, digerentibus, seu resoluentibus materiam neruis affixam internis, & externis, vt vsu longo diamusci vtriusque, mithridati, aut theriacæ magnæ, confectionis anacardinæ, & similium. Acorus conditus est etiam in hoc

Confectio. vtilis cum aqua, aut decocto, aut syrupo capitali. Hæc mixtura confert multum in hoc genere; ℞. diamusci dulcis ʒ.j. diagalangę ʒ.ß. pulueris diacimini, & aromatici rosati an. ʒ.ij. pulueris calami aromatici, galangæ, & radicis peoniæ an. ʒ.j ß. radicis acori conditæ ʒ.iij, syrupi de stœchade. q.s misce, & fiat confectio: Dosis est cochlearium vnum

Topica cura. cum aqua roris marini, aut alia simili. Vnctio ex oleo de lilio, vulpino, de semine lini, rutaceo, de castoreo, & de euphorbio, & similibus est optima: Admouere etiam parti conuulsæ pulmones arietum, aut animalia parua bruta recens per dorsum incisa est quoque optimum remedium ad resoluendum, vt sunt pulli gallinacei, columborum, parui canes, & catuli. Confert quoque manum, aut partem conuulsam in bouem, aut aliud animal recens cæsum immittere, & ibi, dum calescat, tenere. In vinum nouum feruens immittere manum est vtile. Probatissima sunt in hoc mor

Balnea. bo balnea, præsertim naturalia, vt sulphurea, aluminosa, & salsa; aut à nobis parentur ex sulphure, sale, alumine, & herbis, & floribus capitalibus incoctis. Suffitus, & vapor prædicti decocti per lapides ignitos in cacabum iniectos,

sito

si toto corpore, aut parte resoluta (si totum non fuerit) sub conopeo, ne expiret vapor, exceptus maximè conducit: post quem aut balnea vnctio melior erit, & validior oleis iam dictis, & hoc vnguento; ℞. olei rutæ, & de lilio an. ℥. j. ℈. olei de euphorbio & laurini an. ℥. j. dialtheæ compos. & vnguenti aragon. an. ℥. ℈. pulueris castorei, & diacymini an. ℥. j. ℈. ceræ. q. s. misce, & fiat vnguentum. Præstantissimum quoque est remedium partes conuulsas oblinere adipe anseris pinguis, exenterati, & cato paruo minutatim concisо, & lardo veteri, myrrha, thymo, terebinthina abietis, farti, & consuti, & tosti. Accipiatur adeps non primus, sed secundus decidens, & destillans in vas ferè plenum aceto. Post perfectam tosturam anser in paruas partes diuisus eodem aceto percoquatur, à quo fuit adeps extractus, & alio, si non sufficiat primum vsque ad separation ē ossium, & iterum colligatur adeps supernatans, qui mixtus cum priori valentiori reseruetur ad idem hoc, quod supra diximus, efficiendum. Sequens quoque vnguentum est optimum; ℞ olei rutæ, lumbricorum, & de lilio an. ℥. j. ℈. olei castorei, & costini an. ℥. j. agrippæ, dialtheæ, & marciaton ana. vnciam ℈. ceræ, quod satis est misce, & fiat vnguentum: quo pars conuulsa vngatur, & vertebræ, per quas nerui oriuntur illi parti tensum & motum tribuentes, aut ceruix, & tota spina, si fuerit vniuersalis conuulsio.

Vnguentū Linimentum.

Vnguentū

Sexto, corrigentibus symptomata, præcipuè dolorem, qui aliquando solet esse tam intensus, & intollerabilis, vt vix æger possit illum ferre. Balneum olei communis est bonum mediocriter calidum: melius si sit cum decocto seminis lini, fœnugræci, lumbricorum, foliorum maluæ, violarum, & camomillæ: optimum erit balneum ex oleo vulpino, sed hoc maiori prætio emitur. Dolorē hunc lenit oleum rosaceum cum ouorum vitellis aliquot. Eiusdem, aut maioris etiam facultatis panis calidus est, cum è furno educitur, cum lacte caprino. Oleorum camomillæ,

Symptomatū correctio per topica.

lumbricorum,& terebinthinę mixtura pari facultate pollet,aut maiori ſæpe. Aliquando præcipuè in maximo dolore,& alijs iam expertis eſt neceſſarium hoc, aut ſimile medicamentum narcoticum ℞ olei roſati ʒ.iiij. thebaici ʒ.ß. iuſquiami,papaueris albi ana ʒ.ij. corticum mandragoræ ʒ.j. aceti ʒ.ij. miſce,& fiat inſtar vnguenti. Aut ℞. medullæ panis tritici. p. ij. lactis.q.ſ.vitella ouorum numero.iij.opij ∋.ß miſce,& fiat cataplaſma; adde croci in puluerem redacti ʒ.ß.

Sanguineæ.

Sectio venæ.

Si ex ſanguine ſit conuulſio,à quo raro dependet,vena ſecanda eſt contraria,vt ſi brachium dextrum conuellatur baſilica ſiniſtra, & viciſsim:ſi verò tibia, baſilica eiuſdem partis:ſi totum,baſilica dextra; aut vtraque ſimul,ſi ſit magna plenitudo. In omni parcè ſanguis extrahatur,ne vires diſſoluantur,quod docet Aetius ſermone ſexto capite 18 agens de ſanguinis miſsione in reſolutione, quæ parem expoſcit curationem. Oportet autem moderatè detrahere ſanguinem,ne refrigeretur.

Biliosæ & atrabiliaris.

Si ſit conuulſio à bile flaua, aut ab atra bile, vacuetur ſtatim,præcedenti tamen iuſta concoctione,præcipuèque gignitur ab atra bile,per propria medicamenta:de quibus capite nono.

Eius quæ eſt à ſiccitate.

Si eſt ab inanitione & ſiccitate, curatur humectantibus alimentis,& medicamentis,vt cap.de hectica,libro ſecundo longius demonſtrabitur; videlicet iure gallinarum pinguium, caporum, perdicum, vituli arietis, ſuis teneri, & ſimilium animantium cum herbis, aut rebus humectantibus; vt eſt cremor hordei. Ius etiam aut aqua teſtudinum, limacum, & ranarum in ſalubribus aquis degentium confert, lac humanum primo, ſecundo aſininum, tertio caprinum alimentum ſalutare eſt in hac conuulſione. Vinum generoſum, dilutum potenter humectat,Balneum ex foliis malnarum,violarum,radicum althææ, caricarum, paſſularum enucleatarum, capitum & pedum arietinorum eſt optimum ad

Victus humectans.

hume

humectandum. Partes conuulſæ, & tota ſpina vngatur hoc vnguento; ℞. oleorum ſeſamini, amygdalarum dulcium,& violarum an ℥ij mucilaginis,ſeminis lini,& fœnugræci an. ʒ.j.ß. axungiæ gallinæ ʒ.ij ceræ, quod ſatis eſt,miſce,& fiat vnguentum. *Vnguentũ*

Eius quæ eſt ab ictu venenato rum.

Si conuulſio eſt ab ictu animalium venenatorũ,extrahe venenum admoto parti affectæ ano galli gallinacei, aut gallinæ glabro, ſcabioſa pertrita, & cum vitello oui inſtar cataplaſmatis appoſita venenum educit,ideoque carbunculis peſtiferis imponitur.Cæpe crudum, vel coctum, admotum parti læſæ, eiuſdemque ſuccus venenum expellit. Idem efficit theriaca magna applicita (quanquam vtilior eſt interius aſſumpta)cucurb.tola cum ſcarificatione parti punctæ affixa eſt adiumento. *Venenum educentia.*

Eius quæ eſt à caſu & percuſſione.

Si à caſu,aut percuſſione aliqua conuulſio ſequatur, poſt victum tenuem,& ſanguinis miſſionem,& euacuationem per clyſteres,parti affectæ,quę parum emolliant, dolorem ſedent, & moderate reſoluant, ſunt admouenda: vt eſt hoc; ℞. hordei decorticati, camomillę farinæ fœnugræci,foliorum maluarum an p.ij.omnia decoquantur,& cum oleo camomillæ,roſarum,& terebinthinæ fiat cataplaſma.

Eius quæ fit ex punctura nerui.

Si ex punctura non penetrante nerui eſt, ſcindatur neruus,aut perforetur:melius enim eſt viuere parte vna priuata ſenſu,& motu,quàm mori.Deinde apponantur quæ reſoluant,& exſiccent humorem in neruis inculcatum, & aperiatur vulneris os,vt poſsit optimè & liberè pus effundi,& ideò oleum hypericum,ſulphur, euphorbium cum oleis lumbricorum & roſarum,& pauca therebinthina erit optima mixtura in hac conuulſione.

De Conuulſione.

CAPVT. XIIII.

Scholium.

Conuulſio quid.

CONVVLSIO quam Græci. *Conuulſio eſt motus deprauatus partium neruoſarũ, quo uerſus ſuum principium retrahuntur.*

Pars neruoſa.

Prima parte huius definitionis communicat conuulſio cum palpitatione, tremore, & aliis motib⁹ deprauatis: reliqua parte ab illis diſtinguitur. Per partes neruoſas, cum Galeno. 5. lib. apho. com. 1. intelligimus, neruos, ligamenta, fibras muſculorum, et tendones.

Partium neruoſarũ principiũ.

Principium harum partium uarium eſt, nam principium nerui eſt cerebrum, aut ſpinalis medulla: ligamẽti, os: tendonis, finis muſculi: fibrarum muſculi, eius caput. Harum partium omniũ, aut ũnus retractio conuulſio appellatur.

Explicatur Gal.

Quod ſi Gal. aliquando conuulſionem appellat retractionẽ muſculorum uerſus ſuum principium, id facit, quia muſculus eſt inſtrumẽtũ motus uoluntarij. Aduerte tamen hanc definitionem eſſe conuulſionis, cum fit, nã cõuulſio facta motus eſt abolitus. Cauſæ cõuulſionis ſunt, omnia quæ

Cauſa cõuulſionis.

tradictionũ corporũ longitudinẽ ab breuiare poſſũt: quæ ad duo capita reuocat Hippocrates lib. 6. apho. ſent. 29. repletionem ũidelicet, & inanitionem exemplo cordarum ũſus. Quod ſi aliquando frigiditatem cauſam conuulſionis ſcribit, de cauſa externa loquitur. Auctor tertiam cauſam

Auctoris lapſus.

conuulſionis addit conſenſum aliarum partiũ, decipitur tamen, quia per aliarũ partiũ conſenſum non fit cõuulſio, ſed motus conuulſiuus, qui cerebri eſt affectus, aut principij ſpinalis medullæ, & non neruorum. Neque etiam ſequendus eſt, cum dicit neruos inconuulſione ab ſpiritu poſſe contrahi, nam hæc contractio non perduraret, ũt oſtendit ea affectio, quam ũulgo rampa appellamus: tum Galenus 2. de cauſ. ſymp. ex ſententia pneumaticorum loquitur. Differentias conuulſionis lege apud auctorem: Difficile tamẽ alicui ũidebitur, conuulſionẽ ex repletione neruſieri

Obiectio

fieri ſine ſenſus & motus læſione, quia ſi neruus repletur, non poterit alteratio facultatis permeare. Reſpondeo in conuulſione repleri neruum inæqualiter, ita vt quædam nerui partes liberæſint, et per ipſas alterationē deſcēdere.

Conuulſio ex repletione. *In curatione cōuulſionis eius cauſas aduerte quia ea pro varia cauſa variatur. Si fiat ab humore pituitoſo (ex eo enim vt plurimū euenire ſolet) auctor purgat, auertit, & topica adhibet medicamēta, recte quidē: Omittit tamen vnū remediū maximè neceſſariū, quod reuellit & euacuat humorē, quod eſt ſanguinis miſſio. Hæc in principio imperanda eſt, ita tamē exerceatur, vt non euacues quantū poſtulat morbus, quia aliquid omittendum eſt propter ſymptoma, nēpe dolorē, quo ob vigilias & ſudorē vires deijcit: aduerte etiā ſanguinē ſolū eſſe mittendū in hoc affectu, cū pituita ſatis inſignem quantitatē ſanguini habuerit admixtā. Si à ſanguine fiat cōuulſio, etiā venā ſecabis. Conuulſio nunquā abile ortū habet, quia, vt diximus, tenuis eſt, & proinde non poteſt replere corpora neruoſa, ac ideo ne ſequaris auctorem. Cū cōuulſio fiat ab humoribꝰ frigidis et craſſis, aliqui, inter quos eſt Vega, ſequuti Cornelium celſum contendūt, ad eius curationē nobis licere excitare febrē, vt humores attenuati euacuētur, & eorū frigiditas corrigatur. Quā ſententiā poſſumus auctoritatibus corroborare: prima eſt hyppocratis qui 4. apho. ſent. 57. ſic ſcribit. Qui à cōuulſione id eſt opiſtotono, & emproſtotono, aut diſtētione neruorū, hoc eſt tetano tenētur, febre ſuperueniēte liberātur. Vbi Gal. in comentario, duas (inquit) habet medicamentū initiationes in conuulſione, ſuperfluā ſoluere humiditatē, & calefacere frigiditatē, quas duas febris cōplet. Præterea 2. apho. ſent 26. Febrē (ait) cōuulſioni ſuperuenire melius eſt, quā cōtra. Tertio Hippocrates 6. epid. par. 6. ſent. 7. Si prius (inquit) epylepſia capiātur aliqui, & quartana ſuperueniat liberātur, et quāuis hæc loca videātur oſtēdere icere nobis in hoc affectu febrem excitare: multo clarius*

Sanguinis miſsio.

Lapſus auctoris.

an in conuulſione liceat nobis excitare febrem.

idem Hippocrates 2 epy. sec. 5. statim post principiū id Cre-sus fuit docere si puerperis (inquit) cōuulsio fiat, ignē excitato ex quo loco multi colligunt nō solū posse nos excitare febrē, sed & putridā, cum Hippocrates semper per ignē intelligat magnā febrē. Caterum existimo non licere ad curandā conuulsionē febrē excitare, quia in ea nō possumus deliberare, de quā re tate, occasione, & modo & tēdi, quæ sūt remedij cōsiderationes. Rationes propositæ, ex auctoritate deßū pta nihil persuadēt: nā omnes quæ in aphorismis et lib 6. epy, habētur tantū docent, febrē, quæ conuulsionē: & epylepsiam sequitur eas sanare, aut melius esse febrem sequi conuulsionē. quā cōtra, quia si febris sequitur conuulsionē ex repletione ortā, calore iuuabit. Maiorē tamen videtur habere locō qui habetur lib. 2. epy ex quo aliqui ex notō ignis persuasi, colligūt debere nos magnā febrem, hoc est putrem excitare, nam diaria nonest magna febris. Hi maxime decipiuntur, non enim est in nostra manu, febrem mouere putrem, imoſi Hippocratis animus fuit, excitandam esse, fuebrem, nomine ignis diariam intelligit. si aduertamus dictionem excitato, quia nos calefacientibus medicamentis & alimentis, solam hanc generare possumus. Et quamuis hoc ita sit, censeo, Hippocratem non voluisse excitare febrem, sed nobis præcepisse ut medicamētis calidis, ex quibus illa oriri potest, vtamur, quibus curare solemus conuulsionem: vel dicere possumus Hippocratem in epydimiis particularia exempla scribere, non tamen artem vniuersalem constituere: quam cum in aphorismis proposuerit, proinde in ipsis aliter, ac in epydimiis de febre in conuulsione loqui.

De Tremore.

CAPVT. XV.

Tre

TREMOR (vt auctor est Gal. quinto de morbo & symptomate) contrarius quidam motus est ex contrariorum in se motuum successione proueniens. Cùm enim facultas imbecillior reddita membrum insublime tollit, ipsa verò grauitas deorsum trahit, pugna quædam fit inter facultatem, & membri grauitatem non permittente facultate deorsum ferri membrum, vt in resolutione membrorum solet, neque grauitate concedente, vt facultas ipsum sublime seruet, vt consueuerat, dum valebat. Itaque vicissim facultas nunc vincitur, nunc vincit, atque hinc nascitur tremor ex duobus scilicet motibus contrarijs compositus motus, altero, dum membrum sursum à facultate fertur; altero, dum ob grauitatem, & morbum deorsum premitur. Fit autem in vniuersum tremor ex imbecillitate neruorũ, quod palam senectus ipsa (vt Paulus ait) testatur, in qua est incurabilis tremor; specialiter verò id omne, quod motricem facultatem imbecilliorem reddit, huiusmodi solet symptomata inducere: cuiusmodi est frigidius naturæ temperamentum, frigidæ aquæ potus non in tempore sumptus, pituitosi humoris abundantia, vini multi, præsertim meracioris immoderatior vsus, senectus, & animi affectiones: vt timor. Vnde his, qui per præruptа ingrediuntur, crura tremunt, & qui incurrentem in se feram videntes fugiunt, tremuli euadunt; neque non toto corpore tremunt, quibus coram terribili aliquo magistratu negotium est, quippe loqui iussi ne vocem quidem citra tremorem reddere poterunt. Signa ex ægri temperamento, & sermonibus patebunt: si ijs enim animum aduertas, procul dubio non solum notas, sed & causas quoque intelliges

descriptio.

Causa.

Nota.

Tremor curatur abscissa causa eius; sed quia fermè semper fit à pituita, vt resolutio, & conuulsio ex plenitudine, superuacaneum esset in præsentia eandem rem iterum tractare, postquam satis abundè capitibus duobus præ-

Curatio per remedia missio-

ceden

cedentibus de ea dictum est, mitioribus tamen remediis indiget hic affectus, quam resolutio, & conuulsio ex repletione pituitosa, quia à minori fit causa.

De Ophtalmia.

CAPVT. XVI.

Diuisio. OPHTALMIAM Medici aliqui duplicem faciunt, veram, & non veram: non veram conturbationem oculi, seu vacillationem appellant, & ab externa, aliqua occasione fit, verbi gratia, sole, igne, fumo, puluere, ictu, aliisque id genus, & a Græcis taraxis dicitur, hoc est, lucis perturbatio, vt apud Paulum videre est, qui sic eã nominat, & velut genus quoddam facit eius (quæ vera dicitur) ophtalmiæ. Porrò tam facilis curatu hæc est, vt vel cognita tantum causa, ac separata discutiatur, modò id in *Definitio.* principio fiat, alioqui neglecta in veram sæpe ophtalmiam transit. Est autem vera appellata ophtalmia, quam Latini lippitudinem nominant, adnatæ membranæ, seu (vt barba- *Causæ.* ri dicunt) coniunctiuæ inflammatio. Fit hoc genus morbi (de vltima, quæ dicitur vera, loquor) aut ob plenitudinem vniuersi corporis: ob quam adnata quoque humoribus plena distenditur; vel propter acrimoniam humoris in oculum influentis, vel propter crassorum humorum, aut flatulenti spiritus tensionem.

Notæ. Notæ sunt adnatæ rubor, ex oculis lachrymæ manantes & in maioribus oculi angulis qui ad nasum sunt, sordes quædam aceruatę, & vniuersim omnia, quæ in inflãmationibus reperiũtur externis: quia perpetuò internas sequitur febris, symptoma necessariũ: ab hac tamẽ febris nõ procreatur, niũ sit dolor ingens, & corpus paratissimũ ad eã.

Curatio. Curatur vera ophtalmia sex remediorum generibus:

pri

primo victu refrigerante; vt aëre natura frigido, vel industria nostra sparsa area aqua, floribus, & foliis refrigerantibus: & aëre obscuro, quia lumen resoluit spiritus, humoresque commouet; & victu tenui, quo partes inanitæ retineant tenacius humores ne ad oculum confluant. Carnes, ouа, vinum, quæ sanguinem augent, interdicta sunt: somnus, & quies laudatur: his enim oculus quiescit, & humores. *Victus.*

Secundo, auertentibus sanguinem fluentem; vt sectione cephalicæ eiusdem partis, si non fuerit magna plenitudo: tunc enim media, aut iecoraria est secanda. Si verò in vtroque oculo fuerit ophtalmia, vtraque cephalica est secanda, aut vtraque media. Sanguinis copia, & numerus sectionis venarum respondeat plenitudini, magnitudini morbi, & viribus ægri. Sed si hæc, aut alia quæuis inflammatio à menſibus; aut hemorroidibus detetis proficiscatur, vena tibiarum, aut pedũ est secanda. Fit quoque auersio in hoc morbo per clysteres parum acres ex cassia præparata, diacatholicon, & similibus, per frictiones partium extremarum, per ligaturas dolorificas, per cucurbitulas sine scarificatione, & cum scarificatione in scapulis, & per fotum ex aqua calida partium extremarum, & per purgationem hanc; aut similem factam medicamentis benignis, & salubribus; vt ℞. medullæ cassiæ fistulæ, recens extractæ, & medullæ tamarindorum an. ℥. ß. rhabarbari electi infusi per noctem in aqua endiuiæ ℥ j. ß. syr. rosarum ℥ j. aquæ buglossæ quod sufficit, misce, & fiat potus. *Reuulsio.* *Sectio venæ.* *Aduerte.* *Auersio.*

Tertio, repellentibus materiam fluentem fronti admotis, si fluxio fit per venas, & arterias extra cranium, vt sæpe accidit: quia hæc tunica à pericranio producitur: qualia sunt aquæ rosarum, plantaginis, portulacæ, solani, albumen oui, acetum, cortices granatorum, balaustiæ, & bolus Armenus præparatus aqua frigida maceratus. Si verò per venas & arterias intra cranium materia fluat, nocent hæc repellentia capiti, & fronti admota, cum materiam versus neruos opticos impingant: tunc enim naribus & oculis *Repellētia topica.*

sunt

sunt repellentia admouenda. Ipsi oculo, aut oculis immittimus sæpe aquam rosaceam albumini oui, permixtam, aut lac cum è mamma emulgemus: aut hanc mixturam; ℞. aquæ rosarum ʒ.iiij. collyrij albi rhasis sine opio ʒ.ij. tuthiæ præparatæ ʒ.j. sarcocollæ nutritę ʒ.ß. misce & fiat collyrium, adde corallij rubri prępparati ♃ j. mica panis lacte caprino cocta & oculis admota, est etiam optima ad repellendum, & dolorem sedandum. Sed si his dolor non vincatur, adde emulsionem seminis papaueris, & mucaginem psyllij, & in summo dolore sit collyrium album rhasis cum opio; hoc tamen medicamentum, & simile narcoticum non est oculis admouendum, nisi in vehementissimis doloribus, & quando alia mitiora, & securiora non sufficiunt, quia spiritus crassos reddunt, & videndi facultatem infirmant, lege commentarium. 31. sexti libri aphorismorum: in maximis tamen doloribus, & vigilijs; vbi etiam mors timetur, necessaria sunt hæc medicamenta narcotica. Vide historiam de quadam nobili, capite de ophtalmia doctoris Gatinariæ.

Topicaocu lis apta.

Admonitio.

Quando dolor est remissior, alia priora absque narcoticis satis sunt, vt in non vera, quæ sæpe curatur sola absente causa externa, seu primitiua, & alijs leuioribus, quæ superius diximus: vel decocto seminis fœnugræci, & seminis psyllij, aqua rosarũ, facto. Pomũ quoq; putre cottũ cũ aqua rosarũ & oculis calẽs admotũ, optimũ remediũ est.

Præparatio.

Quarto, apparantibus bilem non naturalem, & crassam syrupo acetoso S. & rhodomelle, aut syrupo malorũ granatorum, & endiuiæ comp. cum syrupo rosarum, cum aquis fœniculi rosarum & plantaginis, & similibus.

Purgatio.

Quinto, materiam concoctam euacuantibus, vt rhabarbaro myrobalanis citreis, agarico trochiscato, & pilulis de rhabarbaro, aut aggregatiuis, & alijs pari facultate præditis, vt hoc est; ℞. diacatholicon ʒ.v. rhabarbari electi infusi per noctẽ in aqua endiuiæ ʒ.j.ß. electuarij de succo rosarum ʒ.iij. diaphœnicon ʒ.j.ß. syrupi rosarum ʒ. j

deco

decocti florum cordialium.q ſ miſce,& fiat potus . Sanguinis miſsio ex cephalica eiuſdem partis euacuat omnes humores,à parte affecta,& ab aliis proximis.

Sexto, reliquias materiæ ex oculo vacuantibus, & reſoluentibus: vt admoto decocto ſeminis fœnugræci, ſeminis fœniculi,& camomillę,ſpongia,aut molli lintheo.Balneum, & vini potus cum Hippocrate. 6. Aphoriſmorum potenter reſoluunt.Idem efficit ouum ita coctum,vt concretum & induratum ſit,oculis impoſitum. Pari vi pollebit drachma vna aloes cum vncia vna aquæ fœniculi, ſi oculo aplicentur. Hoc medicamentum oculos roborat, reliquias ſiccat,& abſumit.Idem præſtat ſarcocola, aqua roſarum,vel potius lacte muliebri nutrita,& ſoluta.

Reſolutio Topica.

Corroboratio, & alteratio.

Si antiqua fuerit ophtalmia,& intermittens.præcedenti debita victus ratione, & humoris concoctione ſyrupo roſarum,& rhodomelle, cum aqua aut decocto ſeminis fœniculi,purgabis ʒ.j pilularum lucis ma.aut ſine quibus eſſe nolo,aut de agarico ſemel in hebdomada. Iterũ purgabis ſcrupulo vno prędictarum,aut ſimilium pilularum, &oculis non ſunt admouenda repellentia intenſe frigida, imo i,s ſemper adde parum aquę fœniculi,aut rutæ,ne fiat albugo,aut ſuffuſio oculorum:hanc tamen, & vlcera oculorum gigni prohibet filum collo traiectum per tres digitos ſub nuca, prius tamen aprehende forcipe cutem donec ſenſus tactus abeat,& poſt acui incerto filo craſſo facto ex pilis caudæ equinæ,vel(ne tantus dolor excitetur)ſeta,vel lino perforamus,vt in vulnere.Acu ablata filum maneat,quod vlcus diu apertum ſeruet,vt per id puris multitudo euacuetur . Diuitibus aureum annulum immittunt , loco fili acu ablata. Quotidie remouent dictum filium,vel annulum & mane veſperique tergunt materiam . Hoc auxilio reuellente & vacuante multis oculi acies fermè amiſſa fuit in priſtinam ſanitatem reſtituta, vt ego ſæpe expertus ſum in pleriſque , & in filio meo nato octo menſes.

Ophtalmiæ antiquæ curatio.

Cautio.

Cerui fidelis tractus.

Hiſtoria.

De Ophtalmia.

CAPVT XV.

Scholium.

Instrumẽta animalia communicatã habent facultatem.

OPHTALMIAM Medici. *Instrumenta animalia, primo de lor. affec. cap. vltimo, aliunde, hoc est à principio (quod cerebrum est) medio neruo, facultatem accipiunt: proinde euenit, in his aliquando lædi actionem morbo non in ipsis, sed in principio aut parte, quæ defert facultatem existente. Præterea in his instrumentis vna pars similiaris est, quæ operatur, reliquæ vero ei prebent vsum, & ideo in actione eorum læsa, morbus aut erit in parte, quæ operatur, aut in alijs. Quod in oculo verum esse deprehendes, hic enim à cerebro per nerum opticum facultatem accipit, pars autem quæ in ipso videt, est tunica aracnoides, vna cum humore christallino, reliquæ oculi partes ei prebẽt vsum. Dices nõne Gal. humorem christallinum, Visionis instrumentum apellat? Respondeo, nomine humorũ christalini Galenũ, etiã membranã intelligere, vt late in libris de symptomate & morbo explicatũ habeo. Oculi actio (qua visio est) inter alios morbos solet lædi ab ophtalmia, quã latini lippitudinem apellãt, hac nil aliud est quam inflamatio ad natã membranã, nomine inflammationis intelligentes tumorem præter naturam, qui in hac membrana, ob multas quas habet venas, solet accidere. Causa ophtalmiæ, aut est externa, aut interna. Externa sol, fumus, & alia quæ dolorem, aut calorem in oculo excitando fluxionem mouent. Interna causa est fluxio sanguinis, quæ fit à plenitudine corporis, aut venarum capitis, aut ab humorũ acris fluxionẽ.*

Vna pars similaris agit in instrumẽto.

Visionis instrumentũ

Ophtalmia quid.

Causa ophtalmiæ.

Qua

Qua in parte nobis non placet ſententia Montani & Iacobi, exiſtimantium ophtalmiam fieri etiam per eſſentiã, ſenſim collecto excremento in membrana adnata. nam ex Galeno, ex his excrementis ſenſim collectis ſit apoſtima, & non tumor, qui ex eius ſententia ſemper fluxionem ſequitur. Male etiam multi ophtalmiam aſtatu fieri ſentiunt, hic.n. bene poterit obtenſionem dolorem generare, non autem ophtalmiam, quæ eſt inflamatio. Præterea ſententia auctoris, qua diuidit ophtalmiam in veram & non veram, ſequenda non eſt: quia à quacunque cauſa fiat ophtalmia, eſt dicta membrana inflammatio. Altomarius ophtalmiam morbum compoſitum ex intemperie, tumore, & ſoluta continuitate, apellare ſolet. Decipitur tamen, quia tumor, ſi non lædit actionẽ, non erit morbus, ſed ſymptoma, ſicut & ſoluta vnitas. Eſt ergo ophtalmia intemperies membranæ adnatæ, cum fluxione humoris, quæ ſi actionem vitiat affectum generando in humore chriſtallino, erit cauſa morbi, aliter vero morbus. Tumor & ſoluta vnitas ſymptomata ſunt, quæ ad intemperiem cum affluxu ſequuntur, ſicut & dolor, qui in hac parte membranoſa, ac proinde multum ſenſili ita maximus aliquando eſſe ſolet, vt ad ſe curationem attrahat, cum ſit cauſa augens affectum, nempe tumorem.

Mõtanus & Iacobus errant.

Auctoris laſſus.

Altomarius decipitur.

Secundo auertentibus ſanguinem fluentem. *Auctor & alij practici in ophtalmia, ſi pletora ſit in corpore, ſecãt baſilicã: ſi verò ſuppreſſio menſiũ ſecãt venã pedis. Qui quã tum errent intelliget, qui ex Galeno didicit, reuulſionem faciendam eſſe ex parte ad quam fluit humor, & ex vena quæ cum loco affecto ſ. aperit. Secanda ergo erit, ob dictas cauſas in hoc affectu, cephalica eiuſdem partis, quæ cito & multum euacuat ex oculo affecto. Purgatione etiã auctor in principio reuulſit, ſequutus fortaſſe Galenum, qui 13 metho. cap. 11. phlegmonem oculs incipientem, ſola purgatione vno die ſe curaſſe ſcribit. Hoc poteremus refellere, eo quod humor in ophtalmia non turgeat, tum quia in prin-*

Practicorum error circa miſſionẽ ſanguinis.

Animaduertit opthalmia licear purgare.

principio inflammationis, non ſolum reuellere, ſed ex parte affecta debemus euacuare. quod non poterit præſtare medicamentum purgans. Aliqui reſpondent, verum eſſe in ophtalmia ſolum in principio ſanguinem eſſe mittendum, aliquando tamen, cum vires non ſufficiunt ad eam euacuationem, poſſe nos purgare, cum purgatio minores poſtulet vires, quam ſanguinis miſſio, atque hoc conſtare ando Galenum 13 metho. faciẽdo id, quod potuit purgaſſe. Alij ſatis facunt, contendentes etiam in principio ophtalmiæ ſemper eſſe ſecandam venam, neque id dixiſſe Galenum 13 methodi: nam ibi non purgauit in tumore præternaturali, ſed in phlegmone oculi, hoc eſt ardore, id enim exiſtimant intelligere Galenum per phlegmonem. Horum ſententia nobis non placet. quia non ſemper in principio ophtalmiæ debemus ſanguinem mittere, licet enim aliquãdo purgare, vt ſi fiat ophtalmia abile, de qua loquitur Galenus 13 methodi, tunc enim purgatione vtemur, qua ex venis euacuantes bilem, reuellimus à loco affecto. Dices eſt inflamatio, debemus ergo ex parte euacuare? Reſpondeo hanc inflammationem eſſe exiguam, & ex humore tenui factam, qui cito exhalat, ac proinde non egere euacuatione, quæ fit per ſanguinis miſſionem, verum eſt poſſe ſanguinem mittere ſi ſanguis ſit prauus. Obijcies iterum, humor eſt firmatus, debet ergo prius concoqui & poſtea euacuari: reſpondeo hoc intelligẽdum eſſe in morbis venarum, & non in alijs.

Obiectio.

Repellentia in principio ophtalmiæ.

Tertio repellentibus. In principio ophtalmiæ cũ humor extra venas fluxerit, opus eſt ipſum ex ea parte euacuare, non calidis, quia attrahent humorem, ſed repellẽtibus, quæ adſtringentia ſunt. Deliberare autem debemus de his inter alia naturam partis conſiderantes: hæc enim cum ſit membranæ ac proinde multum ſenſilis, non feret medicamenta multum frigida & adſtringentia, quia ipſam cõtrahent, & exaſperabunt. Applicabimus ergo oculis, & nõ naribus, vt male vult auctor, ea quæ moderate repercutiunt,

tiunt, qualia ſunt roſa, & albumen oui cõfractum. Supra frontem tamen bene poſſumus, ualide repellentibus uti, albumine oui cum aceto, bolo armeno, aut ſanguine draconis. Præterea cum inflammatio ſit in parte, qua non tegitur cute dura & craſſa, ſemper ex ipſa aliqua humoris portio reſudat, & ideo cum repellentibus digerentia ſemper miſcere oportebit: huiuſmodi ſunt, collyrium albū rhaſis ſine opio, cum aqua roſacea, aut plantaginis. Applica autem medicamenta oculis inſtillando ipſa, aut pannum lineum, uel tenuem ſtupam madefacies & ſic ſtare, quomodo dummodo non permittas ea exiccari, aut calefieri: inſtillamus aut lineo panno utimur, quia pars non poteſt ferre grauia & ponderoſa medicamenta, in qua re auctor errat ſimul cū alijs, miccam panis, aut pomum applicans: nō ſinimus ea exiccari, quia adhæreret, & deinde extraheretur cum dolore, à quo augebitur affectus, non ſinimus calefieri ne attrahant. Dolor in hoc affectu ob uehementiā, aliquando ad ſe attrahit curationem, quo tempore uti oppiatis medicamentis, collirio albo rhaſis cum opio, aut oui albumine agitato cum decocto papaueris albi. Rariſſime tam accidit, ut alibi ueniamus medicamēta, quæ uſum habeant, quia raro talis contingit dolor. In augmento morbi repellentia cum digerentibus miſcebis, ita tamen, ut repellentium facultas uincat, quia fluxio augetur. Coques ergo mirthos, aut roſas, cum ſemine lini: aut fœnugracū cum aqua plantaginis, aut (quod eſt elegantiſſimum remedium) albumē ouī & aquam roſaceam cum pauco uino miſcebis. Inflatu æqualiter miſcēda ſunt digerentia & repellentia.

Extergentia ſemper in ophtalmia ſunt utilia.

Quomodo applicandū medicamentū.

Dolor in ophtalmia.

In augmento.

In flam.

Quarto apparantibus bilem. Bilem præparat & purgat, quaſi ophtalmia à ſola bile oriatur, & nō à ſanguine optimo, melancholico etiam, aut pituitoſo. Duces eſt ne purgandum in hoc affectu. Reſpōdeo purgandum eſſe ſine aliqua præparatione in principio, ſi ophtalmia à bile fiat: at ſi ab humore craſſo eueniat, apparentibus ſignis concoctionis

purgabimus ipſum.

In declinatione. Sexto reliquais materiæ. *In declinatione cum nil fluat, ad oculos digerentibus ſolis euacuanda eſt materia.*

Antiqua ophtalmia Si antiqua fuerit ophtalmia. *In antiqua ophtalmia filo per collum traiecto ſubnuca ſtatur, de quo remedio hoc modo deliberabis. In antiqua ophtalmia fluxio perſeuerat,*

Deliberatio remedij. *hæc reuelli debet euacuatione aliqua: & cum ſanguinis miſſio, purgatio, nadia, cucurbitulæ, & alia ſimiles nõ proſint, deueniendũ ergo erit ad duo remedia. quorũ vnum eſt cauterium, & alterum filum per collum traiectum, & cũ cauterio multum dolorẽ inferat, et ſolcus ex ipſo relictũ non ita facile poßit apertum ſeruari, proinde ad filum deuenimus: atque hæc eſt qualitatis deliberatio. Quã ritatem colligimus exulcere, quod magnũ non debet fieri occaſionẽ ex euacuationibus totius corporis præcedentibus: modũ ſtẽdi ex loco affecto, qui cũ ſit oculus, & ab eo reuellamus, & euacuemus, parti contrariæ, & proximæ remedium applicamus, qualis eſt cernicis ſuperior pars. Remedia in ophtalmia ſupradicta nobis ſignificare viſus fuit*

Explicatur apho. Hip. 31. lib. 6. *Hippo. 5. apho ſent. 31. vbi ſic ſcribit: dolores oculorum, meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut vena ſectio, aut medicamentum epotum ſolvit. Si non ſit plethora, & dolor fiat à ſanguine craſſo venas ad nata membrana replente, à vini potione ſolvitur, quia vinum fundit humorem, & ſuo motu ipſum educit. quod idẽ 7. apho. com. 48. habet Galenus. Si dolor abile acri oriatur, dummodo abſit plethora, balneum vtile eſt, quia ab eo bilis acrimonia temperatur. Si ophtalmia ſit indeclinatione, cum ad partem affectam nil influat, fomento calido, quod humorem diſſipat, vti oportebit: ſicut vena ſectione in principio & purgatione in principio, aut poſtea, vt ſupra docuimus.*

De imbecillo aſpectu.

cap.

CAPVT. XIX.

CVLORVM vitius, vt aliarum partiū operatio, triplicitèr læditur (autore Galeno, capit. 80. artis medicinalis) aut quia vix, aut quia vitiosè, aut quia nullo modo cernimus: de vltimis duobus in præsentia non agimus cùm de eis in sequentibus capitibus, & aliis locis verba facturi simus. Deprima igitur læsione hoc loco sermonem instituimus, quæ est affectio oculorum, qua minus æger videt. Cuius variæ sunt causæ externæ & internæ iuxta illud Catonis: *descriptio Causæ.*

Alia, Sina, Venus, pulvis, Ventus, febs, fumus,
Ista nocent oculis, sed vigilare magis.

Ex his, aut aliis fit hic affectus, aut per consensum totius, vt in lienteria aut aliarum partium, de quibus suis locis; vel oculis primario affectis. Quorum omnium causæ, & notæ satis ex ægri dictis, & per se patebunt. *Notæ.*

Quando vitiū propium est in oculo ab humore largiori, curatur quinque generibus remediorum: primo, victu tenui exiccante, dum modo sit cibus facilis concoctu, ob ferueturque ordo traditus à Gal. in lib. de alimentorū facultatibus, & de sanitate tuēda circa ordinē, horā, quantitatem, & qualitatē ciborum. A cibo comedenda sunt, quæ vapores prohibent ad caput ferri, vt panis tostus, coriander tostus, aut conditus, caro cydoneorum, vel ipsa cydonea tosta, aut pyra, addendo parum sacchari, & seminis fœniculi, hocenim oculos roborat, vt in serpentib⁹, & buffonib⁹ experientia demonstrat. Rapæ, si bene concoquātur, sua proprietate visum roborant. Viperarum carnes bene apparatæ similiter aciem oculorum confirmant. Eius præparatio cap. de elephantiasi demōstratur. Auis pica, & hepar hircitota substātia corroborant aspectū. Similiter & lentium frequens vsus, si ab humiditate nascatur imbecillitas. *Curatio.* *Victus.* *Vis rapa rum.*

Noxia oculis. Quæ verò huic affectui maximè nocent, sunt cruditas, cotus immodicus, & somnus diurnus.

Præparatio. Secundo, apparantibus materiam, primo melle rosato colato, & oximelite. S. cū aquis aut decocto fœniculi, hyssopi, salviæ, & similibus. Secundo syrupo de hyssopo, de stœchade, oximelle compos. cum decocto, aut aquis superius dictis, & similibus.

Purgatio. Tertio, materiam concoctam vacuantibus, primum pilulis ex Hiera. S. elephanginis, mastichinis, agarico trochiscato aut Hiera. S. Secundum pilulis de agarico, sine quibus esse nolo, & lucis. m. Vltimo si opus fuerit valentibus pilulis cochijs, aut fœtidis. Dosis omnium horum medicamentorum ex dictis primo capite, & exdoctrina Mes. & Nicolai in eorū antidotarijs est satis cognita.

Auersio. Quarto, auertentibus ad infernas partes, aut posteriores, vt clysteribus, glandibus, ligaturis brachiorum, & crurum frictionibus, fomento, & iotione ex decocto rerum capitalium, multo pexu versus occipitium reuersi capitis, apophlegmatismis, errhinis, cauterio post aures aut in coronali commissura, vel filo collo affixo, de quo dictum est in fine decimi sexti capitis.

Roboratio, & resolutio. Quinto, roborantibus partem affectam, & resoluentibus reliquias materiæ: vt nuce muscata quotidie sumpta visus recuperatur: myrobalani quoque cepulæ, si duæ bis in hebdomada, aut ter sumātur, visum reficiunt. Idem præstant acorus conditus, theriaca magna, mithridatum, diamuscus, & pliris arcoricon, si multis diebus in quantitate

Acuentia visum drachmæ vnius vsque ad drachmas duas sumat æger. Hoc quoque auxilium valide visum corroborat; ℞. succi fœniculi depurati ℥ vj. succi rutæ depurati ℥. iij. mellis ℥. j. sacchari ℥. ℈. foliorum auri numero iij. misce, & per duos, aut tres dies a statis infolentur omnia, facta sæpe per mutatione ab vno vase in aliud, vt omne excrementum abijciatur. Fandem, & maiorem habet vim hęc aqua oculis sæpe admota; ℞. chelidoniæ, fœniculi, rutæ, fileris montani

tani, euphragiæ, verbenæ, rosarum rubrarum an. lib. ℈ pulueris gariophyllorum, & piperis an. ʒ. ij. ex his fiat aqua per distillationem instrumento vitreo & igne pasco. Pulueris auis picæ, si oculis admoueatur, ipsos vehementer iuuat. Idem præstat succus, aut puluis hepatis hircini assi: cui si addas parum pulueris gariophyllorum, & piperis, erit efficacior. Hoc medicamentū visum maximè confirmat; ℞ tuthiæ Alexandrinæ quinquies incensæ, & extinctæ vrina puerorum, & iterum toties incensæ & extinctæ aqua rosarum ʒ ℈. balsami optimi ʒ. iij. vini albi odoriferi ʒ. j. misce. Serpentes nemorales abscisis capitibus, & caudis, si coquantur vino albo, & fœniculo, donec caro ab ossibus separetur visum miris modis tuentur. Hoc medicamentū est omnium in hac re nobilissimum; ℞. sileris montani, maioranæ, euphragiæ, rutæ, chelidoniæ, fœniculi, an. ʒ. iij. z inziberis, spicæ, piperis longi, gariphyllorum, tuthiæ incensæ & post restinctæ, vt diximus sarcocollæ nutritæ lacte asinæ, ligni aloes an. ʒ. j. fellis vnius anguillæ, & vnius accipitris, & vnius hirci montani, si posimus nanciſci, balsami ʒ. ℈. mellis rosati colati ʒ. iij. Omnia simul mixta, & redacta in pulueres, quæ possunt redigi, vase vitreo, bene obturato insolentur in æstate per quadraginta dies, & in hyeme sub stercore quolibet die bis, vel ter agitetur illud vas, postea conseruetur liquor vase vitreo, qui oculis admotus sæpe visum corroborat, & auget etiam. In senibus tantam vim habet hoc medicamentum, vt aliquibus visum sit nullum medicamentum huic simile, aut par hactenus extitisse; quorum summam veritatem ego felicissimo successu sæpe expertus sum.

Medicamentum nobile.

De imbecillo aspectu.

CAPVT XVII.

Scholium.

CVLORVM visus. Cõfuse certe, procedit auctor in hoc cap. quæ intelliges, si legas cap. 2. de cau. symp. vbi inquirit Gal. causas læsæ visionis. Si ergo recte volueris curare, hoc modo procedẽdũ erit. Imbecillus aspectus est symptoma, morbus ad quẽ sequitur, aut est niẽperies, aut morbꝰ instrumẽtarius, aut cõmunis, qui solutæ vnitas dicitur: morbo intellecto contrarijs ipsum curabimus. Præterea quæ multi ex practicis scribunt de medicamentis tota substantia corroborantibus aspectum, qualia sunt axispicca, hepar hirci, rapa, & similia, falsa sunt effectua: quia morbi actionẽ videndi hebetantes manifesti sunt, ac proinde contrarijs medicamentis, etiã auferendi. Neque obijcias fœniculũ. Hoc enim caliditate sua digerendo humiditatem confert: qua eadem ratione opus erit curare affectum, de quo loquitur auctor in hoc capite, & simul omittere, aurum, hirci hepar, tutiam incensam & extinctam in vrina pueri, & alias compositiones ab ipso propositas, cum aliqua inutilia, & multa simplicia vnius facultatis contineant, quod maximum vitium est.

Practicorum error.

De curatione albuginis oculorum.

CAPVT. XVIII.

Diuisio.

ALBVGINVM oculorum duæ sunt differentiæ, quædam enim in summa corneę superficie consistunt, & Græcis nephelia, atque vlæ, Latinis verò nubeculæ, caliginesque, & tenues albugines nominantur: quæ verò in interiori parte sunt, & vt Paulus ait, alterius radices egerunt, hę leucomata Græcis, Latinis albugines crassæ dicuntur.

vtræ

Vtraque autem cicatrices, sunt ac maculæ, in cornea post vulnerum curationes relictæ: sic autem appellantur, quod cui albumen referant, omnes enim cicatrices (autore Aetio) in nigro oculo candidę videntur: densata enim cornea tunica subiectus cæruleus color non amplius pellucet. Eminentes præcipuè albescunt, planæ minus candicant, cauiores parti nigræ oculorum quodammodo assimulantur. Hæc Aetius. Morbus intuenti patet, non est igitur opus signis. *descriptio.*

Albugo in senibus est incurabilis, præsertim antiqua, in iuuenibus difficilis curatu, in pueris & infantibus facilior: semper tamen est similis curatio præcedenti, in victus ratione, vacuatione, auertentibus: præsertim per filū de quo cap. 16. His omnibus iam factis, & admotis oculis medicamentis dictis in quinto genere auxiliorum præsedentis capitis, præter illa, frequens fotus ex decocto seminis fœniculi, fœnugreci, camomillæ, rutæ, & raparum est vtilis, & necessarius: post quem potentius medicamenta poterunt albuginem dissipare, & omnino abstergere. Mel, & eius aqua bene eam tollit, similiter & aqua distillationis ex rhodomelle. Puluis sacchari candi habet eandem vim, & maiorem, si addas parum puluueris ossis sepiæ. Sequens aqua optima est in hoc, & à me in meo filio probata, qui natus erat octo menses; ℞. fœniculi m. ij. rutæ, chelidoniæ an. m. j. mellis optimi ℥. iij. sacchari candi, & rhodomellis an. ℥. j. tuthię Alexandrinæ, & sarcocollę nutritę an. ℥. ij. vini albi optimi cochlearia duo; misce, & fiat ex his aqua per distillationem igne pauco. *Causæ.* *Curatio.* *Fotus.* *Abstergens.* *Aqua probata.*

De Suffusione.

CAPVT. XIX.

Definitio.

VOD Latinis ſuffuſio ſonat, hoc Græcis hypochyma, & hypochyſis, barbaris verò cataracta dicitur, & nihil aliud eſt, quam frigidi, craſſi, & lenti humoris, & glaciei initar congelati inter ceratoidem tunicã id eſt, corneam & cryſtaloidem, ſeu mauis humorem tenuem effuſio. Cauſæ iam dictæ ſunt, nempe humores craſſi per nimias cruditates iuxta pupillam inter corneam, & cryſtalloidem aceruati: præter hęc etiam violentus vomitus, & ictus, & uentriculi affectiones. Notę ab Aetio hę referuntur. Inchoante ſuffuſione puſilli culices, & caliginoſa quædam corpuſcula aſſiduę oculis occurſare ſolent, quibuſdam veluti lanarũ filamenta, & telæ araneorum quibuſdam circa lucernas circuli offeruntur: quæ cùm apparere incipiunt, pupilla minus accuratè ſpectãtibus interdũ pura videtur interdũ colorẽ pelagi præ ſe ferre. Sed increſcẽte ęgritudine accidẽtia quoq; increbreſcunt, quęvbi ad ſummũ peruenerint, ægri excęcãtur, & pupilla ad candidũ colorem ſine vllo penitus ſplendore mutatur. Quamuis in variis ſuffuſionibus varij colores conſpici ſoleant: quędam enim aëris colorem, quædam vitri imitatur, quædam ſubalbeſcit, quædam ad cęruleum vergit, quędam glauceſcit, quædam inſanabilis eſt: hæc Aetius. Porrò tunc cognoſcitur, num ſanabilis ſit ſuffuſio, quoties altero oculo clauſo pupilla eius oculi, in quo eſt ſuffuſio, & clarior apparet, & dilatatur, vt docet Galenus 4 de morbo & ſymptomate, cap. 2. Si culpa neutrius oculi accidat ſuffuſio, in vtroque oculo, & non in altero tantum, id fit & per interuala quoque, & prius aliquid in ventriculo præſentitur.

Cauſæ.

Signa.

Curatio.

Suffuſio curatur quinque remediorum generibus, quem admodum imbecillã viſio, & albugo, ſed valentioribus. Quę abſoluta eſt, & cõfirmata, a cucuratur: eget tamẽ viro docto, & probato: ſi verò abſoluta nondum fuerit, curatur primo victu calido, & ſicco (quia materia eſt vaporoſa, & aquoſa) de quo diximus cap. 16. Sed ſi aër conueniens de-

Victus.

fit,

sit, vt in hyeme, arte oportet moliri, igne, scilicet, & suffitu. Abstinentia quoque, & ieiunium huic morbo diuturno plurimum est salubre. Cœna sit leuis, si semel comedisse his non sufficit, vino, iusculis, & pituitosis alimentis minimè vtendum est: semper enim sunt eligenda calida & sicca.

Reparatio & vacuatio.

Secundo & tertio concoquentibus materiam aquosam, & vacuantibus per ea, quæ diximus cap. 10. & alia similia: sed toties est coquenda materia, & vacuanda, donec in totum sit affectus curatus, nõ solum semel, sed bis, ter, quater.

Inuersio.

Quarto, auertentibus, vt acribus clysteribus, balanis, frictionibus, fotibus partium extremarum, & alijs omnibus, de quibus dictum est satis, cap 16.

Resolutio.

Quinto resoluentibus, & dissipantibus reliquias materiæ: primo interius sumptis, vt drachma vna theriacæ magnæ, aut mithridati, aut duabus drachmis diamusci dulcis multis diebus cum syrupo, aut aqua capitali sumptis tempore capiendi somni, vt cum sibi vapore eorum vis rapiatur in cerebrum. Si sæpè accipiantur drachmæ duæ confectionis hamain Mes. cap. de imbecillitate visus valenter & optimè dissipabitur materia. Admouenda sunt oculis aliqua, præterdicta duobus superioribus capitibus quę possint resoluere, & tergere maculam, albuginem, & suffusionem non confirmatam: semper tamen optima præcedat corporis euacuatio, alias fieret attractio vaporis, & aquæ ad oculos. Inter ea quæ potenter omnem albuginem, & suffusionem non confirmatam tergunt, est sagapenũ mixtum aqua fœniculi, & aqua mellis, & saccharo concreto. Idem præstat pulvis capitum hirundinũ, si cum aqua destillationis vrinæ puerorum. & fœniculi oculis sæpe admoueatur: post hæc valentiora conferunt, vt sunt genera fellis: sed prius oportet experiri antè dicta, & aqua destillationis corticum fabarum. Hęc quoque aqua est optima, & efficacissima; ℞. vini albi ʒ.iij. succi fœniculi sine sedimento ʒ.ij. camphoræ ʒ.j. tuthiæ Alexandrinæ ʒ.j. f. zinziberis ʒ.ß. mellis ʒ.iiij. omnia simul in vase æneo noue die

Tergētia.

Aqua efficacissima.

bus

bus in vmbra conſeruentur, poſtea per filſtrum fiat diſtillatio. Cuius aquæ duæ guttę mane, & ſero oculis inſtillentur: vltimo verò, & cum alia non ſufficiant, ſunt admouenda fella, prius mittiora, videlicet, piſcium, ſuum, agnorum, gallinarum, & perdicum: deinde acriora, vt accipitris, falconum, & aquilę. Vltimò verò eſt admouendum fel viperæ: ſed quia eſt venenoſum, eo non eſſe vtendum cenſeo, ſed in eius vſu oportet os plenum eſſe aqua, & theriaca magna, ne aliquid venenoſum in ventriculum, aut thoracem deſcendat: fel tamen tauri, & apri eſt viperæ tutius & ſatis potens.

Curatio.

De ſuffuſione.

CAPVT. XIX.

Scholium.

Quid ſuffuſio.

VOD Latinis ſuffuſio. *Suffuſio non eſt morbus in via, vt voluit Vega: quia nullam obſtruit cauitatem. Sed ex Galeno eſt morbus in numero addito: eſt enim in oculo additus humor ad eius actionem nõ neceſſarius, imo eam impediens. Hic humor, Concretus in humore aqueo continetur, prohibens quo minus ſpecies rerum viſarũ ad humorem chriſtallinũ perueniant. Vel qđ Verius aparet, eſt ipſemet humor aqueus cõcretus ex alimẽto craſſo, à quo nutritur. Cauſa iſtius morbi, eſt affluxus craſſi humoris: Qui vel à capite prouenit, præſertim ſi imbecillitatẽ habuerit natiuã à frigiditate ſola, aut cũ humiditate coniuncta, pendentem. Vel à toto corpore, cum ob prauam eius rationem humor craſſus agetur. Solet curari ſuffuſio ſi incipiat (quia inueteratа ſolam à cum poſtulat) conſiderantes fluxionis cauſam, ſi à capite fluat hu-*

Cauſa ſuffuſionis.

Curatio.

humor, eius intemperiem corrigemus, euacuato prius humore purganti medicamento: si à toto corpore fluat, sanguinem mittemus, ob sanguinem prauum, & deinde purgabimus, & vltimo ad Topica deueniemus, quæ sensim digerant humorem in oculo concretum: qualia sunt decoctum fœniculi in vino albo, aqua etiam chelidonij, aut fœniculi, aut rutæ, cum tutia & similia. Hæc curatio communiter solet exerceri. Si tamen voluerimus rem penitius considerare, intelligemus, hanc non esse optimam curationem, quia suffusio incipiens, vt experientia longa docere tibi poterit, nunquam dictis medicamentis curatur, quia humor sub membranis inclusus ea contempnit. Melius ergo erit omittere suprad. dictam curationem, quæ impedit perfectam humoris concretionem, & hoc nomine veram curationem: quæ excercebitur si statim vtamur, extremitatibus animalium, eorundem cerebris, & alio vtentes incrassante, vt humor concrescat & durior fiat, & hac ratione possit acu, à vtpilla regione in oculi angulum mutari, atque hæc est curatio eius suffusionis, quæ propius est affectus.

Refutatur prædicta curatio.

De dolore aurium.

CAPVT. XX.

AVRES perinde, ac aliæ quoque partes nostri corporis dolore infestantur, & vehementi: plurimo enim sensu pollent. Dolent autem nonnunquam propter causas externas, cuiusmodi sunt refrigeratio in peregrinatione à ventis frigidis proueniens: interdū propter intromissum humorē in balneis aquarū frigidarū aut insigni aliqua qualitate prædita rū. Oritur etiā & ex causa calida, à quacūq; occasiōe accidat, vt sole, igne, vēto, balneis, atque alijs id genus. Præterea & ex ictu, vulnere, cōtusione, cru-

Dolor qd sit ex lib. desymp. causis. Causæ.

acri aliquo medicamento, aut vermi in in aurem ingreſſo. Internæ quoquæ cauſæ, multę ſunt vt intemperies aliqua, aut nuda, aut cum humoris affluxu, inflammatio flatulentus ſpiritus, vlcus, ac vermes intra aures geniti. Signa cauſarum externarum ex ægri ſermonibus colligi poſſunt.

Nota.

Internarum verò notas ſic exquires: ſi nuda fuerit intemperies, nulla adeſt grauitas, ſed ſi calida fuerit, ardor, & maius acumen doloris ſi frigida, obtuſior quodammodo dolor eſt, & frigus ſentitur. Idem de reliquis eſt iudicandum. Si verò præter qualitatem humor quoque infeſtat præter iam dicta grauitas ineſt, ac pondus quoddam. Omni autem intemperiei, ſeu nuda fuerit, ſeu cum humore, hoc eſt commune, vt à ſimilibus lædatur. Iuuetur autem moderato contrariorum vſu, ſi ſit inflammatio, adeſt febris, grauitas, pulſatio, & dolor intolerabilis: ſi flatulentus ſpiritus, tentio, & tinnitus in aure ſentiuntur ſi vermes, interiorem motum quendam æger ſentit, & in ſplendido aliquo loco cerni poſſunt, vel ex ijs aliquis foras prodit. Si vlcus, pus inde promanat.

Curatio ſi ab intemperia calida.

Curatur quinque remediorum generibus, primo victu tenui, & refrigerante. Quare à carnibus & vino abſtinendum eſt. Sit eorum cibus lac amygdalarũ, cremor hordei, lentes cichorea, lactuca, pyra, & mala cydonia aſſa, & potus aqua hordei.

Reuulſio.

Secundo, auertentibus ſecta vena humerali eiuſdẽ partis, ſi non fuerit plenitudo: vel media, exiſtẽte plenitudine. Mittatur ſanguis reſpondens dolori, & plenitudini ſemel, bis, & ter ſi opus fuerit. Si ætas, & vires non ferant ſanguinis miſsionem, per ſectionem venæ, per cucurbitulas, & ſcarificationes inter ſcapulas ſanguis extrahatur, ſitque debita reuulſio. Clyſteres refrigerantes, & parum acres,

Auerſio.

cucurbitulæ, ligaturæ, & frictiones partium extremarum, & fotus quoque auertunt, & maximè conferunt. Vacuatio

Purgatio.

per medicamenta benigna ſimiliter auertit, & eſt neceſſaria,

ria, vt per hoc, aut simile; ℞. rhabarbari electi infusi per noctem in aqua endiuię ʒ.j. ℈. medullę cassiæ fistularis recens extractæ ʒ.vj. syrupi violarum ʒ.j. aquæ bugloſſę q. s. misce, & fiat potus. Si magis amat pilulas (quamuis vtilior sit potus) drachma vna pilularum de rhabarbaro fieri potest euacuatio, aut alijs pilulis, quæ bilem purgant.

Tertio repellentibus, vt in oxyrhodino, aut lacte humano, vel caprino, vel ouino. Hæc, & similia parum calida sunt auribus infrilanda. Aut olęo de portulaca, aut violato, aut de nenuphare, aut de papauere. Oleum rosaceum & terebinthina simul mixta dolorem aurium tollunt, & repellunt, si oleum rosaceum sit in magna quãtitate, & terebinthina in parua. Sed si dolor fuerit vehementes (qui autore Galeno commentario. 38. primi prognostico. facultates destruit) ad se trahit curationem, egetque narcoticis medicamentis, quę non abscissa causa ipsum dolorem curant. De his Galenus. 3 de compositione medicamentorũ secundum locos satis abundẽ: inter alia tamen laudat mixturam ex lacte humano cum albumine oui, & pauco opio: laudat quoque Galenus castoreum cum opio æquo pondere vtrunque, vt si dupla portio castorei; vel vicissim, si maior & vehementior fuerit dolor. Hæc mixtura est etiã optima in hoc genere; ℞. micæ panis, aut farinæ hordei lib. ℈. epæ, quod sufficit, misce, & fiat cataplasma: adde castorei ʒ. ℈. opij & croci aã ℈. ij. Hęc tamen narcotica non sunt admouenda, nisi cum alia non possunt curare, aut in maximis doloribus alijs non præcedentibus.

Topica repellentia.

Symptomatis curatio ratio.

Curatio.

Quarto dissipantibus, & resoluentibus reliquias materiæ; vt oleo lumbricorum, camomillæ, amygdalarum dulcium, sesamino, terebinthina sola, & decocto camomillæ, fœnugræci, & seminis lini altheæ, & similibus.

Resolutio.

Quinto, frigidis sanantibus intemperiem calidam in auribus relictam qualia sunt oxyrhodinum, & alia dicta tertio genere, & oleum rosaceum cum mucagine seminis psyllij.

Alteratio

Si in

Si inflammatio in ſuppurationem terminetur (quod per doloris,& febris remiſsionem poſt augmẽtum cognoſcitur) pus per inciſionem inſtrumento ferreo factam extrahendum eſt,aut vocibus;& ſternutamentis; aut medicamentis parum acribus,ſi non appareat pars ſuppurata: deinde abſtergentibus;& mundantibus; & poſtremò glutinantibus;& exiccantibus curabitur. In his tamen conſule chirurgum doctum.

Si à frigore ſit.

Dolor ab intemperie frigida præcedenti debita vacuatione: ſi fuerit cum materia,curabitur oleo camomillæ, nardino,exilio,laurino,rutaceo,& coſtino, cæpe toſtum etiam curat illum dolorem. Succus rutæ cum ſanguine anguillæ ſtatim mitigat omnem aurium dolorem. Succus roris marini cum oleo roſaceo, & ſapone Gallico vetuſtiſsimos aurium dolores curat: adeps pulmonis vulpis auribus admotus eſt optimum præſidium in dolore aurium. Idem præſtat ſpolium ſerpentis decoctum oleo: aut ſucco conuenienti calido,aut frigido habita ratione cauſæ: pili. Naquerę facultate præditi ſunt à tota ſubſtantia curandi omnem aurium dolorem.

Topica ſedantia dolorem.

Pili Naquera.

De dolore aurium.

CAPVT XV.

Scholium.

Dolor auris.

VRES perinde. *Dolor auris ſymptoma eſt. Morbus ad quem ſequitur, eſt ſoluta vnitas, aut manifeſta, quæ fit abictu contuſione, & aliis, aut occulta, quæ ab intemperie calida, vel frigida, aut à re diſſidente prouenit.*

Curatur quinque remediorũ. *In hoc capite relictis aliis*

cau

causis solum curat auctor dolorem à phlegmone ortum, vbi significare voluit phlegmonem sola calida[illegible]e dolorem generare, cum venera tensione in ea con[illegible]ere debuisset.

Secundo auertentibus. *Semper secanda est cephalica, ob* quæ venæ
causam multoties repetitã. Quod si in venis sit cacochy- secanda.
mia, purgabis etiam non cassia [illegible] *rhabarbaro, quæ cle* Purgatio.
menter id efficiunt, neque eorum vis nimium se diffun-
dit sed alijs fortioribus, diaprun. electuario de succo ro-
sarum, & similibus.

Tertio repellentibus. *Cum repellentibus misce acetũ, vt*
penetret, neque acetum ladet, si partem consideremus, Topica.
quæ, sicca cum sit, acria medicamenta sustinet. Olei ergo
rosacei, & pauco aceto vteris. Omitte autem therebenti-
nam, quæ ab autore proponitur. Quæ præter calidita-
tem, impedit penetrationem medicamenti. Aduerte ta-
men hactenus non curasse dolorem sed eius causam, nem-
pe phlegmonem. Tunc autem eum curabimus, cum negle-
cta phlegmone, solius symptomatis habebimus rationem.
Si ergo dolor vrget, stuporem inducenti medicamento vte
ris, quale hoc est: ℞ olei rosarum ℥ j. opij. g. iij. aceti pa-
rum vt penetret. Qua in parte omitte medicamentum ex
mica panis & fapa constructum, quoniã quæ ipsum cõpo-
nũt, opij vim infringẽt, neque etiã parti affectæ cataplas-
ma aplicatur, quæ in parte interiori recondota est. Quæ Rõdoletij
Rondoletius scribit de cocleis, de medulla cruris porci sa- & auctor
litæ, & auctor de pilis Naquera, & alijs tota substantia labuntur.
sedantibus dolorem, omittatur, ac si non essent scripta:
quia causam doloris cognoscimus, & ideo remedijs mani-
festa qualitate operantibus curabitur.

Quinto frigidis. *Non est quod hæc frigida applicemus,*
quia si intemperies ex humore calido orta fuit, dissipato
humore non remanebit.

De sanguinis é naribus profluuio.

CAPVT. XXI.

Causa.

SANGVINIS è narib' profluuij, quod Græci hæmorrhagiam appellant, multæ sunt causæ, partim internæ, partim etiam externæ, eas autem omnes brevitatis gratia iuxta Galeni placita quinto methodo: mendi. in tria capita reducimus: fluit enim sanguis à venis, arterijs ve nasi, vel reseratis illarum orificijs, vel tunicis ruptis, diuisisque, vel sudoris instar transcolatus. Porrò referantur arteriarum, venarumque ora, aut propter nimiam sanguinis multitudinem, quę vel in toto sit corpore, vel capite, vel hepate, liene, vel vtero, præsertim si non probè fluant menses, vt ex Aphorismo 33. sectionis quintæ deprehenditur: in caput enim tunc fertur, atque inde per nares vi erumpit: nonnumquam & citra plenitudinem propter vasorum imbecillitatem: hoc ipsum accidit aut ob acrem aliquam qualitatem in humoribus repertam. Diuiditur autem tunica ex vulneratione, contusione, ruptione, & erosione velut sudor transmittitur, aut tunica ipsa rare facta, aut sanguine tenuiore facto: quod multis de causis contingit: aut quia plus æquo exercitationibus homo sit visus, aut medicamentis calidis sanguinem tenuantibus, aut victus ratione, qui sanguinem biliosiorem reddiderit. Notę tum ex ęgri sermonibus, tum ex eius intemperamento, aut anteacta vita colliguntur: quamobrem omnes eas recensere non erit opus: hoc tamen animaduertere oportet, cum à capite sanguis per nares profluit, in eo summam adesse grauitatem: cum ab hepate, in hypochon

Nota.

chondrio dextro: cùm ab ſplene, in ſiniſtro: cùm à matrice circa vmbilicum dolores, ac tenſiones quaſdam ſentiri: cum per crisin ſanguinis profluuium fit, ea ſigna accidunt, quæ ab Hippocrate numerantur tertio Prognoſticorum 33 prognoſtico, & à Galeno in libris de criſibus, atque alibi frequenter. *Aduerte.*

Sanguinis profluuium, à quacunque fuerit parte ortum, ſi vires non deficiant, non eſt ſiſtendum, quia eo multis liberamur morbis, vt in libris de iudicijs Galenus teſtatur. Non criticum, verò quatuor remediorum generibus ſiſtetur, primo victu refrigerante, & aſtringente meatus per quos ſanguis fertur, vt aëre arte parato per acetum, aquâ roſarum, lactucæ, plantaginis, folia filicis, myrti, lactucæ, nymphææ, & ſimilium. Cibis ex ſucco acidulcium granatorum, limonum, aranciorum, acetoſę, & ſimilium paratis, qui, ſi glutinoſi fuerint, magis laudantur, qua eſſunt pedes, & capita vituli, arietis, hœdi, & aliorum animalium, amydum, farina orizæ, caleus recens pinguis, ouа dura, quia paucum, & craſſum ſanguinem gignunt, præſertim albumina. Initio cum facultas non eſt imbecilla, abſtine à vino, carnibus, & ouis ſorbilibus, & tremulis, largiorem, & liquidiorem ſanguinem generantibus. Potus ſit aqua chalybeata, tandem animi & corporis quies eſt neceſſaria illis, & ſilentium. *Curatio.* *Victus.*

Secundo, auertentibus, in quibus præcipua ſpes curationis verſatur, vt crurum, & brachiorum doloriſicis ligaturis, frictionibus, fotibus ex aqua actu & poteſtate calentes, cucurbitulis ſine ſcarificatione hypochondrio appoſitis è regione naris, à qua ſanguis effluit, & inter ſcapulas cum ſcarificatione, vbi vena ſcindi non poſſit ad virium defectum, aut ætatem puerilem, quamuis ſanguinis miſsio per venæ ſectionem ſit remedium efficaciſsimum ad reuocádum impetum fluoris in contrarium, ſecanda eſt vena media eiuſdem partis, ſi ſit totius plenitudo, vel humeralis, ſi non ſit plenitudo: quod ſi ab vtraque nare fluat ſanguis, *Auerſio.* *Sectio Venæ reuellit*

vtraque media, aut humeralis ſimul ſcindatur. Poſt primã ſanguinis miſsionem, ſi ſecunda fuerit neceſſaria, & tertia, ſemper ſecanda eſt humeralis eiuſdem partis: aliquando tamen prius eſt facienda ſanguinis miſsio, per ſectionẽ venæ pedum; aut tibiarum, videlicet cùm ex detentis menſibus, aut hæmorrhoidibus naſcitur hoc profluuium, præſertim ſi natura tentauerit per infernas partes ſanguinem vacuare, & hæc ſit vniuerſalis regula Hippocrat. Galerationi & experientiæ accommodata. Duo quoque ſunt, quæ maximè auertunt ſubitò reuocando ſanguinem, calorem, & ſpiritum, timor incuſſus, & aqua frigida iniecta in faciem ægri incogitantis: ſed videndum ne ſit æger maximè imbecillus, aut morbo comitiali obnoxius, quia hęc duo epilepſiam efficerent, aut ſubito interficerent. Ligatura arcta teſtium, vel eorum ablutio aqua frigida, ſi ſubitò fiat, potenter auertit.

Admonitio.

Conſilium.

Sumẽdaet admouẽda

Tertio. ſiſtentibus, & cohibentibus ſanguinem, & glutinantibus ſumptis, vel admotis, vt lactuca, portulaca, & alijs alimentis dictis initio huius capitis, ſyrupo roſarum, cydoneorum, malorum granatorum, de acetoſitate limonum, & citri, præcipuè vbi ſanguis eſt biliioſus, & nimis tenuis, & conſerua roſarum, acetoſæ & nenupharis: ℥.ij. aut ʒ.j. trochiſcorum de terra ſigillata, aut de carabe cum ʒ.ij. aquæ plantaginis, aut portulacæ, aut ſimilium cohibent ſanguinem. Naribus, collo, & fronti ſunt admouenda quæ refrigerant, & impellunt inchoando à mitioribus ad valentiora. Prima mixtura bona eſt ex aqua roſarum, albumine oui, & aceto, cui ſi addas puluerem aſtringentem, vrentem, & obſtruentem, erit efficaciſsima: qualis eſt ex roſis balauſtijs, gallis, ſumac, farina moletrinarum, maſtiche aloe, & mirrha, thure, & pilis leporis, & ſimilibus.

Repellẽtia

Ex his omnibus, aut aliquibus accipe duas drachmas cum aqua, aut ſucco aſtrigente, naribus impone, & collo, & fronti: ſed ſi ſupra venas raptas apponatur medicamentum citius ſiſtet ſanguinem. Gypſum cum albumine oui,

aut

aut aqua, aut aceto naribus admotum videmus potenter sanguinem sistere.

Puluis limacum cum crusta tostorum sistit sanguinem, & puluis ranarum combustarum. Aliqua sanguinem sistunt statim à tota substantia, seu proprietate, vt stercus asininum, vrtica, porrum, ocimum, seu basilicon. Hęc enim recentia, trita, & in nares immissa, aut illorum succus possunt sanguinem inhibere. Acetum potens cum gossypio, aut panno lineo sæpe fronti, aut collo applicitum illico sanguinem sistit. Quædam vetula Monspessulana sola mentа naribus imposita curauit sanguinis profluuium è naribus trium dierum. Cinis panni linei prius atramento tincti aceto mixtus, & cum gossypio naribus immissus consilio cuiusdam viri sapientis curauit hoc profluuium. Medicamentum ex puluere corticum ouorum, & gypsi cum albumine oui, naribus & fronti adiunctum cito reprimit sanguinem. Idem fit mixtura luti reperti in mola fabrorũ, & bolo armeno cum albumine oui. Cauteria actu, & medicamenta scarotica, quæ vrendo scharas, & crustam gignunt, potentissime sanguinem, & subito inhibẽt, sed si schara decidерit, maior & periculosior hæmorhagia fiet. Quare eis non est vtendum, nisi cum alia iã scripta, & similia non suffecerint. Quando salus deplorata est, & victa à morbo facultas omnium prædictorum, narcoticis curatur, quæ sanguinem glaciant, & membra stupefaciunt, vt athanasia recenti, & requie magna à scrupulis duobus vsque ad scrúpulos quatuor, & philonio antiquo Persico, aut Romano à drachma semis vsque ad drachmã vnam. Hæc somnũ conciliant, & hoc etiam modo fluorẽ sedãt, sed hęc & similia narcotica partib⁹ externis admota, tutiora sunt, vt cap. 5. de curatione phrenitidis docuimus.

Sistentia sanguinẽ à tota substantia.

Vetula curatrix.

De narcoticis.

Purgatio

Quarto auferentibus causam hæmorhagię, vt medicamẽtis cholagogis, si bilio sus fuerit sanguis qualia sunt rhabarbarũ, myrobalani citrinę, & tamarindi⁹, & hęc mixtura vel similis. & medullæ tamarindorũ ℥ v. rhabarbari ele-

cti & corticũ myrobalanorũ citrinarũ an. ʒ.j. syrupi rosarum ʒ.j. aquę bugloſſæ, quod ſ. miſce, & fiat potus. Si verò ſanguis fuerit pituitoſus præcedenti coctione per rhodomel, & aquam baſiliconis, plegmagogis curatur, vt Rx dia catholicon ʒ.vj. corticum myrobalanorum Kebulorum & agarici trochiſcati an. ʒ.j. syr. de menta ʒ.j. aquæ bugloſſæ, quod. ſ. miſce, & fiat potus.

Concoctio pituitæ. Potio.

De ſanguinis è naribus profluuio.

CAPVT. XXI.

Scholium.

Quæ ſanguinis excretio ſit totogenere præter naturam.

SANGVINIS è naribus. *Sanguinis excretio fere ſemper eſt toto genere præter naturam: Addit Galenus illam dictionem fere, propter eam ſanguinis euacuationem, quæ ſingulis menſibus mulieribus per ſterum contingit: hæc enim, cum non ſequatur affectũ morboſum, toto genere præter naturam non eſt. Aliarum partium ſanguinis euacuationes toto genere præter naturã dicuntur, quia ſemper ſequuntur aliquem morbum. Vnde male. Fuchſius, & alij exiſtimant ſanguinis euacuationem dici toto genere præter naturam, quia id quod euacuatur, eſt ſanguis nobis familiaris, inde enim ſequeretur euacuationem eam ſanguinis, quæ per ſterum ſingulis menſibus accidit, eſſe toto genere præternaturam, in ea enim optimus ſanguis excerni ſolet. Sanguinis profluuium fit à cauſis externis, & internis: Externæ ſunt duæ lib. 3. de cauſ. ſymp. cap. 2 Vulnus, & ruptio: Vulnus à re vulnerante, ruptio verò à tenſione fit. Conuulſio additur ab*

Cauſa fluxionis ſanguinis.

aliqua

aliquibus, male tamen, cum hac media ruptione, aut medio vulnere sanguinis profluuium efficiat. Causa interna sunt tres ex eodem Galeno. Prima in facultate consistit, ternaria. cum scilicet retentrix vasorum fuerit imbecilla, aut expultrix immodice irritata. Secunda est sanguinis vitium, cum peccat quantitate, aut qualitate. Tertia causa est vasorum noxa: quæ triplicifer contingit: Primo cum vas est tenue: Secundo cum molle. & Tertio cum durum, ab his enim tribus facile rumpuntur vasa. Obiicies Galenum lib. 5. methodi, alias causas nempe ruptionem, erosionem, & apertionem proponisse. Respondeo has causas sanguinis profluuij contradictorie oppositas à superioribus nō distingui, quia ruptio à pleiocora fit, erosio a sanguine bilioso, apertio verò a vitio facultatis, aut a plethora. Quid de diapedesi? Respondeo, non esse profluuium sanguinis, sed cruenti sudoris, vt desis sit 3 de caus. symp. docet Galenus, vel si concedamus, diapedesim esse sanguinis euacuationem, ad anastomoseis reuocanda, quia ex l. 5. methodi cap. 2. diapedesis duobus modis fit, primo attenuato sanguine & tunica vasorum rarefacta. Secundo apertis orificijs exiguorum vasorum. Ex dictis habemus causas profluuij sanguinis in genere, ac proinde eius, quod per nares fit, de quo præsenti capite. Obiicies Galenum ... Liberatur ... Andiapedesis ... Criticum profluuiū sanguinis.

Sanguinis profluuium. Sanguinis per nares profluuium aut est criticum, aut symptomaticum. Criticum præsidens potest signis traditis ab Hyppo. 3 prognost. 33. Primum est dolor capitis, non quilibet, sed grauis, pulsans, & calidus, potissimum si perseueret circa frontem, & tempora com. 11. eiusdem libri. Secundum visus hebes, a copia sanguinis impedito transitu spiritus animalis ad oculos. Tertium fulgoris motus circa oculos, ex splendore sanguinis proueniēs. Quartum, tenebræ in hipocondrio sine dolore. Quintum colli dolor, & temporum grauitas. Sextum rubor oculorum, maxillarum, & nasi. Septimum lachrimæ oculorum: quorum signorum rationem lib. 3. criseon habemus explicatam.

Sympto-matícum. catam. *Symptomaticum profluuium cognoſcetur ex eo, quod non ſoluit morbum, et præcedente cruditate eueniat. Criticum profluuium non eſt ſiſtendum, quia in eo inutile expellitur, & ſit proinde cum commodo animalis: ſympt omaticum verò ſiſtere oportet quia ſit à natura irritata, & cum incommodo.*

Symptoma curatur. Secundo auertentibus. *Symptoma hoc, quod in excretis toto genere præternaturam conſiſtit, cum orgeat, ad ſe trahit curationem: quod præſtabimus, à naribus auertentes ſanguinem: primo ſanguinis miſſione, quæ ex cephalica, baſilica, aut ſi magis volumus reuellere, ex vena pedis fieri poteſt: cùm enim nullus ſit affectus particularis euacuationem poſtulans, non ſeruamus, rectitudinẽ, ſed loci diſtantiam. Inde colliges, non recte auctorem in ſolo ſanguinis profluuio, quod ſit ex verentis menſibus, aut hæmorroidibus, ſecare venam pedis. Neque hoc etiam in loco animaduer ſio hollerij, & Rondoletij, locum habet, qua præcipiunt in profluuio ſanguinis in vena exiguam ſectionem facien-dam eſſe, tunc enim tenuiori ſanguinis portione euacuata ex qua fieret reuulſio, qua in ſectione magna commode præſtatur tota maſſa euacuata: nunquam enim fiet optima reuulſio ſiue ſanguinis motu. Sanguine miſſo cucurbitulis vtemur affixis hipocondrio, quod rectitudinem ſeruat cum nare, aqua fluit ſanguis: ita, vt ſi ex nare dextra fluat ſupra recidit, ſi ex ſiniſtra ſupra lienem apponantur. Cauſam horum reſtelligemus ex duplici rectitudine: vna enim eſt naturæ, ſeu loci, quam partes dextræ cum dextris, & ſiniſtræ cum ſiniſtris ſortiuntur, quæ natura dicitur, quia eam ſemper cum commodo animalis & deinus naturam ſeruare, ita, vt ſi affecta ſit pars dextra per dextram, & ſi ſiniſtra, per ſiniſtram rem moleſtã ex parte euacuet. Altera rectitudo vaſorum eſt, quæ non eo modo quo diximus, ſed ex vena, quæ cum loco aperit, deſumitur: qua ratione vtraque baſilica cubitum rectitudinem habere dicimus. Ex his facile cauſam habe*

Latſusan ctorũ animaduerſio hollerij & Rondoletij

Cucurbitulæ ſupra hipocõdriũ & cur.

habebis, ob quam in profluuio ſanguinis per nares, hipocondrio ſupradicto cucurbitula applicanda ſit, cauſa enim eſt duplex rectitudo, qua tunc ſeruatur. Auertit etiam auctor ſanguinem frigida aqua inſperſa in faciem agri incogitantis, tu etiam agroto ſciente poteris uti hoc remedio, quia aqua ſua frigiditate operatur, & non propter animi pathema.

Tertio ſiſtentibus. *Qua de medicamentis toto temperamento ſanguinem ſiſtentibus ſcribit, non laudo, quia morbus, ex quo profluit ſanguis, ratione cognoſcitur, & proinde curabitur remediis ratione etiam inueſtigatis. Si obijcias Gal. qui lib. 9. ſimpl. cap. 8. ſcribit lapidē reperiri cōtactu ſolo ſanguinē exhibentē: reſpondeo illū lapidē ſiſtere ſolū illud ſanguinis profluuiū, quod à cauſa nobis occultis excitatū fuit, quale eſt illud, qđ hæmorrhois ſemper inducit.* *Aduerte de medicamētis toto tēperamētō tocentibꝰ ſanguinē.*

Quarto auferentibus *Curato ſymptomate (nempe ſanguinis profluuio) quod urgebat, ad curandum morbū deſcendere oportet, conſiderātes an cauſa præſens ſit, necne, quia ſi ſit præſens, auferanda erit. Si ergo profluat ſanguis ex anaſtomoſi, emplaſtica, & adſtringentia, utilia erunt, ſi ex eroſione magna, cauſtica, dummodo aſtringentia ſint, & poſſint aplicari: conducent. Si magna non eſt, aqua plātaginis, & alia adſtringentia ſufficient, qua ſimul humorem contemperabunt, & uſum uulnere contingat prædicta ſanguinis euacuatio, glutinantibus uſus eſt uendum eſſe nemo dubitet.* *Curatio morbi.*

De rubedine faciei.

CAPVT XXII.

RVBEDO faciei malum eſt nulli non manifeſtum, cum occulta fide cognoſcatur. Quare ſupernacaneum erit in enarratione cauſarum, & ſignorum immorari, hoc tantum dixiſſe ſat erit, prouenire eam affectionem ſæ *Cauſa.*

à cauſis exterioribus, vt verbi gratia à ſole, ſæpiſsime verò propter calidam hepatis temperaturam immodicam, à qua ſanguis bilioſus fit, aptiorque eſt ad aſcenſum.

Victus.

Curatur primo faciei rubedo & macula, a ſanguine bilioſo naſcens victu refrigerante, de quo capite quinto de curatione phrenitidis.

Reuulſio.

Secundo, auertentibus, vt ſanguinis miſsione per ſectionem venæ mediæ, ſi fuerit plenitudo, aut humeralis dextræ, ſi deſit ipſa plenitudo euacuato ſanguine ſecundum naturam, & plenitudinem ægri, frictionibus, ligaturis, & fotibus partium infernarum, & cucurbitulis cum ſcarificatione, & ſine ſcarificatione, & filo collo traiecto, præcipuè ſi antiqua, aut magna fuerit macula rubra.

Præparatio.

Tertio, parantibus humorem bilioſum per medicamenta vtilia, qualia ſunt ſyrupus roſarum, oxyſacchara. S. ſyrupus acetoſus. S. ſyrupus de acetoſitate citri, & limonum, & decocto, aut aqua endiuiæ, plantaginis, portulacæ, acetoſæ, & ſimilium.

Purgatio.

Quarto, vacuatione per medicamenta, qualia ſunt rhabarbarum, myrobalani citrinæ, caſsia fiſtularis, & tamarindi, diaprunis ſolutiuum, & electuarium de ſucco roſarum; & ſimilia: ℞. medullæ tamarindorum, & medullæ caſsiæ fiſtulæ recens exractæ an. ʒ. iiij rhabarbari electi infuſi per noctem in aqua endiuiæ ℥.j. diaprunis ſolutiui ʒ. iij. ſyrupi violarum ℥.j aquæ cichoreę. quod.ſ. miſce, & fiat potus.

Alteratio.

Quinto, refrigerantibus hepar, & prohibentibus bilis, & ſanguinis calefactionem; vt electuario diatrium ſantalorum, diarhodon Abbatis, & diamargariton frigidi, cum aquis, aut ſyrupis refrigerantibus, de quibus tertio genere remediorũ eſt dictum: aut cum infuſione drachmæ vnius rhabarbari, in libra vna aquæ endiuiæ, & ceroto ſantalato hepati admoto.

Sexto, vacuantibus clementer & reſoluentibus materiã partis affectæ, & repellentibus, & inducentibus albedinem;

vt

vt lacte humano, caprino, aut ouino, vnguento citrino, lacte, seu emulsione quatuor seminum frigidorum, mundatorum, & lacte feminis papaueris, & lacte virginali, quod fit ex duplici aqua satis tenui, & dissimili lacti, sed ambæ similitudinem mixtæ substantiam lacti similem constituunt: modus faciendi hic est; ℞. aceti ex vino albissimo facti lib. ℈. lithargyrij dealbati ʒ. ℈. misce & postea per elychnium distilletur aqua ex vno vase in aliud. Item ℞. aquæ fontanę libr. ℈. salis armoniaci ʒ. ij infunde per noctem, deinde distilletur per elychnium aqua ab vno vase in aliud: conseruentur in uasis vitreis, & postea vtriusque aquæ guttis duabus mistis sæpe laua faciem: habet hoc lac magnã vim corrumpendi rubedinem, & albedinem inducendi faciei. Ego expertus sum sæpe, & hoc lacte curantur ij, qui facie leprosa videntur esse, & dicuntur à Gallis coporroſe. Aqua ex lacte caprino & albuminibus ouorum vitreo vase per distillationem facta, faciem candidam, & pulchram reddit. Eãdem vim habet aqua limacum, seu cochlearum. Simili facultate valet aqua ex floribus typhæ. Aqua quæ fit ex vna gallina secta in exiguas partes, & vncijs duabus sacchari, & vncia vna chrysocollæ (boracem vocant) faciei omnes maculas detergit. Idem fit mixtura pinguedinis renum hœdi, sacchari, & chrysocollæ noctu faciei admota, dummodo die sequẽti facies lauetur aqua raphani, aut alia simili. Aqua aut succus qui ex raphano diuiso in partes, & melle, aut saccharo fit, potenter tergit, & tollit omnes faciei maculas. Hæc mixtura (quæ ab Hispanis muda dicitur & à Rhasę quinto ad Almansorem cap. 17. gumeta) faciem pulchriorem reddit, eiusque labes detergit, si initio noctis apponatur, & mane aqua raphani aut alia lauetur, ℞. radicis lilij albi, raphani, amygdalarum amararum an. ʒ. j. mellis, q. s. misce, & fiat admodum opiatæ aut confectionis. Idem aut par efficere potest mixtura ex semine brasicæ, amygdalis amaris, & melle. Decoctum lupinorum aqua pluuia factum abstergit nævos faciei, interio

Lac Virgineum.

Aquæ faciem terſorem, & cãdiorem reddẽtes.

riora nucleorum perſicorum, eorũdemque oleum eandem habent facultatem. Aqua radicis lilij albi tergit faciei omnes maculas & rugas illius tollit. Sanguis leporinus non diſsimilis eſt ſuperioribus facultate in delendis lubeculis oris, ſimilem vim affert in his aqua vitæ, qua vtuntur Germanę in abluenda facie. Aqua per deſtillationem ex ſanguine leporis & vino omnes faciei maculas eruit, faciemque formoſam efficit. Idem præſtat aqua ex floribus fabarum, ſtercus columborum cum aceto, ſi in forma vnguenti factum fuerit, faciem emaculat, quo nobilis quædam fœmina ſeptem diebus, curata fuit. Hęc aqua eſt optima, & ferme diuina ad maculas faciei. Imò etiam veſtigia exanthematum & papularum remouenda, ℞. florum fabarum p iij. ſtercoris columborum ℥.j. aceti ℥.iij. aquę vitæ ℥.iiij. ſanguinis leporis ad pondus omnium, miſce ex his fiat aqua inſtrumento vitreo & igne paruo. Hæc aqua ſimiliter omnes maculas faciei tergit, etiam illas, quę dicuntur panis, & barro vulgò; ℞. florum fabarum lib. ſ. terebinthinæ optimę decies lotæ ℥.j aloes ℥.j. lactis caprarum lib. j. miſce, & fiat aqua igne paruo, & inſtrumento vitreo, adde in fine extra ignem chryſocollę ℥.ij. camphoræ ℥.i. ſed poſtea ſæpe moue vas.

Hiſtoria.

Aduerte.

Adtergendos tumores paruos faciei, qui dicuntur Latinis vari, nobis barros, mane & veſpere laua faciem mixtura ex albumine oui, & aqua roſarum bene mixtis, & poſt ad cutem defendẽdam vnge eam adipe hœdi parato more Valentino.

Habet ſimilẽ facultatem hæc aqua; ℞. centupedes, animalcula ſunt, quæ dicuntur porcelletes à Valentinis nu. 12. ſacchari candi ℥.ij. ſucci limonum lib. j ex his fiat aqua, quæ eſt optima in hoc. Hæc aqua ſimiliter multam efficientiam habet, & experta eſt quemadmodum & aliæ; ℞. cucurbitam vnam abſque cortice diuiſam in partes minimas, duodecim cua ſine vitellis, & cum corticibus, bora cis, ſacchari candi an. ℥.j. lactis caprę lib. ſ. terebinthinæ

abie

abietis decies lotæ ℥. ij. ex his fiat aqua instrumento vitreo, & igne paruo. Inter alia maximè laudata medicamenta hanc aquam probabis in hac re. Oleum myrrhæ est optimum & expertum ad omnes faciei maculas abstergendas, fit hoc modo. Accipe mirrham in puluerem redactam positam in vase terreo, & sæpe iuxta ignem moue illud vas, & à mirrha egredietur oleum compressa panno lineo, quemadmodum fit oleum amygdalarum, aut sesaminum. Hæc aqua faciem candidissimam, & pulcherrimã efficit, sine detrimento vllo, & ea sæpe nobiles fœminæ Valentinæ suas abluunt facies; ℞. sublimati pellucidi pulueriz ati ℥. ß. aquæ fluuiatilis lib. 4. in vase vitreo, & diu violento motu misce, & postea adde tria albumina ouorũ benè prius agitata, itavt ab eis spuma separetur, & deinde omnia sæpe moue ficque post tres dies hac aqua vtere.

De dolore dentium, & de ipsis denigratis, & mobilibus.

CAPVT. XXIII.

DENTIVM dolores partim à causis externis excitantur, partim ab internis. Externæ causę sunt casus, percussio, & vsus rerum immoderatè calidarum, vel frigidarum. Res etiam duras & contumaces vel mandisse, vel dentibus diuisisse, & in vniuersum, id omne, quod eos, aut alterare potest, aut cõmouere. Internę autẽ causæ erũt intẽperies aliqua, vel nuda, vel cũ humore, aut frigido, aut calido; absceſſus porrò existẽs vel in ipsis met dẽtibus, vel in nerno, qui illorũ radici inseritur; vel in gingiuis, propter quas etiã cõtingit dẽtes dolere. Sæpè ab isto macho malũ ascẽdit propter sublatos vapores: frequentissimè tamen prouenit propter humorum defluxum (quem rheuma *Causa.*

rheuma appellant.) Imbibitus enim ille humor calidus nonnunquā, nonnunquam frigidus, ſæpe etiam ſalſus, vel in gingiuis, vel in neruo, vel in ipſis dentibus dolores & vehementes parit. Signa cauſarum externarum ex ſermonibus ægri ſunt petenda. Internarum verò hæc ſunt, ſi intemperies fuerit nuda, quæ in capite fit, & per conſenſum dentes afficiat, non eſt dolor aggrauans, quemadmodum eſſe ſolet, vbi humor quoque infeſtat. Quòd ſi fuerit calida intemperies acutior eſt dolor, quam ſi frigida. Si abceſſus fuerit, in dente ipſo dolor ſentitur, quo etiam acuſſo ſedatur dolor. Si in neruo, in intimis partib⁹ dolor diſcruciat. Si in gingiuis, circa ipſas erit & præter id, tumor quoque in ipſis cernitur. Si fuerit fluxus humoris à capite per frontem, & tempora ſentiente ægroto in mandibulas, & dentes humor deſcendit, qui ſi ſanguis fuerit pulſatio quædam adeſt, tumor, ac calor. Si bilis, acutus eſt dolor, ac pungens, ac vix tollerabilis. Si pituita, dolor eſt remiſſus, & candicant in ore partes omnes, & multa inſuper eſt ſaliuæ copia. Si melancholia, liuent & gingiuæ, & dentes: neq; dolor tantum infeſtat, & aliquando duræ apparent gingiuæ. Porrò ſi à ventriculo dolor hic naſcatur, quod fieri poſſe diximus, prius in ipſo & dolor, & quędam conturbatio ſentiuntur.

Nota.

Curatio.

Dentium dolor ſi ſit à ſola intemperie profectus, alterantibus contrarijs abſque euacuatione curatur, de quibus dicemus vbi de curatione doloris, qui fit à materia poſt illius euacuationem agendum erit. Cum eſt à ſanguine curatur primo victu refrigerante, & abſtinentia vini, carniū, & ouorum, & omnium quæ nocent dentibus in omni fermè cauſa vt potus actu frigidus, præſertim à cibo, vel potu actu calido, lac, dactyli, & ventriculi crnditas.

Victus.

Reuulſio.

Secundo, ſanguinis miſsione per ſectionem mediæ venæ eiuſdem partis, ſi ſit plenitudo in toto corpore, & dolor in altera parte dentium: ſi verò in omnibus ſcindatur media dextra, cum verò non eſt plenitudo, humeralis eſt

ſecanda ita, vt ſanguinis copia reſpondeat ex æquo naturæ ægroti, & morbi.

Præparatio. Tertio, parantibus bilem, vt ſyrupo roſarum, endiuiæ S. granatorum, & ſimilibus, cum aquis, aut decocto cichoreæ, endiuiæ, lactucæ, & portulacæ.

Purgatio. Quarto, purgantibus bilem per medicamenta cholagoga; vt ſunt rhabarbarum, myrobalani citreę, caſsiæ fiſtulę, electuarium diaprunis ſolutiui, & de ſucco roſarum, pilulæ de rhabarbaro, & ſimilia, quorum formulæ notæ ſunt ex dictis præcipuè cap. 1.

Quinto, refrigerantibus moderatè, quia frigidum omne inimicum eſt oſsibus, ex Hippocrate 5. aphoriſmorum, vt decocto hordei, lacte humano, aut ouino, aut caprino parum calidis, aut lacte amygdalarum dulcium, aut aqua roſarum, aut myrtyllorum, & ſimilium.

Alteratio Si ſit à bile dolor dentium, ſimilis eſt fermè facienda medicina ei, quæ cephalalgię biliosę adhibebatur. Si verò à pituita, curatio fermè talis erit, qualis pituitoſæ cephalalgiæ, non ſecus fiet, ſi ſit ab atra bile.

Si verò dolor dentium fuerit ab inflammatione gingiuarum, curatur vt phrenitis, aut angina.

Cùm eſt dolor dentium à diſtillatione humoris à capite obſerua quæ dicenda ſunt cap. 25. quia hæc curatio ſimilis eſt illi: in omni tamen quæ fit à causa calida per diſtillationem, poſt vacuationem, & corroborationem partis primo affectæ, à qua fluit humor, eſt optimum hoc auxilium; ℞. balauſtiarum, roſarum, myrtyllorum, ſanguinis drachonis, maſtichis, ſandaracæ, Arabum, hypociſtidos, ſpodij an ʒ. iij. fiat decoctum in lib. 2 aquæ ad dimidium, de quo percolato accipe ℥. ix. cui adde ſyrupi roſarum ʒ. iij. rhodomellis & oxyſaccharæ. S. an. ʒ. j. miſce, & fiat mixtura, qua ſæpe abluantur os, & dentes. *A calore.*

Quando dolor eſt à vermibus, curatur rebus amaris, & acribus, quæ habent facultatem interficiendi ipſos, qualia ſunt abſinthium, mirrha, aloe, lupini, colocynthidis, & *A Vermibus.*

tithy

tithymalus. Ex his fiat decoctum, quò laua ſæpe os. Suffitus ex ſemine porri, & inſquiami ipſos enecat, & etiam ſenſum omnem eripiendo dolorem curat: hoc tamen & alia narcotica (vt philonium) non ſunt admouenda, niſi in maximis doloribus, & cum alia non iuuerint. Si dolor fiat à corruptione dentium, ipſorum extractio eſt neceſſaria, & ſufficiens cura, quæ ab experto viro fiet inſtrumentis ad hoc neceſſarijs, & ſine magno dolore. Aliqui eos medicamentis euellunt, ſed cum maiori dolore, quamuis tithymali lac cum farina mixtum dentes (vt quorundam eſt opinio) ſine dolore extrahit.

Vermes ne tus ſantia.

Quando dolor dentium eſt ab vlceribus prauis, & corrodentibus conſule chirurgum doctum, & interim vtere hoc liquore ſæpè ℞. aquarum plantaginis, & foliorum oleaſtri an. ℥.iij. ſyr. acetoſi. S ℥.ij. ℈. rhodomellis ℥ j. aceti ſcilliciti ℥. ℈. pulueris aluminis vſti ʒ.ij. miſce. Vlcera tamen oris parua, & ſuperficiem carnis tantum occupantia (quibus pueri & infantes laborant, dicuntur à Græcis aphthæ, & ab Arabibus alcola) curantur hoc auxilio; ℞ aquæ plantaginis ℥.iij aquarum lactucæ, & portulacæ an. ℥.j. ℈. rhodomellis, & ſyr. roſarum an. ℥.ij. ſyr. acetoſi. S. ℥.j. miſce.

Dolores dent. umſe dantia.

Vnum hoc eſt maxime animaduertendum, exuuias, ſeu ſenectam ſerpentis omnem dentium dolorem curare à tota ſubſtantia, ſiue per ſuffitum, ſiue alio modo. Quare in dolore dentium infantium, cum oriuntur, ſolent multi fieri tunc morbi, autore Hippo. 3. Aphoriſmorum, videlicet febris, ventris profluuium, & conuulſio: hæc enim curantur aut prohibentur fieri, ſi gingiua theriaca magna perfricetur, aut lacte canis, aut puluere cerebri leporis. Suffitus ſpolij ſerpentis eſt in hoc optimus, & lotio facta illius decocto: hęc enim facilem efficiunt exitum dentium, & ſine magno dolore. Si dentes liueant, aut nigricent, corpore euacuato ſæpe perfricentur hoc puluere; ℞: ſalis ℥.j. pulueris oſsis ſepię & pumicis an. ℥. ℈. miſce, & fiat puluis; ad de pulueris aluminis ʒ.ij. Aqua vitæ dentes candidos red-

Cura in ortu dentium.

Quando liuent, & mouentur.

dit

dit si sæpe ea os abluatur, excrementa pituitosa purgat, & gingiuas corroborat. Rhodomel etiam tergit dentes, & decoctum lupinorum, mirrhæ, & mastichis cum meile admodum mulsæ est optimum. Puluis hic est optimum dentifricium ad mobiles dentes fulciendos, & gingiuarum carnem augendam; ℞. mastichis, sanguinis draconis, thuris sandaracæ Arabum, osium omnium myrobalanorum nucū cupressi an. ʒ. iij. santalorum omnium, succi liquiritię an. ij. seminis portulacæ, rosarum, corallij rubri præparati an. ʒ. j. ℈. foliorum myrthi, baccarum myrthi, psidiæ an. ʒ. j. spodij, cinnamomi, garyophyllorum, nucis muscatę an ʒ. ℈. boli Armenici aqua rosarum abluti, amydi, gummi Arabici, dragaganti an. ℈. j. grani tinctorum ʒ. v. lapidis hæmaticis ʒ ℈ misce, & fiat puluis: quo sæpe fricentur dentes. Vinum album decoctionis rerum astrigentium, qualia sunt superius dicta, & similia, est præstantissimum dentifricium. *Dentifricium.*

De dolore dentium, & de ipsis denigratis, & mobilibus.

CAPVT. XXIII.

Scholium.

DENTIVM dolores. *Dolor dentium symptoma est, quod sequitur solutam vnitatem: hæc aut est occulta, aut manifesta, occulta ab intemperie calida, aut frigida, siue sit nuda, sine cum affluxu humoris, manifesta vero à rebus ulcus generantibus, ortū habet. Cura bimus ergo hunc dolorē, sī orgeat, narcoticis medicamētis, si nō orgeat, ijs, quæ causæ contraria sunt, omittentes ea medicamenta, quæ ab autore, & aliis toto temperamento hunc dolorem curantia describuntur, non enim extant*

De-

De Angina.

CAPVT. XXIIII.

descriptio.

SYNANCHE, vel cynanche (quã Latini Anginã vocãt) autore Gale. 4. de locis affectis, nil aliud est, quam spirandi difficultas, nullo existẽte vitio, neq; in pectore, neque in pulmone: vnde omnes affectus qui gutturi accidunt, quos spirandi difficultas comitatur, Hippocrates, atque alij veteres anginæ nomine appellabant; vt ex tertio Prognosticorum est colligere. Definitur etiam angina à Galeno. 4. de ratione victus in morbis acutis, partium, quæ in gutture sunt phlegmone. Cuius quatuor traduntur genera ab eodem. 4. de locis affectis, cap. 5. his uerbis: Atque hæc sunt quatuor earum genera, primũ vbi fauces inflammantur, fauces voco interiorum oris locum ad quem simul conueniunt & gulæ, & gutturis partes extremæ. Alterum, cum neque reliquę oris partes, neq; etiam externarum partium vlla inflammata videtur: laborans tamen suffocationis periculum in gutture sentit. Tertium, vbi extrinsecus circa fauces inflãmatio apparet. Quartum, vbi gutturis partes tum externæ tum internæ similiter affectæ sunt. Hactenus Galenus. Quem locũ si paulo inferius legas, quintum etiam genus videbis positum ex vertebrarum ceruicis luxatione. Recentiores medici inter quos Aetius, & Paulus nominantur, sic de Anginæ differentis disputant, vt multum interesse putent inter synanchen, & parasynanchen, & cynanchen, & paracynãchen: sic enim de illis sentit Paulus lib. 3. Inflammatis faucium interioribus musculis ea oris affectio fit, quæ Græcis synanche dicitur: exterioribus verò phlegmone infectatis parasynanche. Pari quoque modo, & in gutture, cuius

Genera.

inflam

inflammatis interioribus quidem musculis cynanche: exterioribus verò, paracynanche nascitur. Quæ sane nomi num curiosa distinctio, tametsi alias non videatur esse improbanda, vt. 4. aphoris. commento. 34. apertè tamen à Galeno damnatur. 3. Prognost. comment. 18. & 4. de locis affectis cap. 5. quippe (vt eo loco dicit Galenus) tunc primum homines res ipsas neglexerunt, cum nimio studio nomina quærere inciperent. Oritur hic morbus propter nimiam sanguinis aut copiam, aut effervescentiam, *Causa.* qui in partes iam dictas impetu ruit, & ob orta inflammatione respirandi angustiam parit. Omnibus fermè, vt ait Paulus, eadem euenta sunt: verbi gratia non nisi recta cer *Nota.* uice, & difficulter spirant, dolor adest, & aliquando febris, ruborque semper tum vultus, tum colli, atque tumor quoque. Quibusdam os perpetuò hiat, didactumque est, & deglutire omnino sic affecti non possunt, atque dolore afficiuntur, idque præcipuè, cum potus eis per nares effluit

Angina, quia morbus acutissimus est, statim initio ante *Curatio.* quam absoluta fiat, sex generibus remediorum curatur. Primo, victu tenui, & refrigerante, prohibente phlegmonem augeri: vt aëre frigido, & inedia vnius vel duorum *Victus.* dierum, si vires poterunt ferre, vel saltem sola ptisana hordei, vel amylo lacte amygdalarum parato, aut lacte amygdalarum, aut iulep rosarum, aut succo malorum granatorum, aut cichorea cocta, aut cucurbita saccharo condita, aut cidoneis tostis, aut pyris: liquida tamen facilius deglutiuntur. Potus sit aqua hordei: vini enim, ouorum & carnium abstinentia est summè necessaria: quia hæc sanguinem augent, & calefaciunt.

Secundo, auertentibus impetum sanguinis fluentis ad *Reuulsio.* partem affectam, & prohibentibus augmentum inflammationis; vt sanguinis missione vsque ad animi deliquium, si vires ferunt: eam tamen partiri est tutius. Secatur cephalica statim propter necessitatem subitam euacuationis, &

etiã magiſter meus Falco doctor Moſpeſſulan' vir magnę doctrinæ,& experientiæ: & hæc aliquando bis,& ter eſt ſecanda,dum fluit humor. Si vires, & ætas non ferunt ſanguinis miſsionem per ſectionem venæ,auerſio fiet per cucurbitulas cum ſcarificatione inter ſcapulas; cum verò ſiſtit fluxio,vena ſub lingua ſcinditur. Auertunt etiam purgationes per clementia medicamenta factæ, cum ſanguis eſt deprauatus qualitate aliqua, aut in alios humores eſt conuerſus vt hoc medicamento,aut ſimili; ℞. medullæ caſsiæ fiſtularis recens extractæ, & medullæ tamarindorum an. ℥ ſ. rhabarbari electi infuſi per noctem in aqua endiuiæ ℥ iiij. ſyr. violarum ℥ j decocti florum cordialium q. ſ. miſce,& fiat potus. Auertimus quoque clyſteribus clementioribus,cũ eſt inflãmatio à ſanguine,aut bile: ſi verò fuerit ãpituita,valẽtioribus. Reuellunt etiam cucurbitulæ ſcapulis affixæ. Frictiones,& ligaturæ partium extremarũ quoque auertunt,& fotus earumdem ex aqua calida.

Cucurbitulæ.
Deriuatio
Purgatio
Auerſio.

Repellẽtia ſumpta,et admota.

Tertio,repellentibus materiam,& prohibentibus cynãchen augeri,qualia ſunt frigida,& aſtringentia leuiter gargarizata,relicta,donec incaleſcãt in vltimis faucibus: hęc enim partẽ affectam roborando,& vias, per quas materia fluit contrahendo optimè inflãmationis huius incrementum prohibẽt. Quorum aliqua ſunt ſimplicia, & alia cõpoſita,vt aqua,& ſucci roſarũ,plãtaginis,portulacæ,lactucę,acetoſæ,ſolani,granatorũ,nucũ viridium,mororum,& acetum. Ex his & ſimilibus fieri poſſunt multa compoſita medicamenta; vt ℞. hordei decorticati,& lentium an p. j. plãtaginis,lactucæ,& ſolani an. m. j. fiat decoctum,de quo accipe lib. j dianucũ,& diamorõ an ℥ ij. oxyſaccharæ roſarum an. ℥ j. ℈. miſce,& fiat gargariſma hoc,& ſimile.

Indicatio ãtẽporibus morbi ſumenda.

Abſolutè repellenti vti oportet initio: vbi verò habenda ratio etiam eſt materiæ,quæ fluxit ſimul,& fluentis,mi ſcenda ſunt medicamenta diſsipantia,& reſoluentia, cum repellentibus: eorum,tamen vis æqualis,aut in æqualis reſpondere debet proportioni materiæ delapſæ, & fluentis:

vbi

vbi tamen intentio repellendi excedit diſsipandi neceſsitatem duplo, fiat hic, aut ſimilis gargariſmus; ℞. hordei decorticati p. j. lactucæ, & plantaginis an. m. ij. liquiritiæ raſ. ℥. ß. ficus numero x. camomillæ p. ß. fiat decoctum de quo colo transfuſo accipe ℥. x. diamoron, & dianucum an. ℥. ij. rhodomellis ℥. ij. ß. ſyr. de liquiritia, & oxyſacchara. S. an. ʒ j. miſce, & fiat gargariſmus.

Præparatio.

Quarto, apparantibus pituitam, aut materiam mixtam; vt melle roſato colato, oxymelle. S. ſyr. de liquiritia, & de hiſſopo cũ decocto, aut aqua liquiritiæ, abſinthij, & cũmilũ.

Quinto, vacuantibus materiam hanc per medicamenta mixta, vt eſt diaphœnicon, pilulæ aggregatiuæ, & ſimilia: aut hoc potu; ℞. diacatholicon ℥. ß. agarici trochiſcati ℥. j. diaphœnicon ʒ. iij. rhodomellis ℥. j. aquæ bugloſſæ, quod ſatis eſt miſce, & fiat potus.

Purgatio.

Sexto, diſsipantibus, & reſoluentibus materiam externis, & internis: vt oleo camomillæ, amygdalarum dulcium, ſeſamino, de ſemine lini de lilio, laurino, rutæ, & ſimilibus. Hoc medicamentum, ſeu cataplaſma collo ad motum potentiſsimè, & optimè reſoluit; ℞. farinæ fœnugræci, ſeminis lini, & camomillæ, an. p. j. pulueris vninis nidi hirundinum: omnia ſimul cum ſapa decoquantur, & in fine adde olei de lilio, & anethi an. ℥. j. ß. croci pulueriza ti ʒ. j. miſce, & fiat cataplaſma. Filum laneum purpura tinctum, & quo poſtea vipera eſt ſtrangulata, collo appenſum curat anginam. Cataplaſma ex farina hordei, & de ſucco apij potenter diſsipat, & reſoluit materiam anginæ. Expertum à multis, & à me eſt. Hic gargariſmus diſsipat, & reſoluit materiam ſatis; ℞. camomillæ. p. j. dactylorum vuarum paſſarum ana. p. j. ß. fœnugræci. p ß. ficus. x. numero fiat decoctum de quo colo transfuſo accipe ℥. viij. diamoron ex maturis moris, & ſapæ an. ℥. i. rhodomellis, & oximellis compoſ. an ℥. j. ß. miſce, & fiat gargariſmus. Stercus canis albũ cribratum, cum melle mixtum inſtar loch, ſi deglutiatur,

Reſolutiua. Externa.

Interna.

est præstantissimum remedium ad resoluendum. Eandem, aut similem habet vim puluis hirundinum vsturum solū, aut cum melle. Hæc,& similia in vigore, aut declinatione tantum conferunt. Si verò angina nequeat resolui, quæ curandi ratio aptior est, sed in suppurationem tendit, quod febris & doloris intensio demonstrant, suppurantibus curatur; vt gargarismo, & emplastro ex rebus, quæ pus gignunt: qualia sunt fœnugræcum, semen lini, malua, radix althææ, radix lilij, oleaginea & pinguia. Facto pure abscessus rumpatur instrumento ferreo, si videri possit, aut manso deglutito pane duriori, vel digito altius immisso, aut candela: caput tamen inclinetur, ne pus descendat in thoracem. Deinde vulcus est abstergendum rhodomelle, & decocto hordei, & similibus: postremò verò est glutinandum mastiche, thure, bolo armeno, sanguine draconis, & similibus.

A tēpore.

Curatio anginæ sup puranda.

Ruptio ab cessus.

De Angina.

CAPVT. XXIIII.

Scholium.

Angina morbus est acutus.

SYNANCHE vel Cynanche. *De nomine, differentijs, & causis, Angina lege auctorem: aduerte tamen Anginam esse morbum acutum, ex quo imminet periculum, non ob partis qualitatem præstantiā, sed ob situm, quia huius partis tumor statim respirationem ledit.*

dubitatio. *Dices, cur in Angina maiorem dolorem sentimus deglutientes res liquidas, & paucas, quam solidas, & maiores? Respondeo id prouenit ex maiori musculorum contractione.*

Secun

Secundo auertentibus. *In Angina (quæ eſt tumor præter naturam à quocumque humore procedens) duplex eſt morborum: vnus intemperies, & alter tumoris magnitudo deglutitionem, & aeris ingreſſum impediens. Curabitur ea ratione, qua alij tumores, in principio ſanguinis miſſione, vt reuellamus, & ex cephalica, vt ſimul euacuemus ex parte affecta. Neque hoc in loco recte præcipit Vegi, in Angina ex ſuppreſſis menſibus ſecandam eſſe venam malleoli, cum enim Angina ſit affectus vrgens, ab ea incipienda eſt curatio, & deinde veniendum eſt ad menſes mouendos: adde reuulſionem non eſſe faciendam, ex loco à quo fluxit humor, ſed à loco, ad quem fluxit. Quæ dicit auctor de purgatione, an vera ſint, inferius videbis.* Quotmorbi in Angina. Curatio.

Tertio repellentibus. *Humor extra venas effuſus, faciens tumorem præternaturam in faucibus, ſtatim in principio, cum adhuc ſeruet ſuam naturam, euacuandus eſt, nõ calidis, quia hæc magis attrahent, ſed alijs remedijs, quorum vnum fuit ſanguinis miſſio, qua euacuans venas partis cauſam dedit, vt humores iterum remigrarent ad venas. Alterum verò eſt frigidum, & adſtringens, interius gargariſatum, quod humores ad venas repellit. Adiuerte tamen neque ad morbi declinationem ſemper eſſe miſcendum extergens aliquod, ſicut in omnibus inflãmationib⁹, quæ teguntur cute tenui, per quam ſemper aliquid reſudat. In principio ergo veteris decocto hordei cum cortice & aceto & ſimilibus. In augmenti principio, cum extergentibus, & adſtringentibus, pauca digerentia miſcebis, decoquens cum hordeo paucum glyciriſſæ, addito deinde aceto, aut diamorone. In incrementi ſecunda parte, qua primã partem ſtatus comprehendit, extergentia, cum æquali quantitate digerentium, & adſtrigentium permiſcenda ſunt. Decoquemus ergo croci & myrrhæ an. ʒ.j in lib. j. aquæ ad mediætatis conſumptionem, et addentes diamoronis ʒ.ß. j. In declinatione verò ſolis vtere digerentibus, decocto glyciriſæ, aut biſſopi, & ſimilibus. Semper tamen ad* Repellentia. In Angina vſus exterius.

uerte, repellentia maiora, aut minora esse permiscẽda pro affectu maiori, aut minori.

Purgatio. Quarto apparantibus. *In Angina non est, quod curamur medicamento, purgante, eius enim nulla est occasio, nisi sit cacochymia, ex qua fluat humor ad partem affectam.*

Quæ applicanda parti externæ. Sexto dissipantibus & resoluentibus. *Parti externæ in collo non sunt applicanda repellentia sola, neque cum calidis mixta, ne humor ad interiora recurrens affectum augeat, & ideo medicamentum ex nido hirundinum compositum omittatur, quia etsi in eo sit plerens digerens est tamen terra repellens: neque tempus conteras in medicamentis collo appensis, quæ tota substantia operari creduntur, non enim reperiuntur ob causam multoties repetitã: Veris ergo externis calidis, quæ vim habẽt leuiter digerandi, & attrahendi, oleo comuni, aut camemellino, & lana succida. Atque hæc est curatio Anginæ, quæ resolutione terminatur: est enim altera illius, quæ coctione finitur suppurato humore, de qua lege auctorem.*

Medicamentũ ex nido hirundinũ reijcitur.

De coriza, catarrho, raucedine, & tussi.

CAPVT. XXV.

Descriptio. CORIZAE, catarrhi, raucedinis, ac tussis eadem prope est natura: omnes enim hæ affectiones fiunt ab humore excremento so à capite in subiectas partes descendente: qui quidem humor, si in nares fuerit destillatus, atque eas aggrauet, coriza Græcis malum dicitur, Latinis grauedo. Si verò humor fluat in os, palatum, & fauces catarrhus simpliciter appellatur: quæ sanè vox Latinis distillationẽ sonat. Si verò idem humor descendens, in fauces, & guttur, & asperã arteriam cadat, & interiorẽ eius

Diuisio.

Grauedo ad nares.

Catarrhus ad fauces.

eius membranam aſperiorem, atque inæqualem reddat, raucam tunc vocem fieri neceſſe eſt, & morbus naſcitur branchus Græcorum idiomate dictus, raucedo verò Latinè. Ex his etiam colligere poſſumus, raucedinem eſſe catarrhum, non tamen grauedinem, quod Galenus tertio de ſymptomatum cauſis, capite vndecimo, & ſecundo Prognoſticorum commentario quadrageſimo nono docet. Idem Paulus confirmat tertio libro capit. vigeſimo octauo, & Aetius ſermone octauo, cap. quinquageſimo tertio. Quare decipitur doctiſsimus Braſſauolus, credens catarrhum eſſe vocabulum commune ad omnes defluxus humorum, quod barbari medici rheumati tribuunt, iuxta illud.

Raucedo ad aſperã arteriam.

Braſſauolus.

Si fluxit ad pectus, dicatur rheuma catarrhus,
Ad fauces branchus, ad nares dico coryzam.

Porrò eius humoris, qui ſic à capite deſcendit, cauſa eſt cerebrum, ſeu quòd à frigore in frigidam intemperiem deductum ſit, ſeu quòd ab æſtu cale fiat, atque repleatur. Vinum quoque, ſi vltra modum hauſtum ſit, caput replet, & balnea calidiora, & largior perfuſio capitis ex aqua calida, maxime ſi alias calidius caput exiſtat, & cibus ſanè qui in ventre incoctus per inferiorem partem non excernitur in caput impetum facit: quod ſic repletum in partes ſe inferiores eo modo, quo dictum eſt, demittit excrementa. Atque hæ ſunt generales harum affectionum cauſæ, particulares verò multæ ſunt. Et coriza ſanè non ob aliam cauſam videtur fieri, quam ob humoris deſcenſum: Raucedo verò non ob hanc ſolam cauſam, ſed à vehementioris quandoque atque altioris vociferationis conatu, & egelidi aëris, ſpiritus ve ingreſſu. Tuſsis autem multæ ſunt cauſæ, quas Paulus Aegineta lib. 3. ſic colligit. Cæterum ex aliis quoque occaſionibus tuſsis fit, ſæpius quidem ex diſtemperantia, quandoque calidiori, ceu in febribus, nonnunquam frigidiori, quemadmodũ ſit in

Cauſa.

rempeſtatibus Aquilonijs, quę aridior eſt plærunque. Quin & tuſsis aliorum ſæpe numero morborum ſymptoma eſt, morbi ſcilicet lateralis, peripneumonię, inflammationis iocinoris, phthiſis, & aliorum ſimilium.

Nota.

Notæ hæ ſunt: quicunque aliqua ex dictis affectionibus laborant, ſi à calore ea naſcatur, hi circum partes affectas caloris nonnihil ſentiunt, fluxio quædam acrium humorum, ac tenuium cùm per nares, tum maximè per os defluit. Rubor partes faciei nariumque inficit. Quibus contra ex frigore, partium circa caput, & frontem fit diſtentio, meatuumq; qui à percolandi adminiculo iſthmoides vocantur, obturatio, ita, vt reſonare vox deorſum per nares nequeat.

Longiore illis tempore permanent, & accidunt tuſſes, pituitæque excretiones, nunc quidem crudæ, nunc verò liquidæ, interdum virides. Nonnullis febris oboritur nihil eos iuuans, qui ab æſtu inuaduntur: eos autem, qui ab algore, plurimum, cùm ad concoctionem promoueat.

Quando tuſsis aliorum morborum ſymptoma eſt, ex alijs capitibus notæ ſunt petendę, omnis tamen diſtillatio ſiue ad nares, ſiue ad os & eius partes, eſt à materia calida, aut frigida, aut mixta ex ijs, & vtraque cum cauſa effectrice ſimili, aut diſsimili, vt cum materia eſt calida, à frigore comprimente diſtillans, aut frigida materia, à calore liquante. Cum ambę cauſæ ſunt ſimiles, eadem remedia requirunt, ſi verò cauſæ ſint contrariæ, remedia poſtulant contraria, ſed maior habenda eſt ratio vrgentioris cauſę, altera tamen non neglecta.

Curatio diſtillationis à cauſa frigida.

Diſtillatio a capite ad nares, aut os à materia frigida, à qua ſæpius fit, & aëre frigido facta ſex remediorum generibus curatur: primo victu calfaciente moderatè, eà tamen, quæ caput offendunt, nocent, vt vinum, ſinapis, allia, cæpè, coitus, & ſomnus diurnus, præſertim à cibo, & ſimilia.

Præparatio.

Secundo, materiam frigidam apparantibus, vt rhodomeile,

melle, syr. de liquiritia, syr. capillorum veneris, de hyssopo, & oxymelle. S. cum aquis, aut decocto liquiritiæ, hyssopi, passularum, fœniculi, & similium: oportet tamen miscere, quę motum, & fluxum humoris impediunt, vt est syrupus rosarum, & decoctum coriandri; quamuis in materia calida frigidioribus uti oportet, vt est syrupus de papauere. *Cõsilium.*

Tertio, purgantibus materiam pituitosam: vt agarico turbit, pilulis de agarico, diaphenicon, electuario indo mai. pilulis cochijs, & similibus. Sed quia morbus hic aliquando est diuturnus, multis egens vacuationibus, post primam his pilulis vti poterit; ℞. Agarici trochiscati ʒ. j. pilularum assaiaret & cochiarum an. ʒ. ℈. optimi diagridij g. xij cum aqua stæchados fiant pilulæ quindecim. Vtatur his. Dosis erunt tres quaque hebdomada. *Purgatio.*

Quarto, auertentibus, vt ligaturis, frictionibus extremorum, & fotibus, cucurbitulis in natibus, & scapulis, & clysteribus acribus, vacuatione per loca propinqua, videlicet per nares, humor ad partes oris fluat, errhinis & sternutamentis clementioribus. De quibus capite de apoplexia: si verò ad nares distillat humor per palatum, & os facienda est vacuatio reuulsoria, vt mastiche, aqua mellis cum puluere hyssopi, & alijs clementioribus apophlegmatismis. In diuturna & assueta distillatione, præcipuè à materia calida filum ceruici traiectum est optimum remediũ adauertendum; de quo auxilio cap. 16. & 17. dictum est. Multi vruntur, & bene ad reuellendum cauterio in sutura coronali, aut post aures: per vlcus enim à cauterio factum materia diu, & salubriter euacuatur. *Auersio.* *Deriuatio*

Quinto, sistentibus fluxum, vt mastiche deglutita, & thure, spica, gummi iuniperi, succo liquiritiæ, & similibus: hoc tamen genus auxiliorum magis confert distillationi, quæ fit à materia calida mobili: hæc enim indiget incrassatione, vt bolo armeno, saccharo rosato, syrupo rosarum, syr. de papauere, & alijs etiam narcoticis, vt trochiscis de *Sistentia fluxum;*

spo

Admonitio. ſpodido,de carabe, & de terra ſigillata,ne fiat vlcus in naribus,aut in partibus oris, & aſpera arteria, & tandem in thorace. Vltimo vtendum eſt pilulis de cynogloſſa Meſ. cùm alia non ſufficiunt,& diſtillatio eſt maxima.

Corroborantia, & reſoluentia. Externa, & topica. Sexto corroborantibus caput,quæ eſt pars primo affecta,& a qua materia deſcendit,vt puluere ex coriandro,garyophyllis,maſtiche,& ſimilibus:aut hoc ſacculo; ℞. coriandripreparati ʒ.iii roſarum,maſtichis, thuris, garyophyllorum anthos, ſtechados & macis,an. ʒ. ß. fiat ex his ſacculus ad magnitudinem manus,qui capite rhaſo coronali commiſſuræ admoueatur. Capitis lotio ex decocto

Interna. rerum capitalium laudatur in hoc genere. Diamuſcus dulcis,theriaca magna, Mithridatum, electuarium aromaticum roſatum,& ſimilia cum aqua, decocto,aut ſyrupo capitali valenter corroborant caput, & diſsipant materiam eius.

A cauſa calida. Diſtillatio,quæ fit à materia, & cauſa omni calida, ſex etiam remediorum generibus curatur cõtrarijs,vltimo tamen genere oportet aliquando curare vlcera narium, & oris,quæ ſolent ſuccedere: in his tamen curandis conſule doctum chirurgum.

Tuſsis cauſa. Tuſsis,multas habet cauſas,vt diximus, aut fit à ſola intemperie,aut ab vlcere,vt in rabie:aut à tumore ventris, vt in hydrope:aut à morbo laterali,aut inflammatione iecoris,aut à materia frigida,quæ à capite diſtillat, à qua ſo pe fieri ſolet. Quare de curatione huius in præſentia agam.

Curatio tuſsis à cauſa frigida. Huic ſex remediorum generibus mederi poſſumus: primo,victu calfaciente,& exſiccante, de quo dictum initio huius capitis:ſal & acetum maximè nocent huic,quia mouent tuſsim,quamuis cum melle, aut ſaccharo ſit vtile, &

Veſtus. neceſſarium ad purgandum pectus,& attenuandem materiam craſſam.

Præparatio. Secundo,aparantibus materiam ad fluendum paratam, craſſam attenuantibus, & lentam incidentibus & tergentibus,vt rhodomelle,oxymelite.S.ſyr.capillorum veneris,

de

de liquiritia,de hyſſopo,de praſsio,& oximelite compoſ. cum decocto pectorali,ſimul & capitali.

Tertio,vacuantibus materiam hanc frigidam, pilulis de agarico,cochijs, de benedicta, hiera compoſita, electuario indo maiori: ſed quia hic affectus diuturnus aliquando eſt,& eget poſt primam euacuationem alijs, vſus harum pilularum eſt vtilis & neceſſarius. ℞. pilularum de hiera ſimplici,& cochiarum an. ʒ. ℈. pilularum de Agarico drachma vna,cum aqua hyſſopi fiãt pilulæ duodecim. Tres pro doſi qualibet hebdomada. Si à pilulis alienus eſt,hoc medicamento vacuatio facienda eſt; ℞. diacatholicon ℥.j.℈.diaphenicon,& electuarij indi maioris an.℥.℈ agarici trochiſcati ʒ.ij.rhodomellis,quod ſatis eſt miſce, & fiat confectio. Doſis ſingulis hebdomadis à cochleario vno vſque ad duo. *Purgatio.* *Pilula.* *Cõfectio.*

Quarto, auertentibus omnibus dictis ſuperius hoc capite,vbi de curatione diſtillationis ad nares,aut os agebamus quarto genere remediorum. *Auerſio.*

Quinto,conceptam pulmonibus materiam facilem ad expuendum reddentibus,in quo pars præcipua curationis conſiſtit;vt eclegmate,ſeu loch ſano & experto,aut de pino,aut de pulmone vlpis,aut electuario Diairis,ſurupis pectoralibus,aut hoc loch; ℞. loch ſani & experti,loch, de caulibus an.℥.j. pulueris Diairis ℥.℈. ſacchari candi, & penidiarum an.℥.j. ſucci liquiritiæ ʒ.ij ſyr. de hyſſopo quod ſatis eſt miſce,& fiat loch:adde ad corroborandum, pulmones,pulueris pulmonis vulpis ʒ.ij.quo & alijs omnibus vtendum eſt ſæpe & omni hora paulatim deglutiendo,vt abvna via in aliam medicamentum poſsit per poros penetrare. In hoc genere confert multum foris admouere emplaſtrũ filij Zacchari, & de melilloto an. æquales partes ſuper alutã ad formã & magnitudinẽ thoracis, vel bis in die hoc vnguẽto illinere; ℞. olei ſeſamini,& amygdalarũ dulciũ,& de lilio an.℥.j. mucilaginis,fœnugreci ℥.℈.croci pulueriz ati ʒ.j.ceræ.q ſ.miſce,& fiat vnguentum. *Eductio materiæ.* *Loch.* *Topica.*

Sexto

Resolutio. Sexto, materiam reliquam resoluentibus, & digerentibus, vt suffitu sulphuris, & trochiscorum & aliorum, de quibus capite sequenti de asthmate, & etiam omnibus auxilijs dictis sexto genere remediorum distillationis, de quo superius.

De coriza, catarro, raucedine, & tussi

CAPVT XXIIII.

Scholium.

catarrhos

CORIZA catarrhi. *Catarrhos Graecus fluxio est Latinis, cum à capite, ad subiecta membra excrementum descendit. Haec fluxio, vt autor est Gal. 3. de caus. symp. cap. 4. aliquando habet proprium nomen, aliquando eo caret. Propriè habet nomen ea, quae ad nares, os (quae nomen generis seruat) fauces, gurgulionem, & ad oris glandulas fertur. Propio caret nomine ea, quae fit ad ventriculum, & asperam arteriam, qua multorum malorum causa est: quae ex ventriculi fluxione, vitiata eius concoctione, crudi humores generantur, ex quibus obstructiones sine febre, & aliquando cum febre, apoplexia, & alij cerebri frigidi morbi, oriri solent: Sicut ex ea distillatione, quae asperam occupat arteriam, aliquando asthma, cum excrementum crassum est, & aliquando phtisis, si tenue et calidum sit. Distillatio symptoma est in excretis: Morbus ad quem sequitur, aut est similaris, aut instrumentarius. Similaris intemperies calida, aut frigida cerebri, diuersos tamen modo hae distillationem generant: nam calida intemperies attrahendo aut fundendo humorem eam efficit*

Nomina eius.

Noxa ex distillatione ad ventriculum & asperam arteriam.

Distillatio quis affectus sit.

Frigi-

Frigida vero refrigerando cerebrum, & hac ratione multa coacernando excrementa, aut ipsum comprimendo, eo modo quo nos manibus spongiam. Morbus instrumentarius est repletio venarum, & ventriculorum cerebri, quae solet etiam fieri à toto corpore: haec tamen repletio, exigua cum sit, neque carum, neque apoplexiam, neque epilepsiâ efficere potest. Signa pete ex auctore.

Tussis etiamsi in vniuersum fiat ab his, quae intercipiunt respirationem, haec tamen omnia ad quinque causas reducere possumus cum Galeno. Prima est humor distillans à capite. Secunda humor collectus in aperta arteria, in pleuritide, & perineumonia: Tertia compressio septi transuersi: Quarta magna asperitas faucium. Quinta intemperies frigida inaqualis partium respirationis seruientium. Tussis causa.

Secundo materiam frigidam apparãtibus. *Hinc discere, quã male curant hi, qui tempora hoc est doctrinam Auicennae consequuti sunt, auctor enim iam secundo praeparat humorem, ad purgandum, non sollicitus de symptomate. Proinde eius curatione omissa, hac ratione curabis. Si distillatio, hoc est fluxio excrementi, vrgeat (quod continget si ad ventriculum, asperam arteriam, aut partem principem feratur) tunc relicto morbo, ei prospiciendum est, primo sanguinem mittentes, secundo medicamentis per os assumptis, & capiti applicatis, fluxionem sedãtes, & ea sedata morbo prospicientes, quae omnia ea ratione, qua docemus praestabis.* Curatio distillationis.

Quarto auertentibus *In distillatione facta abintemperie frigida cerebri non audent practici venam secare, opus autem est, vt audaces fiant, potissimum in remedio adeo vtili. Mittendus ergo sanguis est, vt reuellamus humorem ad partem fluentem, & simul ex cerebro aliquid excrementi euacuemus: quod commodè praestabimus secta communi vena in brachio, quae caput, & partes inferiores* sanguinis missio.

respicit. Auertes etiam modis ab auctore propositis: quod si diuturna sit distillatio, duo cauteria, vnum in singulo brachio vtiliter experieris.

Sistentia fluxum.

Quinto sistentibus fluxum. Siue humor à cerebro distillans, à causa calida proueniat, siue frigida, sistendus est statim, si vrgeat. Quod praestabimus ore tenentes medicamentum, quod in eraſſet humorem, & eum ineptum ad fluxionem reddat, quale est hoc: ℞. mastichis ʒ.ij. piretheri ʒ. j. cum mucilagine dragaganti. fiant trochiſchi ad magnitudinem lupini, quorum vnum teneat in ore. Eo etiam tempore, quo æger dormire voluerit, assumat ʒ.iij. electuarij de papauere, cum pauco syrupo papaueris. Capiti etiam, vt dolore attrahatur humor ad cutim, ceratum ex thapsia vtiliſsime apponetur, siue fiat in forma ſolida, siue in liquida. In ſolida forma paratur hoc modo ℞. cerae ʒ. viij. therebentinae. q ſ. miſce ad ignem, donec ad emplaſtri ſubſtantiam perueniant, in fine miſce pulueris radicis thapſiae, ſi recens ſit, ʒ.iij. ſi inueterata ʒ.iiij, cuius cerati ſufficientem accipe quantitatem, & ſuper alutam extende ad formam mediæ cucufæ, quam bregmati raſo appone. Liquidum fiet ceratum in forma vnguenti, liquantes ʒ. 6. cerae, cum oleo, quoad formam vnguenti accipiant, & deinde miſcentes ʒ.ij pulueris ex thapſia. Quo vnguento vnges bregma, quo vtendum eſt, quia melius, & citius vſiculas in cute excitat, quam ceratum ſolidum, quo multoties vſus ſum ſine vſu aliquo. Aduerte tamen, apparentibus veſiculis incute, ceſſandum eſſe ab vnctione, ne ob dolorem fiat attracto ſanguine, phlegmon. Quod ſi ceratum non potes efficere, ſinapiſmum conſtrues ea ratione, qua docent Paulus, & Aetius.

Cerati ex thapſia duæforma

Sexto corroboratibus caput. In hac distillatione, ſedato ſymptomate, ad morbum deuenientium eſt, nempe ad intemperiem frigidam cerebri: quam auferre debemus, & ſimul excrementa cerebri frigida digerere, bregmati, vbi multa ſunt ſuturæ, hoc medicamento applicantes. ℞. pul.

Sacculus bregmati applicãdus

roſæ

rosatum, & coriandri præparati, ana ʒ ij. gummi iuniperi ʒ iij. salis tosti ʒ ij. garyophillorum ʒ j. f. fiat omnium pulvis, ex quo fiat sacculus, ad triāguli figuram. Et si in corpore sit pituitosa cacochymia, ea præparata purgandi erit.

Distillatio quæ fit à materia. *Si à causa calida distillatio proueniat, sanguinem mittes, fluxionem inhibebis, assumptis per os: non enim applicare oportet ceratum, ex thapsia, ne augeamus intemperiem. Deinde curabis morbum, nempe intemperiem calidam, lauans caput aqua repida, permiscens cum ea parum aceti, vt penetret: & postea unge bregma, oleo omphacino, rosaceo, aut alio, quod frigidum sit.*

Curatio tussis.

Tussis multas habet causas. *Tussis symptoma est in motu deprauato facultatis expultricis: hæc a diuersis morbis ortū habet, ac proinde non uno modo, sed variis curanda erit. Si à distillatione oriatur, curabitur ea ratione, qua docuimus. Si à secunda causa euenerit, medicamentis attenuantibus, & inscindentibus. Si à tertia, curare oportebit scirrhum, aut iecoris inflammationem, aut hydropem, si ex ea pendeat. Si tandem à quinta procedat causa, cohibita respiratione sedabitur.*

De Orthopnæa, Asthmate Dyspnæa,

CAPVT. XXVI.

TRIA sunt nomina apud Græcos, quæ eandem rem fermè significare videntur, videlicet dyspnæa, asthma, & orthopnęha, quæ omnia suspirioſos, & anheloſos significant, de quibus Celſus lib. 4. cap. 4. abundè egit. Propiè à Græcis dicitur dyspnęa difficultas anhelitus

mo

modica, quãuis Paulus 3. lib. cap. 26. velit esse diffi cultat spiritus & animæ, & commune accidens alia plurima præ ter hæc comitans. Asthma Græcis est difficultas anhelitus vehementior, & cùm æger non potest spirare sine anhelatione. Orthopnœa verò est, cùm respirare non potest, nisi recta ceruice spiritus trahatur: fiunt hæ affectiones (vt inquit Aetius) cum aut crassiorum & tenuium humorum multitudo pulmonis bronchia obstruxit, aut tumor quis-

Causæ. piam abscessui similis in ipso consistit. Similiter autem dif ficiliter spirant, quibus aspera arteria multa distillatione madet, repletaque est. Ab alijs quoque fit causis, vt ab vlce re pulmonum. Quæ omnia sic docet distinguere Aetius. Distillatio etiam sanis ex manifesta causa repente accidit,

Nota. in totum verò citra febrem comitantibus etiam proprijs distillationis signis. Si verò tumor abscessui similis in pul mone fiat, necessario febris sequitur, neque ita post inflam matione in̄ pus conuersa, pus reijcitur cum tussi. Qui autē propriè orthopnici, & difficulter spirantes apellantur, in totum febrem non ferunt, grauitatis autem sensus eis con tingit, neque quippiam purulentum per sputum reiectant.

Curatio. Cùm igitur asthma fieri possit à sanguine extra venas, eius curatio cap. 28. de sanguinis sputo describetur; aut ab inflammatione pulmonum, de qua cap 27. de peripneu monia; aut ab vlcere pulmonū, de qua cap. 29. de phthisi; aut à luxatis vertebris spinæ, cuius curatio in reductione eius in proprium situm consistit; aut fit à materia crassa pituitosa pulmones obstruente, & ab hac vltima causa fer mè semper pendet. Quare in præsentia de curatione eius agendum est, prius tamen oportet scire, an æger sit in ipsa accessione, an in quiete. Quia morbus hic, quemadmodū

Curatio à pituita in accessione per reuel- len ta. comitialis & articularis, habet accessiones aliquando or- dinatas, aliquando inordinatas. In ipsa accessione curatio fit per solas frictiones, ligaturas & cucurbitulas extremorū ad reuellendum, ne subito suffocetur æger, qui ceruice ere cta vigilet, & dormiat parum & non in die, quies summè

neces

neceſſaria eſt. Quare tunc vacuatio per medicamenta pur gantia,& per ſanguinis miſsionem maximè nocet, mouens humores,& augens fluxum ad pulmones & trachcas arterias. Si tamen ipſa acceſsio fuerit magna, & longa, ſuſ bitam ſuffocationem indicans, indiget vacuatione per clyſteres acres,& per ſanguinis miſsionem ſecta vena,aut per cucurbitulas inter ſcapulas. In tempore quietis curatur aſthma pituitoſum ſex remediorum generibus:primo victu calido & ſicco,vt aere eſtatis, aut arte parato. rore marino,ſaluia,ſtœchade,& alijs calidis medicamentis, vt cibo,pane ſcilicet furfuraceo,& ſalito,& bene fermentato: carnibus auium montanarum,& animalium concoctu facilium,& non humidorum;aſsis,aut toſtis, non neruoſis, nec pinguibus:vt potu parco in paſtu,& poſt paſtum nullo, qui ſit aqua cinnamomi,vel decoctionis anid,vel ſeminis fœniculi eorum tamen ſitis vehemens,eſt ob calorem cordis refrigeratum minus quam res exigit. Tunc enim laua os ægri lacte caprino, vel ex amygdalis dulcibus expreſſo ſine ſaccharo, aut aqua frigida, aut mucagine ſeminis pſyllij,vel cydoniorum. Sed quia potus comprimit ſeptum tranſuerſum ventriculo diſtento,& difficultatem reſpirandi auget, quoniam ventriculus concoquit cibum donec ab eo egreſſus ſit potus, maximè nocet.

Sectio venæ & purgatio nocent, niſi longa ſit acceſsio.

Curatio exit. acceſsionem. Victus.

Secundo,apparantibus materiam collectam in cerebro pulmone, vel alijs partibus tranſmittentibus, qualia ſunt calfacientia,incidentia,tenuantia, & tergentia: initio clementiora, ne reſoluto tenui craſſum ineptum expuitioni relinquatur Conueniunt primo ſyrupus de liquiritia, ſyr. capillorum Vene.oximel.S. cum decocto pectorali,aut aquis capillorum Ve.& liquirię.Secundo poſt prima uacuationem conducunt ſyrupus de hyſſopo,de prado, & oximel compoſitum cũ aquis,aut decocto hyſſopi, prafij, fœniculi,dactylorum,& uuarum paſſarum. Tertio poſt ſecundam vacuationem proſunt ad concoquendum ſyr. de

Præparatio. Syrupi clementes. Syrupi Vehementiſſimi ſyr

quinque radicibus cum oximelle compos & scillitico cum decocto aut aquis prauj, hyssopi, radicis lilij ficcæ: quia succus eius valenter purgat in parua quantitate; inter has tamen coctiones & purgationes interiaceant dies aliquot, vt natura qui scat. Et quia hic affectus chronicus est, ne-

Consilium. cessaria medicamentorum omnium fermè frequens permutatio, ne natura longa consuetudine ijs similis fiat, ac proinde rel ctetur, aut ab eis nihil patiatur. Præterea ob occultam quandam proprietatem, seu familiarem quasi amicitiam quædam magis amat nostrum corpus, & alia refugit propter inimicitiam, quod sola experientia demonstrare potest.

Purgatio. Tertio, purgantibus materiam, si multa est in pulmonibus, aut etiam non multa in toto. Nam si pauca fuerit in pulmonibus, vt per sputa expelli possit, non opus est purga

Prima. tione: prima ergo purgatio fiet per ʒ.j pilularum de agarico, aut per potum ʒ.j. diacatholicons, & ʒ.j. agarici trochiscati cum decocto pectorali, aut aqua capilliorum Veneris. Secunda purgatio fiet per has pilulas; ℞. pilularum

Secunda. cochiarum, & de agarico an. ʒ.ß. diagridij. g. iij. cum aqua hyssopi fiant pilulæ vij. & aurentur si opus fuerit: vel fiat per hunc potũ; ℞. diaphœnicons ʒ. iij. electuarij indi maioris ʒ ij. agarici trochiscati ʒ.j. diacatholicons ʒ.v. rhodomellis ℥.j. decocti pectoralis. q. s. misce, & fiat potus.

Tertia. Tertio, si opus fuerit, fiat purgatio per ʒ.j. pilularum cochiarum, aut fœtidarũ, aut de farcocolla: vel per hunc potũ; ℞. electuarij indi maioris ʒ. iiij. agarici trochiscati, & turbit electi an ʒ ß. rhodomel. ℥ j. aquę hyssopi. q. s. misce & fiat potꝰ. Si opus fuerit, quia morbꝰ est chronicus, vtatur his pilulis semel, vel bis in mẽse; ℞. pilularũ de hiera com-

Pilulæ dantur in hoc morbo. posi. & de agarico an. ʒ.j ß agarici optimi, & turbit electi an. ʒ.j. salis gẽmæ ℈.j. zingib. ℈. ß. cũ aqua hyssopi fiat massa, cuius dosis quinq; pilulæ põderis ℈.ij. Si verò non possit pilulas trãsglutire, quę magis huic morbo cõueniũt, quam purgantia liquida, quia priora diutius in ventriculo

deti

detinentur, ideoque magis & à partibus longinquioribus, melius purgant: hac mixtura fiet purgatio ad vſum; ℞ dia catholicons ʒ.ij. electuarij indi maioris ʒ.j. agarici trochiſcati ʒ ij. turbit gummoſi ʒ j. ſyrupi capillorum Ve. q. ſ. miſce, & fiat confectio. Doſis cochlearium vnum.

Quarto, auertentibus auxilijs, vt ijs quæ per nares & palatum purgant, errhinis ſcilicet apophlegmatiſmis, & alijs multis, de quibus cap 25. precedenti, quales ſunt clyſteres, & glandes acres, & cauteria in capite. *Deriuatio*

Quinto, promouentibus ſputa, hoc eſt, inſcindentibus, dilatantibus aſperam arteriam, & roborantibus pulmones: horum quędam ſunt ſimplicia, vt capillus Ve. liquiritia, vuę paſſæ, crocus, ficus, iuiubæ, hyſſopus, ſcabioſa, ariſtolochia, folia & ſemen vrticæ, enula campana pulmo omnis, præcipuè tamen vulpis, dulcia omnia, ſalſa, amara, & acria ſimul. Ex his fiunt decocta, ſyrupi, loch, & electuarij, vt ſyrupi capillorum Ve. de liquiritia, oximel. S. ſyrupus de hyſſopo, de praſio, oximel compoſ. oximel ſcilliticum, loch ſanum & expertum loch caulium, loch de pulmone vulpis, loch de pinole electuarium Diairis; hæc & ſimilia detineantur in ore & ſenſim tranſglutiantur, vt à gula in aſperam arteriam per poros penetrare poſſint, aut ſaltem eorum vis. Hæc mixtura ſeu confectio eſt optima in hoc genere quinto; ℞ ſucci liquiritiæ, hyſſopi, ſcillæ, radicis lilij an. ʒ. viij. capillorum Ve. ſiccorum ʒ vij. ſeminis vrticæ, cordumeni, piperis, ariſtolochię rotundæ, naſturtij, baurac, carui, amygdalarum amararum an. ʒ.v. fiat ex his cum melle ſufficienti confectio, cuius cochlearium vnum doſis ſit mane & veſpere, cum vnciis tribus ſequentis liquoris: ℞ caricarum, dactylorum an. numero. x radicis liquiritiæ, hyſſopi, calmenti, praſij, capillorum Ve. an ʒ.j. radicis apij, fœniculi, & ſeminis eorum, ſeminis vrticæ, & fœnugræci an. ʒ.ſ. fiat decoctum in libr. duodecim aquæ, donec tertia pars conſumatur, percoletur, & cum libr. duabus mellis fiat inſtar mulſæ. *Promouentia ſputũ & roborãta pulmones.* *Syrupi.* *Loch.* *Electuaria.* *Confectio.* *Liquor*

Aqua stil latitia. Hæc aqua in hoc genere remediorum eſt vtiliſsima; ℞. pulmonum hirci caſtrati in paruas partes diuiſi numero iij. pulmonem vnum vulpis, ſi nãciſci poſſumus, capilli Ve. m. vj hyſſopi m. ij. radicis iari, ſeu ſerpentariæ contuſæ ʒ. ij. liquiritiæ recentis, ſi licet aliunde parare ʒ. iij. fiat ex his aqua inſtrumẽto vitreo, & igne pauco; eius dosis ʒ iiij. cum pauco ſaccharo cando, aut ſaccharo communi. Aqua ligni guaiaci, ſeu indi cum medicamentis pectoralibus facta, eſt etiam optima, & experta à me in hoc genere remediorum. Ius galli gallinaceiveteris medicamentis pectoralibus factum eſt ab omnibus laudatum, & expertum. Thoraci ſunt admouenda medicamenta, quæ in hoc genere conferunt, vt facilius & citius medicamenta pectoralia ſputum promoueant; vt ℞. olei amygdalarum dulcium, & ſeſamini an ʒ. j. olei de lilio ʒ. ß. croci puluerizati ʒ. j. axungiæ gallinæ ʒ. ij. ceræ, quod ſatis eſt, miſce, & fiat vnguentum. Vel; ℞ emplaſti filij Zachariæ, & de meliloto an. æquas partes, extandautur ſuper alutam ad formam & magnitudinem pectoris.

Aqua ligni ſanctis. *Ius galli Veteris.* *Topica.* *Reſolutio.*

Sexto, reliquias materiæ ſiccantibus, & diſſipantibus, vt Mithridato, theriaca magna, diamuſco dulci, & amaro, pliris arcoticon, & ſuffitu cum thure, & ſulphure: quamuis ſulphur interius cum melle, aut ouo, aut ſyrupo pectorali conferat huic morbo. Ab aliquibus laudatur ſuffitus ex Arſenico, ego tamen non laudo; etſi ſit aquis cardiacis caſtigatum. Nonnulli in vltimo genere præbent pilulas ex mirrha, coſto, ariſtolochia, caſia lignea, croco & arſenico; ego ſemper damno hæc medicamenta, & his ſimilia, quanquam arſenici ſit parum. Cauterij in furcula ſuperiori thoracis in hoc genere remedio rum à multis doctiſsimis medicis maximè laudatur.

Aduerte. *Cauterij laus.*

De Orthopnæa, Aſtmate Diſpnæa.

CAPVT. XXVI.

Scholium.

TRIA ſunt nomina apud Græcos. *Diſpnæa nomen Græcum Latine ſonat ſitiũ in reſpiratione, aut laſio reſpirationis: qua ratione ſubſ. comprehendit reſpirationem frequentem, celerem, interceptã, anheloſam, & rectam. In hac communi ſignificatione loquitur Galenus primo de diff. reſpi. cap. 2. Et cum varia ſint laſiones reſpirationis, illa, quæ exiguæ ſunt, appellantur aliquando à Galeno nomine generis, difficiles reſpirationes, & cum ex qua laſio varie poſſit comparari, varia etiam habebit nomina. Si enim comparemus quamlibet noxam reſpirationis cum abolita reſpiratione, omnes laſiones reſpirationis erunt exiguæ, & ideo ſeruabunt nomẽ generis, qua ratione Gal. 4. de loc. affec cap 7. aphnæam, hoc eſt abolitam reſpirationem, ſeparauit à diſpnæa omnes alias reſpirationis laſiones illi, quæ maxima eſt, opponens. Si vero omittentes ablatam reſpirationem, vnam laſam reſpirationis laſionem cum alia comparemus: illa, quæ exigua eſt, hoc eſt deciſa, dicetur difficilis reſpiratio, nomen generis huic tantum differentia accommodantes, & hac ratione loquitur Gal. 3 de diff. reſp. ap. vltimo & 6. eiusd. par 3. com 9 Ex quibus omnibus hanc vltimam reſpirationis laſionem aſſumentes, tanquam vnam differentiã, tres ſtatuemus in vniuerſum difficilis reſpirationis differentias. Prima erit illa paulo ante dicta, quæ ſeruat no-*

Diſpnæa nomen commune.

Tres differentiæ difficilis reſpirationis

men genera, & inl aliud eſt, quam denſa reſpiratio. Secunda dicitur aſthma, & tertia ortophnœa. Aſthma eſt dē ſa reſpiratio ſine febre, qualis apparet in his, qui diu accurrerunt: quæ, vt colligitur ex 7. de comp. Secūdum locos cap 6. duo habet ſymptomata cōiuncta, vnum eſt arctatio thoracis ſenſibilis, Secundū eſt ortophnœa, id eſt recta ſpiratio. Vnde apparet error practicorum, ſeparantiū ab aſthmate ortophnœā. Dices, nonne tu hanc tertiā difficilis reſpirationis differentiam, ab alijs diſtinctam ſtatuiſti? Reſpondeo verum hoc eſſe, quia aliquādo ortophnœa reperitur ſine aſthmate in ſuppuratis perineumonicis, & alijs, in quibus recta ſpiratio, cū nō ſit ſine febre, neq; fiat ab obſtructione, ſed cōpreſſione, non dicitur aſthma. Difficilis reſpiratio cauſā habet humorē frigidū, parū obſtruētem aſthma tuberculū, & eundē humorem, ſed obſtruentem magis arterias aſperas, quæ in pulmone habētur Inde intelliges, deceptū fuiſſe Iacotiū, exiſtimantē Menachū collegū de Arras, aſthmate mortuū integris pulmonibus, ſolū abceſſu nōnullarum arteriarū exiſtēte. Qua enim ratione ex illo abceſſu poſſit læsa reſpiratio nōſcio deor. Decipitur etiā idē ſentiens ex reſectatione, vt in chymiſtis, aurificibus, fabris ferrarijs, & alijs fieri aſthmatā cū aſpera arteria magnū habeāt meatū, nunquā in his ſiccitas poterit aſthmatis eſſe cauſa. Verū eſt hos aliquantul aſthmaticos apparere ob vaporē craſſum obſtruentē prædictas arterias. Exonctione autē morbi gallici, ſi aſthma cōtrahat, proueniet ācr. ſſo humore, ab argēto viuo ad aſperas arterias expulſo. Ortophnœa fit ab obſtructione aſperarum arteriarum pulmonis in ſuppuratis, perineumonicis, & his, qui multo humore corpus pulmonis habent imbutum. In hoc capite aduerte auctorem ſolum tradere curationem prædictorum affectuū, quæ ſine febre ſunt, & ſequuntur morbum in via, nempe obſtructionē aſperarū arteriarū ab humore craſſo factā. In curatione aſthmatis aduerte medicamēta in ſpecie ia,

Aſthma quid.

Practicorū error.

Obiectio.

Cauſa difficilis reſpirationis.

Animaduerſio.

qua

quæ stilla sunt assumenda esse non simplicia, sed cũ medicamẽto aliquo humido permixta, quod est Gal. præcipuũ 5. simpl. cap. 12. in affectibus thoracis & pulmonis, ratio est, quia humor in pectore non debet siccari, at cũ amara sicca sint, ideo cum re liquida & humida permiscenda sunt, vt penetrando inscindant humorem, & siccitate non ladant.

De perineumonia, & Pleuritide.

CAPVT. XXIIII.

QVIA Perineumonia, quæ est pulmonũ inflãmatio: & pleuritis, seu lateralis morbus, quæ est inflammatio membranæ costas succingentis, vel musculorum ei propinquorũ, (autore Gal. 5 de loc. affec.) ijsdem fermè remedijs curantur; hoc capite de his duobus affectibus non immeritò agere statuimus. Fiunt ab ijsdem propè causis; quamuis peripneumonia à sanguine magis pituitoso, & pleuritis à bilioso vt docet Galenus commẽtario. 33. lib. 6. Aphorismorum: vtriusque tamen affectus causa externa calida per se, & frigida per accidens comprimendo esse potest. Perineumonia quoque fit ab angina, à pleuritide & capitis distillatione: nonnunquam verò (vt ait Paulus) eius origo est sola inflammatio. Lateralis morbus aliquando est epidimialis, fitque per contagionem, quemadmodum pestis. Perineumonia (vt vult Gal. 2 de locis affect. cap. 3.) deprehẽditur ex tanta respirãdi difficultate, & angustia, vt suffocari laborãtes videãtur, ac recti sedere conãtur, quæ affectũ ortophnœa nominãt; Aetius tamẽ sexto sermo. cap. 66. omnes perineumoniæ notas depingit lõgo satis sermone. nimirũ febrẽ acutam, grauitatẽ thoracis absq; dolore, inflammatis tamen pelliculis thoracis sentitur

Definitio.

Causa.

Pleuritis contagiosa. Nota.

O dolor,

dolor faciem rubicundam, præcipuè malas, naſum in ſummo timum, appetentiam laſam, linguæ ſiccitatem, aquæ frigidæ, maiuſque etiam aeris deſiderium, tuſsim ſiccam, vel, ſi expuant, ſpumoſum id eſt.

Accidentia inſeparabilia pleuritidis (ſi Galeno & veritati credimus) ſunt febris acuta, dolor perinde ac ſi locus vel intendatur, vel pungatur, reſpiratio frequens & exigua, pulſus paruus arteriam duram, & quodammodo tenſam indicans, tuſsis magna ex parte cum ſputis coloratis, non nunquam verò ſine his; has incoctas pleuritides appellat Galenus loco ſuperius citato, ſcilicet de locis affectis. cap. 1 quæ vel celeriter hominem rapiunt: vel longo temporis ſpatio finiuntur, quo in loco multas doloris latéris ſpecies proponit.

Curatio. Curatur vera pleuritis ſex generibus remediorum: primo, ratione victus tenui vſque ad quartum diem, cum vires ferre poſſunt, vt lacte amygdalarũ dulcium ſine pane, ptiſana hordei colata, vel non colata: à quarto vſque ad ſeptimum pane loto & lacte amygdalarum cum ſaccharo & radice bugloſſæ condita ſaccharo: poſt ſeptimũ iure pulli refrigerato, cremore hordei; temper tamen ægri natura & conſuetudo eſt conſideranda. Bibat aquam hordei, aut ſaccharatam, aut ex decocto liquiritiæ remiſſe calidam; vinum nullo modo bibendum eſt niſi vires ſint admodum imbecillæ: tunc enim vinum dilutum, & ius gallinæ, aut aqua eiuſdem per diſtillationem conuenirent, aut in declinatione. Dormiat ſupra affectam partem. Talis enim incubatio minorem dolorem infert, augeturque calor partis affectæ, & magis reſoluit materiam phlegmones.

Pleuritis. Victus.

Alius ſit facilis, ut nimium ſemel in die. Animi perturbationes, quę augere poſſunt inflammationem, tollantur, vt ira, timor, & inimiles.

Renulſio ſeu reuulſio ſimul. Secundo, auertentibus materiam, quæ augere poſsit inflammationem, vt ſectione venæ internæ cubiti, quam vocant

cant hepaticam, eiusdem pertis ' seruata semper rectitudine, vt duplex scopus propositus sit, alter ad reuellendum, alter ad vacuandum: quod fieri non potest per sectionem venę partis oppositę. Si non apparet vena interna cubiti, communis secanda est, aut humeralis, si duę aliæ non appareant: semper tamen sanguinis copia respondeat morbi magnitudini, naturę ægri, viribus regioni, & consuetudini. Si morbus semper augeatur post primam sanguinis missionem, fiat secunda, & tertia, si opus fuerit, & vires patiantur: semper tamen ab eadem vena, postea quam ex diuersis fieri non potest: quemadmodum in inflammationibus & tumoribus aliarum partium, in quibus, cum fluit humor, facienda est sanguinis missio ex parte longinqua per reuulsionem; cum iam fluxit ex parte eadem, aut propinqua, vt in angina diximus. Si vires deficiãt, & ætas non sit florida, sanguis mittatur per cucurbitulas cum scarificatione inter scapulas, si non sit plenitudo, & in natibus si fuerit plenitudo. In quacunque parte fuerit dolor, etiamsi infestet partes, quę sunt sub scepto transuerso, vt docet Gal. comment. 11. secundi de ratione victus in morbis acutis, quamuis vacuationem per medicamenta purgantia Hippocrates tum eligat sequens aphorismum 22. primi libri, quæ ducere oportet: sed ego cum Galeno semper ad reuellendum & euacuandum simul, magis laudo eius sententiam, quia inflammationibus internis, & febribus ardentibus medicamenta purgantia, præcipuè Græcorum sunt satis calida, & valenter mouent, ideoque timeda. Præterea alui profluuium in pleuritide, & peripneumonia, si adueniat, malum; vt Hippocrates 6. lib. Aphorismo. 16. scribit. Quare in his duobus morbis benedictis medicamentis & salubribus purgabis suo tempore, quarto videlicet genere remediorum. Auertunt quoque frictiones, ligaturæ partium extremarum & clysteres. *Auersio.*

Tertio, materiam apparantibus (quæ si fuerit turgida absque coctione vacuanda est) vt syrupo violarum syr. *Præparatio materiæ* endi

endiuiæ S. cum aquis endiuiæ, cichoreæ, & borraginis: aut cum decocto hordei ſine cortice, violarum, & liquiritiæ: idque cum materia eſt biliosa, quæ ſi fuerit admodum tenuis, ſyrupo nenupharis, & de papauere eſt incraſſanda: craſſa verò aut mixta cum craſſa ſyrupo capillorũ Vene. de liquiritia, de hyſſopo, cum oxymelle. S. decocto pectorali, eſt concoquenda.

Purgatio. Quarto, purgantibus non valentioribus, qualia ſunt Græcorum, ſed clementioribus, & ſalubribus; quæ Arabes & noſtra ætas cognouerunt, exceptis ſtipticis, & aſtringentem ſubſtantiam habentibus, vt eſt rhabarbarum, & myrobalani, præcipuè cum tota ſubſtantia: eorum tamen infuſio eſt probata, & laudata, & aliquando ſcammoniata correcta, quando ſalubria non ſufficiunt, vt in electuario de ſucco roſarum, & diaprunis ſolutiui, & in parua quantitate, & mixta alijs ſalubribus; vt ℞ medullę caſsiæ fiſtularis recẽs extractæ ℥.vj medullæ tamarindorũ (quũ eſt ardentiſsima febris) ℥.iij. (nec timeas acetoſitatẽ tamarindorũ) infuſionis rhabarbari per noctẽ in aqua endiuiæ factæ ℈.iiij. ſyr. violarũ ℥.j decocti florũ cordialiũ q.ſ. miſce, & fiat potus. Si copia bilis fuerit magna, adde ℥.j. diaprunis ſolutiui: & ſi craſſa & mixta cũ pituita, adde ℥. ſ. agarici trochiſcati; aut ℈.ij ſi amat magis pilulas, quę magis in hoc morbo cõferunt, has accipiat hora idonea; ℞ pilularũ de rhabarbaro, & agarici trochiſcati an. ℥.ſ. fiãt pilulæ ſeptem cum aqua endiuiæ, & aurentur ſi non eſt pauper.

Sputum inuamia. Quinto, ſputum materiæ pleuritidis, quæ in pulmonem & thoracem exudat, facile & fluidum reddentibus in omni tempore phlegmones, & omni hora dici, alijs atque alijs medicamentis, vt ſyrupo violaceo, de iuiubis, capillorum vene. de liquiritia, ſyrupo acetoſo S. & oxymelle. S. pilulis bechichis, ſaccharo candio violato, electuario diadraganto frigido, & ſimilibus, & hoc eclegmate, ſeu loch; *Loch.* ℞. penidiarum, ſacchari candi violati an. ℥.j pulueris diadraganti frigidi ℥. ſ. ſucci liquiritiæ, & pulmonis vulpis

an.

an. ℥.ij. gummi crassi ℥.j. syrupi violarū & ℥. ij ℈. syrupi acetosi. ℥ j. misce, & fiat lech. Hæc omnia quæ sputum promouent, retineantur ore, & sensim deglutiantur. Hic liquor seu syrupus non perfectè decoctus sputum promouet: ℞. capillorum veneris, violarum an. m.ij. iuiubas numero x. uuarum passarum sine granis. p. ij liquiritiæ ℥ ij. fiat decoctum, de quo percolato accipe libras duas, pòst parum feruefant. Foris ad sputum excitandum confert hoc vnguentum: ℞ olei sesamini, & amygdalarum dulcium an. ℥ j ℈. emplastri filij Zachariæ loco ceræ q. s. misce, & fiat vnguentum, vel ℞ emplastri filij Zachariæ q. s. extendatur super alutam ad formam medij folij papyri. Quidam in hac inflammatione parti affectæ admouent repellentia medicamenta; & male: quia augent inflammationem.

Liquor.

Torcula.

Obseruatio.

Sexto, reliquam materiam resoluentibus, & dissipantibus, vt vnguentis, emplastris, cataplasmatis, & fotu per spongiã ex decocto camomillæ, meliloti, seminis lini, fœnugreci, furfuris, vel per vesicã plenã simili decocto. Saccus ex milio, sale, & furfure bene tostis est optimus in hoc genere remediorũ. Hæc tamen omnia, & similia initio veræ pleuritidis maxime nocent, & in augmento: valenter enim augent inflammationẽ. Quare errant multi indocti medici, qui in cõsiderate fomẽtis & calefactoribus vtuntur. Solet enim, Galeno autore comment. 31. sexti lib. Aphorismo. in his fomentum aliquantum mollire dolorem, sed alteram fluxionem aduocare, experientiæ tamen gratia ad cognoscendum qualis sit affectio Hippocrates & Galen. medici sapientissimi, & prudentissimi ijs vti sunt. In non vera pleuritide ad fiatum dissipandum optima sunt, & ijs vbi dubitat medicus an sit vera, an non vti oportet: semper tamen cautè, ne attrahatur humor ad laborantem locũ, & ne ex non vera fiat vera, vel si vera fuerit, ne augeatur. si autẽ pleuritis suppuretur, à qua pauci liberãtur, natura non est impediẽda, sed potius eam ars imitari

Resolutis.

Vesicæ.

Sacculus.

Error in doctorum.

Curatio ve tatis a Gal go dicta.

ferè

ferè ſemper conatur, vt hoc medicamento interno; ℞. maluę, bis maluæ an m j ficuum.p.j.ſeminis lini, & fœnugręci an.p ℈ fiat decoctũ, de quo percolato accipe libras iii. cui addde butyri recentis ℥.j.olei amygdalarum dulcium ℥.iij.miſce, & ſæpe in die tranſglutiat paulatim parum huius medicamenti. Foris admoueatur hoc catamma ad id. plaſma ℞ foliorũ maluarum.m.ij.radicis althęæ.m.j. caricarum,ſeminis lini an.p.j.omnia decoquantur,& poſtea cum vncijs duabus farinæ fœnugræci, & cum vncijs duabus & ſemiſſe olei fiſamini,& vncia vna butyri, addendo vnciam ſemis axungiæ gallinæ,drachmam ſemis croci,& duos vitellos ouorum,miſce,& fiat cataplaſma:quod parti affectæ admoueatur.

Medicamentũ in cernũ pus efficiens.

Catamma ad id.

Quæ abſceſſum rũpunt.

Confecto pure rumpatur abſceſſus frequenti tuſsi, & vociferatione,vomitu,& ſteruntamentis,& corporis vehementi concuſsione. Deinde abſtergatur vlcus aqua hordei cum cortice ſaccharata, & ſi non ſuffecerit ipſa cum hydromelle ex decocto furfuris,& cicerum,præſertim ſi non ſit febris. Vltimo verò vlcus glutinabunt terra ſigillata, bolus Armenus,& alia,quæ dicẽtur capite de Phthiſi, ſed in hoc,ſimilibusque vlceribus conſule doctum chirurgũ.

Abſterſio.

Glutinãtia.

De Perineumonia & Pleuritide.

CAPVT. XXVII.

Scholium.

Perineumonia qd.

VIA perineumonia. *Perineumonia eſt inflammatio pulmonis. Vbi inflammatio tumorem præternaturalem ſignificat, poteſt enim fieri perineumonia a quocunque humore, vt in plurimum tamen contingit ab humore pituitoſo, & craſſo, quia in ſubſtantia laxa (quælem*

Cauſa.

lem habet pulmo) melius moram facit, Signa eius sunt fe bris acuta, dolor grauis, difficilis respiratio, rubedo malarũ & pulsus mollis. Febris acuta (qua acutior est, quam in pleuritide, etsi fiat à causa calida, & peripneumonia a frigida) contingit à duabus causis, prima à vicinia cordis, secunda à vasorum cum corde communicatione. Dolor grauis fit, quia pulmo paucos & exiguos habet neruos, & ideo in eo dolor ratione membranæ ipsum ambientis sentiri debet. Difficilis respiratio cum orthopnœa cõtingit, quia pulmo est instrumentum respirationis, ac proinde peripneumonia est affectus acutissimus à quocunque humore fiat, pernitiosissimus tamen, si fiat à sanguine bilioso, quia habet maiorem febrem, ob quam ita augetur vsus, vt non possit ei respiratio sufficere. Rubedo malarum non apparet in hoc affectu statim in principio, sed postea vaporibus ascendentibus & in malis detentis, exhalant enim ab humore crasso, quod non contingit in pleuritide, qua vt in plurimum fit a bile, cui cito dissipari propium est. Pulsus mollis euenit in hoc affectu, vt autor est Galen. de pul. ad Tiro. Propter raritatem pulmonis, & irrigationem arteriæ à pituita aquosa. Quamuis enim ratione inflammationis debuerit esse durus, pituita tamen, & partis natura id impediunt, & occultant exiguam arteriæ tensionem. Pleuritis namen est aquiuocum, nam primo significat quemlibet lateris dolorem, etsi sit citra inflammationem: & hunc affectum nominare solemus lateris dolorem, aut pleuritidem spuriam. Secundo propriè significat imflãmationem membranæ pleuræ, qua multis donatur venis. Vnde errat Iacobus pl urisitidem etiam in periostio collocans, in eo enim pauca & exiles venæ, inflãmationi non suppeditãtes materiã. Pleuritis propia rursus dauiditur in exquisitã, & nõ exquisitam. Exquisita dicitur cum membrana primum inflammatur. Non exquisita cum membrana secũdario, hoc est ad inflammationem musculorum internorum intercostalium afficitur: cum enim pleura huic musculis ad-

Signa.

Pleuritis

Pleuritis propia dis tinguitur.

ba

hæreat, et ſit Veluti tegumentum eorum, proinde fieri non poteſt, Vt illis muſculis inflammentur, quin pleura quoque inflammetur, & contra: ſicut in tenui meninge, & cerebro euenire cap. de phrenitide diximus. Has duas pleuritides ex Gal. 5. de locis affectis cap. 2. diſtingues expulſu, qui in exquiſita magis durus eſt. Signa Pathognomonica pleuritidis ſunt febris continua, & acuta; dolor punctorius, pulſus ſerratilis, & durus, difficilis, & frequens reſpiratio, & tandem tuſis. Febris hunc affectum comitatur, quia inflammatio propinqua eſt ipſi cordi, & eius inuolucro. Dolor propter tenſionem ſoluta continuitate, punctorius Vero, quia eſt tenſio in membrana, quæ acutum habet ſenſum: dicitur autem punctorius, quia agroti habent talem ſenſum, qualis ſolet ſentiri in acus punctura. Et cum membrana ex ſua natura ſint extenſa, & inflammatio tendat membranam, proinde etiam Vicina partes inflammationi etiam tendi ſolent, & hac ratione dolor ferè per totam membranam extenditur; Vnde prouenit, Vt dolor aliquando ad iugulum aſcendat, & aliquando in hypocondrijs ſentiatur. Pulſus eſt durus in pleuritide, non propie, ſed apparentia, quia tenſa eſt aqteria ſerratilis Vero, quia inæqualiter arteria mouetur, ob eius inæqualitatem in duritie. Eſt autem reſpiratio frequens, quia magna reſpiratio, quam calor cordis auctus requirit, exerceri non poteſt, ob dolorem à dilatatione thoracis excitatum, & ideo frequentia motus defectum diſtentionis ſupplet. Tuſis à natura excitatur, Vt tumorem, qui eſt moleſtus eſt, & humorem reſudantem ex eo expellat Præter hæc ſigna, alia in pleuritide reperiri ſolent, quæ mox apparentia dicuntur Hæc aliquãdo contingunt, & aliquãdo nõ: interqua eſt aphonia, quam Vocis privatio emait Lupetus euenire per conſenſum affectis nervis Vocalibus. Qui maxime decipitur, nervi enim Vocem efficientes in pleuritide non afficiuntur, ſed fiunt aliquando pleuritici

Signa.

Lupeij lapſus.

apho-

aphoni deficiente materia vocis, quod in magna pleuritide experimur, in qua ob inflammationis magnitudinem, non potest attrahi aer ad vocem necessarius. Valesius libro septimo epyd commen 13. ex Hippo. sententia motus suscitat quæstionem, olim à barbaris medicis agitatam: quæritur, cuius lateris pleuritis sit periculosior. Aliqui pleuritidem sinistri lateris periculosiorem esse sentiunt: quia hæc pars nobilior est, ob cordis situm. Alij contrariam defendunt sententiam, ad ductis etiam ex nobilitate dextri lateris, quam colligunt ex caliditate maiori prouenente ex maiori latitudine arteriarum, quæ per ipsum disseminantur: & ad argumentum de situ cordis respondent, cor in medio thoracis pendere, & non in sinistra parte. Valesius in hanc secundam doctorum sententiam sic explicit controuersiam. Pleuritis tres exitus habet: primus est resolutio, in qua sensim euacuato humore breui intra morbi constitutionem liberantur ægri: secundus est corruptio, qua breui moriuntur, humore vincente naturam: tertius est suppuratio, in qua magna ex parte moriuntur etiam ægri sensim tabescentes, aliquando vero liberantur. Ex his optandus est exitus, qui resolutione fit, timendus, qui resolutione: illo vero, qui suppuratione contingit, timendus etiam, sed minus. Iam pleuritis lateris dextri maior erit, & acutior, si partis naturam consideremus, quæ calidior, & sanguinolentior est, & sic parata ad calidas & acutas inflammationes: vnde pleuritis huius lateris, erit parata ad citam salutem, aut mortem, per resolutionem, aut corruptionem (acutorum enim est hoc) sinistræ tardius in suppurationem abibit: vide verum etiam. Facta vero suppuratione (quæ in vtroque latere fieri potest) deterior est haud dubie dextri lateris, quia non poterit fieri, nisi ea parte multum debilitata, debilitatam autem esse partem, alioqui fortem, grauius est, quam debilem: accedit, quod sinistra pars, vt ignobilior opportunior

Controuersia.

Valesij sententia.

est

eſt curationi, quia cum minori periculo ſecatur, & vritur.

Quæ ſequãtur ad Valleſiſſententiam.

Hæc Valleſius. Ex quo hæc omnia colligimus, primum eſt, pleuritim tres habere exitus. Secundum dextrum latus eſſe calidius ſiniſtro, & plus ſanguinis continere, eo quod arteriæ per ipſum diſſeminatæ ſint maiores, quam in ſiniſtro. Tertium, ex dextri lateris maiori calore ſequi in eo maiores inflammationes. Quartum in parte ſiniſtra ſæpius fieri ſuppurationem, in dextra vero æpius reſolutionem & corruptionem. Quintum, ſuppurationem dextri lateris eſſe peiorem, eo quod pars debilitata robuſtior erat, tũ quia maiori cũ periculo vritur & ſecatur. Hæc ſi examinemus, inuenietemus primũ verũ eſſe, alia verò oĩa eſſe falſa innitũtur enim falſo ſuppoſito, qđ eſt partẽ dextrã eſſe calidiorẽ, quia habet arterias maiores, hactẽus enim nullus anatomicorum id animaduertit. Imo ſi diſſecãs corpus attẽte id aſpicias, arterias dextræ partis æqualis magnitudinis cum arterijs ſiniſtræ reperies, hæc enim eſt natura iuſtitia, quã in duobus oculis & auribus experieris. Imo ſi arterias ſpectemus, ſiniſtrum latus erit calidius, cum arteria magna verſus ipſum declinare videatur, ſi hoc ita eſt, non ergo dextrum latus erit calidus ſiniſtro, neque plus ſanguinis continebit, & inde ſequetur non eſſe robuſtius, neque in eo plures & maiores fieri inflammationes, neque plures reſolutiones, & corruptiones, neque erit peior ſuppuratio in eo, quam in ſiniſtro, neque ſectio et vſtio ſiniſtri lateris minori cum periculo fiet. Sed cum æquali, cum æquales partes, & præſentes æque vulnerentur. Sedabitur ergo controuerſia breuiter hoc modo. Si cætera ſint paria ſolo diſcrimine exiſtente in ſitu, æque periculoſa eſt pleuritis dextri lateris, ac ſiniſtri, cum æqualis dignitatis partes occupet. Fortaſſe tamen Valleſium & alios, vt exiſtimarent dextrum latus eſſe calidius, ac proinde robuſtius decepit brachium dextrum. Cum non ſit par ratio, nam brachium dextrum plus mouetur, quam ſiniſtrum, & ideo & calidius, & robuſtius eſt. quod lateri dex-

Valleſius reprehenditur.

Sedatio cõtrouerſiæ.

dextro non contingat.

Curatur vera pleuritis. Ratio victus in pleuritide, & aliis internis inflammationibus, distincta est ab ea, quam tradit Gal. 11. methodi in febribus, in quibus cum tota materia ad vnam expulsionem seruetur, in principio crassiori (vt perdurent vires) in statu vero tenuiori victu (ne impediamus naturam) vtendum est. Contra in pleuritide & aliis internis inflammationibus, in principio tenuem adhibere oportet victum, vt fluxionem minuamus, at in statu fluxionis, quando coctio apparet, crassum, vt vires roborentur ad sputum educendum: quod ex Hippocrate primo acut. sent. 23. colliges: si os inquit madescat, & quæ expuuntur ex pulmone talia sint, qualia esse oportet, sorbitionis quantitatem auge. Ratio victus.

Aquam bibant cum liquiritia, aut capill. Veneris, aut pauco cinamomo decoctam, et sit tepida, vt humor inscindatur & attenuetur, qui ab aqua frigida solet incrassari. Vinum paucum solemus concedere eo consuetudinem. Potus.

Secundo auertentibus. Cum pleuritis sit tumor præter naturam, in principio postulat reuulsionē, & euacuationē simul, seruata rectitudine, nō solum naturæ, vt voluit Rō doletius, sed naturæ simul & vasorū. Secabis ergo basilicā eiusdem partis, quæ ex parte affecta magis, & citius euacuat, quam alterius partis; & hoc propter illam venam, quæ ex axillari orta, & sub osse pectoris delata, communicationem cū vena Rigos ramis habet. Dices nō semper esse venam secandā in principio pleuritidis, quia ex Hippo 2. de ratione victus in acut. sent. 11. in pleuritide, quæ habet dolorē vergentē ad hypocondria purgandū est. Respō ideo pleuritidē omnem, etiāsi habeat dolorē vergentē ad hypocōdria, in principio postulare sanguinis missionē, quoniam hoc solū remedium potest ex parte affecta reuellere, & euacuare: neq; Hippo in supradicta sententia contrariū docuit: Quod si dixit esse purgandū, id fecit, vt nos doceret id quod habet propium illa pleuritis, in qua dolor ad hypo- Curatio. Vena sectio. Obiectio

condrium vergit, inquã) cum poſt ſanguinis miſſionem & coctione apparente videamus inclinare humorem ad venas inferiores, per ipſas purgatione educemus ipſam: hoc autem communem rationem curandi pleuritidem non tollit, quia cum ſit inflammatio, ſectionem venæ ſtatim requirit. Quem locum (ignoſcant mihi eius manes) Galenus non recte explicauit.

Duo auctoris lapſus.

Tertio materiam apparantibus. *Bis peccat autor; primo in pleuritide turgentiam ſtatuens, cum in ea humor inſonæ parte firmatus ſit. Secundo purgans, ſi enim humor peccans in thorace continetur, per ſputum eſt educendus, & non purgatione, natura enim vt in plurimum per hãc partem eum expellit. Addo vt in plurimum, quia aliquãdo cum exigua eſt pleuritis, per alium eum expellere ſolet, 6. apho. com. 6 aliquando etiam per vrinam, quod raro etiam contingit, ac proinde in his eam non imitamur.*

Multorũ lapſus. ἐν τῇ χρήσει

Quinto ſputu materiæ. *Facta reuulſione, et aliqua humoris cum ratione ex parte aſſecta, quod ex accidentibus remiſſis intelliges, opus erit humorem reſudãtem ex inflammatione euacuare. Quod aliquã vt præſtare poſſimus, ſic diſtinguntur: ſi humor in thorace contẽtus ſit craſſus, debet in coctionem, ſi vero tenuis, tum craſſa aëri cedens in thorace remaneat. His tamẽ decipiuntur, quia etſi illud verũ ſit in humore qui diſtillãs a capite in aſperis pulmonis arteriis recipitur, in pleuritide tamen falſum eſt, in ea enim, cum humor ex cauitate pectoris debeat aſperas pulmonis arterias ingredi per porros membrana pulmonẽ ambientis, attenuantia medicamenta ſemper deſiderantur: quod elegãtiſſime docet Gal. 13. metho. cap. 18. Vbi aduerte hanc medendæ attenuãtia, labendo, & ſupino homine ſenſim eſſe deglutiẽda, vt aſperã petant arteriã. Qua autẽ medicamenta exterius applicanda ſint ex humoris natura, & loco colligemus. Si enim humor ſit tenuis, qualis vt in plurimũ ſolet eſſe in pleuritide leuiter digerendũ eſt, potiſſimũ ſi ſit in muſculis inflammatio, hoc commode præſtabit emplaſtrum*

In pleuritide ſemper ſuntinſcindẽtia exhibenda.

Modus vtẽdi medicamẽtorũ. Exterius quæ applicanda.

strum filij Zacharie. Si autem humor sit crassus, & impicura membrana augenda erunt digerentia, qualia sunt emplastrum de melilloto, puluis iridis, & cyclaminis. Repellentibus nunquam utaris, ne ex uenis exiguis pulsus humor augeat affectum, tum ne partes uicinæ nixæ suscipiãt.

Sexto reliquam materiam. Pleuritis signis supra positis deprehenditur, habet etiam plethora sua signa: Vnde id quod auctor dicit de curatione pleuritidis tentatiua, nõ potest conuenire: uenæ enim Hippo. fomenta calida applicat, non ut tentando discat, sed ob unam ex duabus causis: prima est, ut curet affectum, aliquando enim inflammatio exigua est, & exigua fluxio, qua ex Gal. 6. epy par. 3. com. 9. iuuamur, sine sanguinis missione curari possunt, digerentibus medicamentis dissipatis humoribus: Secunda uero causa, ob quam fomenta calida applicat, est, ut leuato aliquantulum dolore non fluat sanguis ad affectum locum. Atque hæc de pleuritide. *Lapsus auctoris.*

Peripneumonia, cum sit acutissimus morbus, & non possint ægri cum ista læsione respirationis multũ perdurare, in principio sanguinis missionem postulat copiosam, non enim semel, sed bis, ter & quater, eadem die sanguinem mittemus, ex basilica cubiti sinistri brachij, quo ad ex remissione accidentium, cognouerimus fluxionem sisti. Et cum propter acutiem hic morbus quarto die soleat ad statum tenuissimo uictu utendum erit, assumentes mulsam cum decocto liquiritiæ, capill. Veneris, aut hordei cum cortice, de cocto etiã cicerum uti possumus, aut iure pullis gallinaceis in quo ciccra, & petroselini decocta sint. Educemus id, quod resudat ex inflammatione, syr. liquiritiæ, capil. Veneris & eximelite simplici, cũ decocto rerũ attenuantium. Aduertere tamẽ oportebit, an sputũ sit coctum, necne. Si sit coctum, augebis uictũ, ius gallinæ exhibens: si sit crudũ, thoracis digerentia, & concoquentia appones, uehementiora tamen, quã in pleuritide, cũ profundioris loco cohorretur affectus: sic emplastro diachilonis magni, & filij Zacharie, addes *Curatio peripneumonia.*

puluerē iridis, aut aristolochiæ, aut cerotō ex thapsia Vti poteris: hæc. n. inscindunt humores, & eos ad externa attrahunt. Si inflammatio suppuretur, periculum certo crescit.

De sanguinis sputo.

CAPVT XXVIII.

Species.

OMNES sanguinis expulsiones (autore Galeno libro sexto, capite secundo de causis symptomatum) toto genere præter naturam cēsentur, excepto sanguinis profluuio, quod mulieribus ab vtero desluit. sanguinis tamen deiectio per os, & cruentum sputum alijs est deterius, præsertim quādo ex pulmonibus emanat, quia tabem efficere solet. Hoc accidit nonnunquam à causa externa, & aliquando ab interna, quas omnes capite vigesimo primo de sanguinis ē naribus fluxu scripsimus: eas tamen ex Galeni sentu longius eruditè collegit Aetius sermone octauo cap. quinquagesimo nono. Causæ externæ ex sermonibus ægri, aut assistentium cognoscuntur; interæ verò per hæc indicia, quæ omnia fere Aetius loco superius adnotato demonstrat. Si enim ob sanguinis plenitudinem accidat, ante reiectionem sentitur grauitas, & pòst melius, leuiusque habet. Si propter oris, venarumque aperationem calidus victus & moribus calidus præcessit Si ob venarum erosionem, cruentum apparet sputum, non subito, sed paulatim sanguis cum tussi expuitur, & semper peius habet. In magna tamen erosione confertim sanguis cum tussi expuitur sine casu, & externa violenta causa. Quando est ex pulmone, sanguis educitur spumosus, subalbidus, atque ex interuallo cum tussi sine dolore prodit, si verò cum leuiori tussi absque spuma pituitosus sit, ex aspera arteria educitur, si niger, & in grumum concretus sanguis cū tussi, & dolore partis affectæ reijcitur, ex thorace est,

Causæ.

Notæ omnium causarū & partium à quibus sanguis fluit.

eſt, ſi verò ex locis, quę ſunt circa fauces, & palatum, ex ore ne, an è gingiuis ſanguis feratur, ex ſenſu deprehendes. Nonnunquam propter hirundinem deuoratam alicui parti inhærentem per palatum ſanguis tenuis & ſeroſus educitur, ſi tamen à capite ſanguis defertur, titillatio palati adeſt, & frequens excretio; aliquando cum tuſsi, & præcedenti capitis dolore aut pondere. In colore ſanguis niger, aliquando pituitoſus, & aliquando mixtus cum pure. Si ex ventriculo, parua copia ſanguinis vomitu educitur. Si ex hepate, aut ſplene colore & dolore partis affectæ percipitur.

Sputum ſanguinis curatur quinque auxiliorum generibus; primo, victu refrigerante, & aſtringente, vt aere, in æſtate ſparſis humi herbis, floribus, & aquis frigidis, & aceto roſato, vt cibo tenui ſaltem primis diebus, & glutinoſo vt hordei farina: ſuccus aggreſtæ, aut acetoſæ, aut malorum granatorum acidulcium ſolus; aut cum alijs eſt optimum alimentum. Poſt primos dies, præſertim cum eſt neceſſaria, inſtauratio maior, ſuccus gallinæ, aut perdicis cum iure pedum arietinorum, aut vitulinorum citò & multum nutrit, & ſanguinem craſsiorem reddit. Farina orizæ cum lacte bene cocta, aut cum iure pedum eſt optima. Denique omnia, quæ ſanguinem incraſſant, & venarum ora obturant, huic morbo vtilia ſunt; vt caſeus recēs, lentes, pyra, mala cydonea, portulaca, & ſimilia. Potus ſit aqua chalybeata, niſi ventriculi, aut totius imbecillitas vino egeat: ſit tamen id rubrum, & benè aqua chalybeata dilutum, qua omnia alimenta ſunt coquenda. Quies animi & corporis, ſilentium, & ſomnus fluxus omnes cohibent. *Curatio. victus.*

Secundo, auertentibus à rupta vena, vel aperta, vt ſectione venę internę cubiti frequenter, vt ſexta quáque hora, ſi opus fuerit, pauco tamen miſſo ſanguine, cum multus per ſputum reiectus fuerit: ſi verò paucus & æger ſit plethoricus, largiori. In menſibus, aut hæmorrhoidibus ſuppreſsis ſanguis mittatur per ſectionem venarum pedum, aut tibia- *Reuulſio.*

Auertentia.

biarum. Auertunt quoque cucurbitulæ coxis, natibus,& inguinibus affixæ,& ligaturæ,& frictiones dolorificæ,& fotus ex aqua calida partium infernarum. Calor enim, & dolor trahunt ad ſe,& hac ratione auertũt àparte affecta.

Reuocatio ſanguinis ad proportionem.

Tertio, æquantibus ſanguinem & ipſum reducentibus ad iuſtam proportionem quatuor humorum, quibus conſtitutus eſt ſanguis ipſe, vt tenui victu parum nutriente,ſi fuerit largior ſanguis,ſi acerbilioſus ac mordax ſyrupo roſarum,myrtillorum,endiuiæ.S.cydoneorũ, & ſimilibus cum duplo aquarum,aut decocti, aut ſucci,acetoſæ,endiuiæ,roſarum,portulacæ,& plantaginis; vt ℞. ſyrupi roſarum,& acetoſitatis citri an.℥.iij. Item ℞. aquarum endiuiæ,portulacæ,& acetoſæ,an ℥.iij.miſce.ſumptis his, aut ſimiliſbus tribus diebus aut quatuor, vacuanda eſt bilis non ſcammoniatis, neque alijs valentibus & acribus medicamentis purgantibus,ſed aſtringentibus;vt ℞. medullæ caſiæ fiſt.recens extractæ ℥.j.corticum myrobalanorum citrinarum,& rhabarbari electi infuſi per noctem in aqua endiuiæ an.℥.j. ſyrupi roſarum ℥ j aquæ portulacæ.q.ſ,miſce,& fiat potus.Si pituita fuerit ſanguini mixta,rhodomelle & aqua abſinthij fiat concoctio eius,& euacuatio per myrobalanos cepulas,vel rhabarbarum,vel turbit ſiue zinzibere; vt ℞. corticum myrobalanorum cepularum,& rhabarbari electi an.℥.ſ.Turbit electi ℥.ſ rhodomellis ℥.j aquæ abſinthij ℥.ij miſce & fiat potus: quod ſi malit pilulas;℞ corticum myrobalanorum cepularum, & agarici trochiſcati an.℥.ſ.cum aqua fœni fiant pilulæ ſeptem,& aurentur,ſi non eſt pauper.

Reſtrictio ſanguinis, aut venæ obturatio.

Quarto, glutinantibus vlcus, & contrahentibus oris hiatum, & tandem ſiſtentibus ſanguinem, hoc tamen genere auxiliorum ſemper eſt vtendum, & ſtatim cum æger viſitur, ne ſanguis immodice fluat: vt portulaca manſa, & ore retenta, lapide hæmatite, corallo albo vſto, bolo armeno, terra lemnia, balauſtijs, ſemine myrtillorum, dragaganto, gummi Arabico, maſtiche,

maſtiche,& ſimilibus ſimplicibus. Sunt quoque compoſita,quæ eadem,aut ſimili facultate valent, & vaſis hiatum opplent,vt trochiſci ex terra ſigillata,& trochiſci de Karabe,& de ſpodio: horum ſingulorum,ſiue ſimplicum, ſiue compoſitorum drachma vna cum aquis,aut ſyrupis aſtringentibus ex dictis potenter aſtringit,& glutinat. aſininum ſtercus recens odoratum,vel potum,quodcunque ſanguinis profluuium ſiſtit; ℞. ſucci ſtercoris aſinini ℥. ij. ſyrupi myrtillorum ℥. j. aquæ portulacæ ℥. ij. miſce & fiat potus: quem bibat æ&u frigidum,& omnia alia medicamenta, & etiam alimenta omnia,ſi fieri poſſit. Narcotica medicamenta huic morbo ſunt neceſſaria,etiam in initio,ne ſi bitò pereat æger, aut ne fiat tabes, ſi breui tempore non conſolidetur vena: ideoque in hoc ſanguinis profluuio Galenus audacter ijs vtitur, præter tamen trochiſcos ſuperius in hoc genere laudatos qui ſunt narcotici, quamuis parum opij ſuſcipiant) præter etiam requiem magnã, & athanaſiam, quæ ſunt narcotica compoſita clementia, cum predicta non ſufficiunt,vtendum eſt philonio Romano, aut Perſico, aut Tharſenſi ab ſcrupulo vno vſque ad drachmam vnam: ſemper tamen his narcoticis, aut ſimilibus non egẽt,qui calidum innatum imbecillum habent, ne ab ijs admodũ frigidis omnino extinguatur, vt multis contingit,qui perpetuo dormierunt ex potu narcoticorũ: ſed trochiſci,qui ſequũtur ſunt optimi,& à multis experti in hoc morbo; ℞. acaciæ, balauſtiarũ,nucis cupreſsi, gallarũ,hypocyſtidos,nucleorum vuæ ſylueſtris,caudæ equinæ, corrigiolæ,myrti,ſumac an. ℥. ij. thuris maſtichis,myrrhæ, lapidis hæmatitis,carabæ,ſantalorũ, coralii rubri,ſanguinis draconis, terræ ſigillatæ, boli Armenici, aluminis foſsi an. ℥. v. ſtercoris aſinini ſicci, capræ & leporis,ſpongiæ combuſtæ, centaureæ minoris, cornu cerui vſti,ſpodij,cupullarũ roſarũ rubrarum,bedeguar, rhabarbari toſti an. ℈. iiij. ſeminis papaueris albi ſeminis inſquiami albi an. ℥. j. corticum mandragoræ,opij caſtorei, caſiæ lignex

Admoni-
tio.

Narcoti-
ca.

Aduerte.

an. ℈.ij croci cāphoræ an. ℈.j. fiant trochiſci cum ſuccis, aut aqua plantaginis, & portulacæ ʒ. Doſis ʒ.j. cum ʒ.ij. aquę aut ſucci portulacæ, aut plantaginis, aut ſanguinarię: ſed ijs non eſt vtendum, niſi poſt tres menſes, vt minimū.

Obſerua. In vſu tamen horum, & aliorum medicamentorum, quæ ſanguinem à pectore fluentem ſiſtunt, ſemper ſunt permiſcenda, quæ pulmones & thoracem iuuant, vt electuarium diadragantum frigidum, ſyrupus de liquiritia, & ſuccus eius, & ſimilia. Quare hoc medicamentum eſt huic affectui ſummè vtile; ℞ conſeruæ roſarum antiquæ ʒ ij. gummi dragaganti, gummi Arabici, & cerafi an. ʒ.iij (diſſoluantur in aquis portulacæ, & plantaginis) ſucci liquiritiæ, boli Armenici præparati, terræ ſigillatæ, lapidis hæmatitis, corallii rubri præparati, ſanguinis draconis, maſtichis, thuris an. ʒ.j. Karabe ʒ.iij. ℈. ſyrupi papaueris, & myrtillorum an. æquas partes, & quæ ſatis ſint confectioni faciendæ ad modum loch, cuius cochlearium vnum frequenter teneat

Topica. æger ore, & ſenſim tranſglutiat. Thoraci admouebātur medicamenta actu & poteſtate frigida & repellentia atque aſtrigentia eaque ſæpe, quales ſunt ſucci. aut aqua plantaginis, portulacæ, roſarum, ſolſtarij, & ſimiles cum pauco aceto & bolo Armeno. Vnguenta frigida, vt cerotum ſantalatum eſt bonum.

Grumos ſanguinis diſſoluentia, & ex pulmonia pectus. Quinto, corrigentibus ſymptomata, præcipuè ſanguinis concretionem; vt oxymelitæ S. & compoſ. doſis ſunt ℈.ij. huic ſymptomati confert coagulum hœdi, vel leporis ab ℈.j. vſque ad ʒ.j. cum vino albo. Drachma vna theriacæ magnæ, aut diacurcumæ cum aqua hyſſopi, aut ſcabioſæ, eſt etiam optimum auxilium huic ſymptomati: hoc medicamentum eſt expertum. ℞ amydi ʒ.ij. ℈. farinæ fabarū, ſeminum melonum, & maluæ an. ʒ.iij ℈. boli Armenici, ſeminum, cydoniorum an. ʒ.i. farinæ hordei ſine furfure ʒ. v. gummi Arabici dragaganti an ʒ.i. ℈. oxymellis S. quod ſufficit, miſce, & fiat confectio admodum loch, qua ſæpe vtatur.

De

De ſanguinis ſputo.

CAPVT XXVIII.

Scholium.

OMNES ſanguinis expuitiones. *Ea quæ in hoc capite habentur, intelliges ex his, quæ capite de ſanguinis è naribus profluuio diximus. In ſputo ſanguinis primum curabis ſymptoma, nempe euacuationem ſanguinis, eo quod vrget, & periculosum, ſi ſit ex pectore, ſuc enim ſtatim debet ſedari antequam ſiat inflãmatio. Id præſtabis ſanguinis miſſione, & victu incraſſante, ſimili etiam medicamento, quale eſt hoc; ℞. throchiſcorum de Karabe, & terræ ſigillatæ, an. ʒ. j. ℔ lapidis hæmatitis ʒ. j. corticum roſarum ʒ. j. aquæ plantaginis, & capillorum Veneris (vt faciat penetrare) q. ſ. miſce, & fiat confectio, cuius aſſumat quantitatem vnius nucis cum aquâ plantaginis, & capillorum Veneris. Vltimo ſi hæc & ſimilia non proſint, ad narcotica deuenies. Symptomate curato morbo proſpicies, ſiue ſit vlcus, ſiue ruptio, ſiue anoſtomoſis.*

Quid ſit primo curandum.

Quinto corrigentibus. *Sanguinem concretum inſcindes poſca, hoc eſt aqua & aceto mixtis, & per os aſſumptis, mulſa etiam & oxymelite, vnde non eſt, quod ſtatis coagulis ab auctore propoſitis.*

Sanguinẽ concretum inſcindentia.

De Empyemate, id eſt, ſuppuratione, & tabe.

Cap.

CAPVT. XXIX.

descriptio. EMPYEMA Græcis, Latinis suppuratio est affectio pectoris eorum, quibus in succingente costas interius membrana absessus, aut in aliqua alia pectoris pellicula factus, aceruatim ruptus est, & in vacuum pectoris locum effusus inter pulmonem & membranam costas succingentem. Vnde constat ex non curata pleuritide hanc affectionem maiori ex parte nasci, quod Aphorismo octauo sectionis quintæ vetustissimus Hippocrates docuit. Interdum tamen & ex sanguinis eruptione hoc malum oritur, diruptо scilicet vase aliquo in thorace, & ad cicatricem non perducto. Iam & propter confluxum à capite permutatam anginam in pulmone sæpe fit iuxta aphorismum decimum sectionis quintæ. Ex causis quo que procatarcticis fieri potest, sed raro. Suppurati sic deprehenduntur, autore Aetio: cùm lateris dolor precesserit, deinde vehementes febres quieuerint, & ex magna parte quoque dolor, grauitatis autem sensus remanserit intus in lateribus in profundo thoracis, simulque transfluere aliquid appareat iuxta multiplices reclinationis permutationes, & maximè cùm ab vno latere in alterum decumbũt, tunc sanè multitudo puris manifestatur, & fluctuationis cu iusdam sonitus sæpe sensit iliter in reclinationibus ipsorũ auditur. Cognoscitur itaque suppuratio facta tum ex prædictis, tum quod nihil relatu dignum reiectarunt in eo, qui præcesserit vehementi lateris dolore. Sed quoniam vicina admodum affectio huic morbo phthisis est (autore Hippocrate quintæ sectionis Aphorismo decimo) non iniuria de vtraque affectione vno capite agetur.

Causa.

Nota.

descriptio, & causa phthisis. Dicamus ergo de phthisi aliquid, vt deinceps curationem aggrediamur. Phthisis pulmonis exulceratio ab omnibus censetur, ex empyemate (vt dictum est) nata, nonnunquam verò & ex defluxu humoris acris, atque

erodentis oritur. His autem notis cognoſcitur totius, corporis ſumma adeſt extenuatio, nares acutæ ſunt, tempora collapſa, oculi concaui, ſcapulæ alarum more prominentes, ad hæc tuſsiunt qui hic affecti ſunt, & quod expuitur fœtidum eſt, & febri corripiuntur hectica, quam inſequuntur ea omnia, quæ à Galeno numerantur primo de differentijs febrium, capite vndecimo, quæ ſi probè conſulas, & præter hæc etiam, quæ ab Hippocrate dicuntur Aphoriſmo vndecimo, duodecimo, & decimo quarto ſectionis quintæ, plenam habebis ſignorum cognitionem ad hanc affectionem dignoſcendam. Suppuratio hæc diligenter eſt curanda, ne fiat vlcus in pulmonibus, & tandem inſanabilis morbus ob motum perpetuum pulmonum, eorúmque ſubſtantiam raram, & hecticam febrem coniunctam: quæ ſola eſt incurabilis, ſi fuerit confirmata. Magis etiam inſanabilis eſt, ſi ſit coniuncta cum vlcere pulmonum, quod indiget mundificatione, & exiccatione: hectica verò inſtauratione, & humectatione, quamuis ouis tabe laborans agnoſcat medicamentum, quo curatur. *Nota.*

Curatur ſuppuratio hæc medicamentis purgantibus pus iam dictis capite de pleuritide in fine, cum terminatur per ſuppurationem poſt ruptum abceſſum: aliquando tamen vbi magna eſt copia puris, inciſio eſt facienda ſecundum longitudinem coſtarum, inter quartam & quintam thoracis mendoſas, facta prius experientia fili actu humidi admoti ſupra locum, ſi exſiccatur. Sed aduerte, ne totũ pus, vel illius magna quantitas extrahatur ſemel, ſed multis purgationibus, quamnis cito & caute in habitatione calida propter conſeruationem caloris innitenti & ſpiritus. Noſtris enim temporibus fuit integræ innati reſtitutus hac curatione quidam nomine Lupus qui, ex vulnere magno partis ſuperioris thoracis in ſuppurationem peruenerat magnam cum febre acuta & maxima difficultate reſpirationis, educto pure per nouã inciſionem partis inferioris thoracis nõ vno die, ſed multis ne vires deficerẽt. *Curatio ſuppurationis.* *Obſeruatio.* *Hiſtoria.*

Phthi

Curatio phthiſis. Phthiſis, ſi curari poſsit, quinque generibus remediorum curatur primo victu refrigerante, & humectante habita ratione hecticæ: ſi verò ſpectes vlcus, febris cauſam (quod prius & magis curandum eſſe volunt autores) calido, & ſicco victu curabis. Sit ergo in actionis qualitatibus temperatus victus, ſed ſiccior vlceris gratia, ob id Galenus quinto methodi phthiſicos ad Tabias mittebat, vbi erat aër ſiccior, & ſanabantur. Sint cibi faciles concoctu, boni & multi ſanguinis: quia calor eſt imbecillus. & corpus macrum: ſint etiam tenues & liquidi ob eorum vias ſiccatas, & contractas, & cauſa febris refrigerent parum, & propter vlcus ſint apti ad detergendum. Ab his etiam ad conſolidandum & glutinandum, quę omnia inſunt lacti, & ſaccharo roſato. Lac enim facile concoquitur, ac maximè nutrit butyro & caſeo: optimi eſt ſucci, liquidum quoque eſt, & ſub frigidum, tergit acrimonia ſeri, & ſapore dulci ſubſtantiæ butyroſæ alit, glutinat caſeo: facultates tamen variæ lactis augentur, vel minuũtur diuerſa ratione victus. Refrigerans facultas augetur lactuca, cichorea, endiuia, portalaca, & ſimilibus. Tergens verò vis augeturhordeo, adianto, fœniculo, & hyſſopo. Natura glutinoſa creſcit rubo, lentiſco, ſalice, & ſimilibus. Humanum lac eſt omniũ præſtantiſsimum, omnium tamen tenuiſsimum eſt lac camelorum, deinde equarum, poſt aſinarum. Caprarum lac eſt temperatum, ſed vaccarum lac & ouium magis nutrit. Humano tamen lacte nobiliori omnibus, & magis familiari eſt nutriendus hoc morbo laborans, fugatque ipſum ab vberibus, dum modò, ſit ſana, & iuuenis lactans, nec candida admodum, aut nigra. Bonis quoque nutriatur cibis fugiat venerem tanquam peſtem. Si verò non poſsit vt infans lac à mammis fugere, ſummo ſtudio ipſum bibat actu calidum, calore naturali, quod fiet ingenio aſtantium in aëre temperatè calido. Primo bibat vnciam vnam, deinde ſenſim progrediatur ad vncias ſex, vel octo, parum ſacchari addendo, ne coaleſcat in ventriculo, alij addunt

Victus.

Lactis facultas.

Qualia ſint omnia fere lactis genera.

Modus ſumendi lactis.

parum

parum mellis,aut ſalis,ſed ego magis laudo ſaccharum, dummodo non adſit ventris profluuium,quod prohibet ſi ſuadentia ctis vſum;quemadmodum & alia multa,vt diſſullatio à capite,dolor capitis,febris putrida,præſertim ardens,ſuſpēſa hypocondria & murmurantia, inimicitia & diſcordia inter ipſum & ægrum: vbi tamen illius vi & ope maximè eget ægrotus quibuſdam diſſentientibus oportet eum nutriri præcedenti tamen aliqua correctione, vt in ventris profluuio lac nat acidum per ſex horas, aut per noctem eductis partibus butyroſis,facta eius commotione in vaſe vitreo aut terreo quibuſdam virgulis & ſpuma ſæpe extracta, erit illud lac aſtringens & refrigerans: quemadmodum eſt lac,in quo extinguitur quinquies ferrum ignitū, aut chalybs; quo nutriatur ſine ſaccharo. Aſininum lac poſt humanum eligatur tanquam tenuius,& facile concoctu,deinde caprinum,præcipuè ad refrigerandum & tergendum,quia eſt ſeroſius.Ouinum & vaccæ valentius g'utinat,& magis (vt diximus)nutrit:quia butyrum & caſeum imitatur.Humanum tamē ad omnia eſt præſtantiſsimum, ſi eſſet eius copia. Non eſt dormiendum ægro hauſto lacte, ſed quieſcendum ne lac crudum in corpus trahatur. Quare tunc frictio cutis maximè noceret.ſaccharum roſatum his omnibus facultatibus præditum eſt,quamuis recens magis tergat,antiquum verò conglutinet, ſed de eo in quarto genere remediorum loquemur. Nutrimentum gallinarum iuuenum,caponum,perdicū,attaginis, hœdi, turturis,conturnicis eſt optimum, & ius eorum cum hordeo,& ciceribus cum amydo,& cum lacte amygdalarum dulcium,& quatuor ſeminum frigidorum maiorum, cancri fluuiatiles benè præparati,ſimiliter limaces ſaltem eorum aqua, aut ius benè nutriunt, humidumque gignunt, glutinoſum,& tarde diſſolubile. Teſtudines, & ranæ degentes in aquis ſalubribus maximè laudātur ab omnibus, horum tamen mentio fiet capite de curatione hecticæ lib.ſecundo.Hæc aqua eſt optima & omnibus melior, & huic

Lac diſſuadentia

Lege Galenum lib. de facultat. alim. de lacte.

Lac aſininum.

Sumpto lacte non eſt dormiē. ū.

huic morbo vtilior, omnibusque facultatibus neceſſarijs prædita eſt; Rx. foliorum lactucę. m. iij. capillorum veneris m. j. hyſſopi. m. j. liquiritiæ recentis ſi fieri poſsit ʒ. ij. pulmones dnos hirci, aut vituli; pulmonem vnum vulpis. ſi reperiatur; carnis cancrorum ſecundum artem paratę (quam obſeruabis cap. de curatione hecticæ ſecundo libro) ʒ. iiij carnis teſtudinis nemoralis, carnis limacis benè paratæ an. lib. ſ. carnis ranarum bonarum ʒ. iiij. ſacchari candi ʒ. viij. pulueris diadraganti frigidi ʒ. iij. boli armenici prę parati ʒ ij. fiat ex his omnibus aqua inſtrumento vitreo, & igne pauco: quolibet die ſummo mane bibat vncias quatuor illius cum pauco ſaccharo. Potus ſit aqua hordei, & vinum album tenue benè dilutum autore Rhaſe, inter Arabes viro multæ experientiæ. Quidam laborantes tabe perſanati ſunt ſolius lactis potu, & ſi ferrum, aut chalybs, aut lapilli candentes in eo fuerint extincti, erit præſtantius, ſed ego non laudo permixtionem lactis cum alijs alimentis.

Aqua præſtantiſſima

Cauſa remotio.

Secundo, abigentibus cauſas phthiſis, quæ ſi fuerit diſtillatio, curatur vt diximus cap. vigeſimo quinto. Si verò vas ruptum, curetur vt diximus præcedenti capite: ſi humor in pulmonibus erodens, apparetur & vacuetur, vt diximus cap de catarrho.

Detergentia Vlcus.

Tertio tergentibus vlcus pulmonis dulcibus & amaris vt rhodomelle, ſyr. de liquiritia, ſyr. capillorum veneris de hyſſopo, de praſio, & decocto pectorali, & cicerum ſolo cum ſaccharo; aut aliquo ex prædictis ſyrupis. Doſis vnciæ tres, quamuis frequenter & omni hora ſenſim trāſglutiendo ut vtile, & neceſſarium aliquod ex ſupradictis medicamentis.

Sarcotica, vel carne Vlcus implentia.

Quarto, implentibus carne vlcus, & glutinantibus, hæc tamen propria ſunt opera naturæ, præcipuè præcedenti debita terſione, vt bolo Armeno, ſanguine draconis, & ſimilibus cum ſyrupo pectorali. Saccharum tamen roſatum: antiquum potenter glutinat ratione ſubſtantiæ roſarum

quam

quamuis recens tergat magis, vtrunque tamen nutrit ratione sacchari. Quare recenti opus est, cùm vlcus est sordidum, & vetusto, vbi fuerit tersum: hoc multis iam mortis proximis fuit sanitas restituta, præcipuè si semper etiam in prandio & cœna eo nutriantur ægroti. Aliqua sunt, quæ totius substantiæ proprietate prosunt huic morbo, vt pulmo vulpis, pulmo ericij siccatus: ex his & aliis fiat loch; vt ℞ pulueris pulmonis vulpis, & ericij an. ʒ. iiij. pulueris diadraganti frigidi ʒ.j. sacchari rosati ʒ vj. gummi cerasi, & Arabici an. ʒ.ij. syr. de liquiritia. q. s. misce, & fiat confectio. ad modum loch. Est etiam herba quædam nobis incognita, qua ouis curatur, ipsamque naturali cognitione inquirit, & amat, vt autoritate Democriti aliqui scribunt.

Quinto, corrigentibus symptomata, vt alui profluuium, de quo capitibus. 36. 37. & 38. dicemus. Fit tamen hoc symptoma ab imbecillitate facultatis retentricis, & concoctricis ventriculi, & aliarum partium: puluis diarhodonis Abbatis est optimus, & in vlu frequenti: emaciationem laborantium phthisi corrigunt aqua carnis, iura optima, dicta primo genere remediorum, & alia quę dicemus capite de hectica, libro secundo. Si verò fuerit confirmata & antiqua phthisis insanabilis est, blandè tamen tractanda, & callus excitandus per siccantia. Vixit enim quædam furnaria phthisica viginti octo annis, inspirato sæpe aëre sicco furni.

Correctio symptomatum.

Historiæ annotanda.

De Empyemate, id est, suppuratione, & tabe.

CAPVT. XXIX.

Scholium.

Empy

Duæ empyematis significationes.

EMPYEMA Græcis *Empyema* à Latinis *suppuratio* dicitur: hac duobus modis sumitur, ex 7 apho com. 44. primo pro mutatione in pus, in qualibet cotingat parte. qua ratione Hippolib pradicto sent. 45 hepar suppuratum apellat, & primo prog sent. 36 suppurationes foras vergentes bonas contrarias malas scribit. De his etiam suppuratis intelligenda sunt signa quæ 2. prognost. sent. 60 ab Hippocrate traduntur. Secundo modo sumitur

Altomari reprehenditur.

suppuratio propie pro ea collectione puris, quæ fit in thoracis cauitate, & pulmonis asperis arterijs. Altomarius ex Gal lib. 5 apho. com. 8 & 2 prog com. 60. tertiam significationem scribit suppurationis, qua suppuratio dicitur mutatio in pus, earum tatum imflammationum, quæ in pectore continentur. Nos tamen rem considerantes, ex illis Galeni locis duas tantũ suppurationis significationes scripsimus, etsic non est hac in parte sequendus Altomarius. Hæc puris collectio solet fieri ex pleuritide, & peripneumonia, cum ad suppurationem veniunt, & rumpitur abcessus tum ex distillatione pituitæ à cerebro, in qua reuera pituita non venit ad suppurationem, cum nec possit nutrire, nisi prius mutetur in sanguinem, mutatur tamen in similem puri substantiam, vt patet ex Galeno 7 apho. com. 30.

Phthisis vnde dicatur.

Phthisis (quæ à Græcis athenienſibus dicitur ptoũ) à verbo sticro dicitur, quod est corrũpo, aut absumo, & proinde à Latinis dicitur Tabes, quæ consumptionem significat. Inde duplex phthisis significatio exorta est quam scribit Gal. primo epy. par. 2. cõ. 13 vna & prima significat quælibet corporis extenuationem, siue ex defectu alimenti (quæ atrophia dicitur) siue ex febre hectica, siue ex puri in thorace contento, aut ex quauis alia causa excitante

Secunda Talis significatio.

contingat. Secunda propie tabes significat eam corporis extenuationẽ, quæ sequitur ad insanabilia vlcera pulmonis. Vnde mirandum est de Altomaro, & alijs cachexian

Tabi

Tabis ſpeciem faciemibus, cum homines cachectici non ſint extenuati, nutriuntur etenim, quamuis male ſi Hippocrates in epydimijs, aliquos natiua rabe laborare ſcribit, per rabem nullam ex dictis intelligit, ſed tantum inclinationem ad ipſum, qua reperitur in his, quis caput habent languidum, ſtia, & facile impleatur, & ad pulmonem fluxiones mittat, primo epy. par. prima com. 18. tum & in his qui anguſto conſtant pectore, non quia habent pulmones languidos, & qui facile corrumpuntur, & male ſoluit Farnelius: ſed quia humores, in loco anguſto incluſi non recte diffiantur, etſic facile putrent. Quid ſit natiua rabes.

Curatur ſuppuratio hæc. *Empyema morbus eſt in nũ addito, eſt enim in thorace addita pars toto genere præter naturam, non neceſſaria ad actionem, imoqua cauſa eſt actionis læſe. Debet ergo auferri, hoc eſt, pus debet euacuari tuſi, & locus, in quo continetur, nobis inuocat: aſſumi tamen debent medicamenta qua ipſum attenuant. Et ideo ſummo mane aſſumere poterit ager mel deſpumatum, aut pulueres iſtidis cum mulſa, aut ſequentia duo medicamenta. Primum ℞. ſyrupi de hyſſopo ʒ. ſij ſyrupi violarum & oxymellis ſcillitici ʒ. ß. miſce. Secundum ℞. loch caulium, loch ſanum & experium ana ʒ. j. ſuccis liquiritiæ ʒ. ſij pul. diatris & diapenidionis an. ʒ. j. ß. conſerua capillorum Veneris ʒ ij. cum oxymelle ſcyllitico & ſyr. violarum, quod ſat. eſt miſce, & fiat loch. Quod ſi pus ex inflammatione rupta ſit, quod continetur in thorace, poſt puris expurgationem cicatricẽ inducemus excicantibus, qualia ſunt ʒ. j ſulphuris cum melle. Aut miſcebis cum ouo, aut decocto ſcordei ſulphur, aut eiuſdem ſordij pulueres. Aut bolum armenum cum melle vel decocto ſcordij mixtum exhibebis. Suffumigium etiam facere oportet ex ſandaraca arabũ. thure, & maſtiche, aut exungula, qua eſt ungula caballina officinarum. Si pus, predictis medicamentis non expurgatur, ad ſectionem deuenies: quamuis fere hi omnes moriantur phtiſici.* Empiema quis mortibus ſit. Attenuãtia pus. Cicatricẽ inducẽtia.

Quando vlcus pulmonis curari poſsit.

Phthiſis ſi curari poſsit. *Pulmonis vlcus tunc curari poteſt, cum non habet inflammationem coniunctã, ea enim præſente, impoſsibile eſt ipſum curare, ob cauſam à Gale. propoſitam. 5. metho. cap. 8 in quo etiam capite habes curationem vlceris pulmonis. Frequenter autem ſolet euenire corporis extenuatio ex materia & in thorace in puris ſimilitudinem mutata, & à capite diſtillante, quam tabem in propie appellamus Cognoſces autem hanc materiã non eſſe pus, quia in his hominibus neque inflamatio interna neq; profluuiũ ſanguinis præceſsit Oportet autẽ hanc diligenter curare, quia febrẽ excitat putrẽ, in qua moriũtur ægri: hac tabe mortuꝰ fuit Antiphonis filius. 7. epy ſen. 27. Curabitur prius diſtillationis proſpiciẽdo illã, quæ cap de catharro diximus: extenuantis etiã victũ, & medicamẽtis, quæ inſcindũ thumorẽ craſsũ. Purgabimus etiam pituitoſum excrementũ pilulis de agarico & alijs.*

Tabis in propiè curatio.

De Palpitatione cordis & ſyncope.

CAPVT. XXX.

Deſcriptio

Cauſa.

PALPITATIO cordis, ſeu tremor (quã recentiores medici malè cardiacam appellant) motus cordis deprauatus eſt, nimirum dilatatio eius præter naturam. Fit palpitatio propter incluſum vaporẽ craſſum, ac multum. Hæc enim eſt generalis cauſa omnium palpitationum, cuiuſcunque fuerint loci, vt docet Galenus. 5. de ſymptomatum cauſis: quamuis quinto de locis affectis ſcribẽs cauſas affectuũ præter naturã cordis, & ventriculi de huius affectus cauſis; porrò inquit vtriuſq; partis, tum oris vẽtriculi, tũ cordis diſpoſitiones aut forti dũtaxat intẽperie, aut venenoſo humore; nonnunquã ab eriſipelate; aut

aut inflammatione, aut aliquo præternaturam tumore fieri solent. Ab ijsdem causis, sed maioribus fit syncope: quæ est (autore Galeno libro duodecimo methodi) præceps virium lapsus, qui sæpe à causis externis accidit vt à dolore, timore, ira, & terrore, & vacuationibus maximis, vigiliis, & inedia, & alijs multis, quæ vires dissoluere valent. Deprehenduntur hæ affectiones, palpitatio quidem, ex ægroto euidenter sentiente hoc malum, & ex pulsu; qui in causa calida velox est, & aliquando cum febri: in frigida, contrarium apparet. Si ab humore intra pericardion collecto palpitatio cordis fuerit, pulsus est mollis, & languidus.

De syncope, eius que descriptione, & causis.

Nota palpitationis cordis.

Cognoscemus syncopen ex pulsu maxime languido, & deficienti; ex frigore extremorum, & colore faciei albo, & exangui; ex sudore frigido, & priuatione sermonis & motus totius. Quando per consensum ventriculi fit syncope sentitur prius dolor in ipso ventriculo, & grauitas, & sæpe nausea, ac vomitus cum angustia præcedit de quo capitibus sequentibus agemus.

Nota syncopes.

Curatur palpitatio cordis quinque remediorum generibus primo, victu, si causa calida est, refrigerante, vt aëre refrigerato rosis, santalis, aceto, violis, nenuphare, myrto, addito vino, at ambra, vt frigida promptius penetrent ad cor. A causa vero frigida, calfaciente, vt aëre commutato, & alterato rore marino, maiorana, basilicone, saluia, mosch o, ambra, mellisa, & similibus. In his cordis morbis ratio aeris precipua est habenda. Mox enim penetrat ad cor inspiratus aër. Cibi sint boni ni succi, & faciles concoctu, refrigerati in calida acetosa, aceto, agresta, succo malorum medicorum (vulgò naranjas vocant) limonum, & citrorum: & in frigida causa, maiorana calefacti, basilicone, rore marino, fœniculo, & similibus. Vinum in hac est optimum; sed in calida vitetur, præcipuè generosum, & vaporosum: diutum tamen aqua hordei, aut rosarum vel alia refri-

Curatio palpitationis. Victus.

gerante confert. In omni tamen cauſa, ſi ventriculus ſit
Reuulſio. imbecillus, bibat vinum, aut aquam cinnamomi.

Secundo ſanguinis miſsione præſertim ſi fuerit à ſanguine, & æger carnoſus, per ſectionem iecoratiæ dextræ, non vnam tantum, ſed plures, ſi non fuerit ſenex. Si verò fiat à flatu implente ventriculum ſiniſtrum cordis, ſecanda eſt baſilica ſiniſtra, & parce ſanguis mittendus.

Præparatio Conſilium Tertio, apparantibus materiam craſſam tenuantibus, & calidam frigidis, eius acrimoniam remittentibus: ſed tam calidis, quam frigidis moderatis: ne offendatur cor, pars princeps & fons vitæ. Quare in cauſa calida medicamentis frigidis aliqua aromata calida ſunt miſcenda, vt eorum frigiditas immodica reprimatur: & vis etiam frigida miſta calido medicamento promptius (vt dixi) ducatur ad cor. Optimè igitur trochiſcis de camphora additur crocus, & alia quædam calida ſecundum quoſdam: quamuis calida ſit officinarum camphora. Calida ergo materia apparatur per duos aut tres dies ſyrupo violato, roſato, endiuiæ ſimplici comp. & in magna caliditate ſyrupo acetoſitatis limonũ, aut citri, cum aquis aut decocto roſarum, endiuiæ, portulacæ, lactucæ, plantaginis, nenupharis, & ſimilium. Frigidam verò, & pituitoſam incidunt, & tenuant mel roſatum colatum, ſyrupus de hyſſopo, oxymel. S. & comp. ſyrupus de duabus & de quinque radicibus cum aquis fœniculi, melliſſæ, betonicæ, ſcabioſæ. Hæc materia eget maiori cõ
Caphora noſtra calida eſt.

Aduerte. coctione, quæ non fiet tribus tantum diebus, nec forſan ſex: quamuis ob loci nobilitatem vacuatio ſit facienda aliquando non expectata concoctione. Materiam melancholicam cõcoquere valent ea, quæ diximus 1 cap. vt ſunt ſyrupus borraginis, bugloſſę, fumariæ. S. de pomis, de epithymo, & ſyrupus fumarię compoſ. cum aquis bugloſſę, borraginis, melliæ, & ſero caprino. Sed hæc terreſtris materia eget magna concoctione.

Purgatio. Quarto, vacuantibus materiam calidam medicamentis

chola

cholagogis,de quibus diximus cap.1.ſed in hoc affectu ſẽ per ſunt miſcenda cardiaca,& raro conueniunt ſcammoniata,quia nocent cordi,niſi bene correcta;& quando clementia non ſufficiunt;vt ℞. rhabarbari electi infuſi per noctem in aqua endiuiæ ℥.iiij.medullæ caſsiæ fiſt. recens extractę,aut mannę electæ ʒ.j ſyr borraginis ʒ.j.decocti florum cordialium q ſ.miſce, & fiat potus. Si ſit materia pituitoſa,hoc aut ſimili medicamento vacuabitur;℞. agarici trochiſcati ℥.iiij.corticum myrobalanorum cebulorum ʒ.j.diacatholiconis ʒ.vj.rhodomellis ℈.j. aquæ fœniculi.q.ſ.miſce,& fiat potus. Si verò ſit materia melancholia,hoc aut ſimili medicamento vacuetur; ℞. corticũ myrobalanorum indorum ʒ.j. ℈. pulueris epithymi ʒ.j. ſeri caprini ʒ.iiij miſce,& fiat potus.Quandoque neceſſarium eſt,laborantem cardiaca bilioſa,vacuare ʒ iij.diaprunis ſolitiui cum aliis iam dictis,& laborantem pituitoſa ʒ.iij.electuarij indi maioris,& melancholica cardiaca ʒ. iiij. confectionis medicaminis hamec cum caſsia , aut mana;quando humores redundarint.

Obſerua.

Colida cauſa.

Melancholia materia.

Quinto,auertentibus materiam à corde ad partes ignobiles,præſertim vrgentibus ſymptomatis, & in ipſa acceſſione;vt ſecta vena malleoli , preſertim in menſibus detẽtis, aut hæmorrhoidibus,frictionibus, & vinculis doloriſicis,& fotibus partium extremarum,clyſteribus, & cucurbitulis.

Auerſio.

Corrobora tio, & alterátio.

Sexto,corroborantibus cor, & ipſius intemperiem corrigentibus , ſumptis,vel admotis. In calida ſumantur ex ſimplicibus,ſpodium roſæ,violæ,nenuphar, acetum , corallus,ſuccus limonum,ſuccus citri.Ex cõpoſitis, electuarium diarhodonis Abbatis,diatrium ſantalorum,diamargarationis frigidi,confectio de hiacintho,confectio Gentilis cordialis contra melancholiam,conſerua acetoſæ,roſarum,& violarum. Sæpè enim his & ſimilibus vti debet multis diebus ſummo mane: accipiat drachmas tres electuarij diarhodonis Abbatis, aut diamargaritonis frigidi

Sumenda ſ. cõpoſ. refrigerátia.

Diuiti. cum vncijs tribus aquę acetosæ, aut syrupi rosarum, aut alio ex prædictis liquioribus. Accipiat si diues ut omni hora in hac cardiaca cochlearium vnum huius confectionis cum pauca aqua rosarum aut acetosæ, aut alia simili; ℞. conseruæ rosarum, & acetosæ an. ℥. j. confectionis de hyacintho, & gentilis cordialis contra melancholiam an. ℥. ß. pulueris diarhodonis Abbatis, & diamargaritonis frigidi an. ℥. ij. margaritarum electarum, & ossium de corde cerui an. ℥. j. foliorum auri numero iij. syrupi acetositatis citri. q. s. misce, & fiat confectio: adde musci & ambrę an g iij. Cordi admouearur sæpe hoc epithima, aut simile, in hyeme actu calidum, & in æstate aut frigidum, aut remisse calidum; ℞. aquæ rosarum ℥. iiij. aquæ acetosæ ℥ ij. aquæ mellisę, & vini albi odoriferi an. ℥. j. pulueris diamargaritonis frigidi, & trochiscorum de camphora an. ℈. j. croci pulueriz ati ℈. ß misce, & fiat epithima. Sacculus hic cordi semper admotus, est optimus in hac calida cardiaca; ℞. florum nenupharis, rosarum violarum, & bugloss æ an. ℥. i. pulueris diamargaritonis frigidi ℥ j. ß. santalorũ omnium an ℈. j. musci, & ambræ an g. v. fiat saccnlus ad formam cordis, seu scuti cum sindone coccinea. Si tamen fuerit pauper, epithima ex sola aqua rosarum cum aceto, & croco, erit optimum ad corroborandum. Similiter in omni palpitatione cordis odor succi pomorum, aquæ rosarum, & nympheæ cum pauco vino albo & musco simul cum ambra potenter corroborat cor: in frigida sumantur calida simplicia cardiaca, & composita, vt bugloss a, melissa, zedoaria, doronicum, cortex citri, crocus, moschus, ambra, & similia composita, vt diamoschus dulcis, & amarus, electuarium de gemmis, diamargaritonis calidi, confectio Alkermes, & similia: multis diebus ventriculo vacuo accipiat drachmas quatuor electuarij diamargaritonis calidi, aut electuarij de gemmis cum vncijs duabus aquæ mellisę, aut basilicons, aut alia simili. Omni hora accipiat cochlearium huius aut similis confectionis;

Admoue-da refrigerantia.

Epithima

Sacculus.

Pauperi.

Odorifera prosunt.

Sumenda calfacientia.

℞. the

℞. theriacæ de citro, & diamuſci dulcis an. ℥. j. confectionis Alkermes ʒ. iij. conſeruæ bugloſſę ℥. ſ. pulueris diamargaritonis calidi,& electuarij de gemmis an ʒ. ij. margaritarum electarum ʒ. j. foliorum auri numero iij. ſyrupi bugloſſę q ſ. miſce,& fiat confectio. Hoc epithima in hac frigida cardiaca eſt optimum; ℞. aquę melliſſæ, & bugloſſæ an. ℥. iiij. vini albi odoriferi ℥. j pulueris vtriuſque diamargaritonis an. ʒ. j croci pulueriʒati, & coralli rubri præparati an. ʒ. ſ. muſci,& ambræ aa. g. iij. miſce,& fiat epithima. Hic ſacculus, aut ſimilis eſt optimus in hac cardiaca; ℞. ſ. florum bugloſſæ, citranguli,& coriandri præparati an. ʒ. iij. corticis citri. garyophyllorum, cinnamomi, zedoarię, doronici, baſiliconis an. ʒ. ſ. roſarum ʒ. j. muſci,& ambræ. g. v. fiat ex his pulueriʒatis ſacculus ad formam cordis cum ſindone coccinea. Si fuerit hæc palpitatio à vermibus capite. ſi dicemus de ea. Si autem à veneno oportet ſcire per proprias notas veneni ſpeciem & naturã, vt propria medicamenta cardiaca exhibeantur. Sed hæc ab Italis & Romanis tractantur frequentius, cùm apud eos multi veneno pereant. Lege tamen librum de venenis doctoris Santes & Ordenies. Lege etiam Alexipharmaca Nicandri, & eiuſdem antiquiſsimi medici, & poëte librum quoque de theriaca vtiliſsimum, quem noſter ciuis & amicus doctor petrus Iacobus Steue fideliſsime interpretatus eſt, doctiſsimiſque expoſitionibus illuſtrauit.

Confectio

Admoue-da.

Epithima.

Sacculus.

Si fuerit à veneno palpitatio.

Syncope curatur primo per aſperſionem faciei, & aliarum nudarum partium aquæ frigidæ, præſertim roſatæ. Prohibet enim hoc remedium ſpiritus reſolutionem, dummodo non proueniat ſyncope à cauſa frigida, vel alui profluuio: tunc maximè noceret aquæ frigidæ inſperſio, ſed cum eſt ab æſtu, aut febris incendio ſpiritibus reſolutis, ſaluberrima eſt aqua frigida, aut roſata ſola, aut aceto faciẽ ægri aſpergere, & nutrire ſpiritꝰ bonis odoribꝰ naribus admotis, niſi ſit ſyncope ab vteri præfocatione:

Curatio ſyncopes.

Admouenda.

quia tunc odora naribus admota nocerent, vt dicemus ca pite de vteri præfocatione. Spiritus tamen intus in corde quasi conculcati, quòd sæpè contingit in hoc morbo, re uocandi sunt ad partes externas frictionibus, & ligatu is partium externarum, & cucurbitulis, & euellendo pilos, & naribus auribusque dolorem inferendo, ne fiat subita strā gulatio. Si syncope fiat ob spiritus resolutionem post san guinis vacuationem, aut alui fluorem, aut aliam euacuationem nocent, maximè, quæ dolorem inferunt, & quæ reuocant spiritum ad partes externas. odora tamen omnia, sunt optima & necessaria auctore enim Gale. com. II; secundi libri Aphoris. quæ cito nutriunt, sunt liquida; vinum citius, & omnium maximè & celerrime sunt odores, vt hęc optima mixtura; ℞ aquæ rosatæ ℥. iii. aquæ florum aranciorum ℥. i. vini optimi albi, & succi pomorum redolentium an. ℥. i. musci, & ambræ ana. g. vij. mi-
Victus. sce, & sæpe naribus & faciei admoueatur parum huius mixturæ. Nutriatur aqua carnis gallinæ iuuenis, aut capi; & perdicis, & arietis, quam nostri valentini destillat appellant H ę enim celeriter nutrit, ac subito ferme in sanguinem & spiritum transmutatur: ideoque à multis laudatur, tanquam vltimum & maximum alimentum ad cordis & totius corporis imbecillitatem. Quæ cor corroborant, spiritumque vitalem instaurant, vel saltem perfectiorem efficiunt, multa sunt, de quibus di
Admonitio. & i est superius hoc capite Curatio syncopes, quę ab aliis fit causis, tradita est à Gale 12. methodi, & primo de arte curatiuaad Glauconem, & nos in curatione aliorum morborum eam trademus.

(?)

De Palpitatione cordis & Syncope.

CAPVT. XXX.

Scholium.

PALPITATIO cordis est dilatatio eius, & compressio, praeter naturam. Hic autem motus non fit à facultate, quia pulsus diceretur: Sed à spiritu exitum quarente. Vnde est symptoma, qđ refertur ad actionem lesam, est enim motus depravatus. Hinc apparet error Hollerij, in suo libro de curandis morbis cap. 27. & Iacotij in scholio: existimantium palpitationem cordis fieri ab excretrice facultate cordis, conante expellere id, quod molestum est: hac enim ratione palpitatio non esset motus à solo morbo factus, quod falsum esse intelliget, qui caput 2. libr. 2. de symp. causis perlegerit. Quod motus in palpitatione, qui violentus est, & partis causa, simul & mollis, fiat ab spiritu, celeritas dilatationis eius, & compressionis ostendit. Cuius humor causa esse non potest. Palpitatio cordis fit ab spiritu crasso, in eius sinu contento, & exitum quarente. Hic aut ibi generatur, aut aliunde ascendit. Si ibi generatur palpitationem (quae est affectus propius) generat. Si aliunde ascendit, ex Utero, Ventre, aut alia parte, fit palpitatio per consensum. Dices nonne est tertia palpitatio, quae fit ab humore in pericardio contento, quam Gale 5. de loc. affec. cap. primo, palpitationem cum significatione appellat? Respondeo, hanc esse palpitationem propiam, cum in ea, ab spiritu genito in pericardio (quod à corde non distin-

Palpitatio cordis qd.

Hollerius & Iacotus taxantur.

Causa palpitationis

gue

guitur) cor dilatetur. Dicitur autem cum significatione fieri, quia fit cum Typo, hoc est cum signo manifesto, ab humore enim in pericardio incluso cor comprimitur, ita vt in principio palpitationis sentiant agri copressionem, quam nos etiam exputsu deprehendere possumus. Quacunque ergo ratione contingat palpitatio cordis, semper fit ab spiritu flatulento, in corde detento: qui paucus non est, nam in viscere calido statim discuteretur. sed minus, ita vt aliquando suffocationem fere inducat caloris, et sic animi deliquium, & syncopem. & aliquando omnino suffocato calore mortem. Quod cum consideraret Gale lib. 5. de loc. affec. Omnes hos ante quinquagesimum annum mori scribit. Cum palpitatio omnis ab spiritu fiat, Gale. 2. de caus. symp cap. 2. omnem partem palpitantem esse refrigeratam colligit. Si enim multum calida est, vapore excitabit, & discutiet. si multũ frigida, non eleuabit vaporem debet ergo esse frigida, sed parum. Ex his habebis palpitationem cordis sequi morbum similarem, nempe intemperiem frigidam. Hac in palpitatione, quæ est propius cordis affectus, in ipsomet corde consistit, at in ea, quæ est per consensum, in parte humorem generante. Aduerte tamen cor refrigerari, aut in propia essentia, aut (quod vt in plurimum ei contingit) aggrauatione caloris facta à multo humore: tunc enim calor cordis, comparatione facta ad illum humorem, dicitur diminutus ita vt non possit vapores ex eo eleuatos discutere. Flatus autem materia est humor, potissimum crassus, qualis est melancholicus Vt syncopes essentia intelligatur, aliqua oportebit supponere maxime necessaria. Primum est, vires nostri corporis esse positas in natura partium solidarum, carnosarum, & spirituosarum: ita, vt partes carnosa, & solidæ sint actionum principia, at spiritus, instrumenta. Secundum est, præd. tarum partium naturam postulare quantitatem seu molem elementorum. & debitũ qualitatum temperamentũ, si vires debent esse validæ, & actiones

Morbus in palpitatione.

Primũ sup positũ ad syncopes essentiam. Secundũ.

nes firma. Tertium ſuppoſitum, etſi vires in natura omnium corporis partium poſita ſint, potiſſimum tamen in tribus, quæ principes dicuntur (corde, cerebro, & iecore) conſiſtunt: ab his enim corpus gubernatur. Quod quamuis ita ſit, præcipue vitam in corde collocamus, quia in eo generatur materia (nempe ſpirituoſus ſanguis) á qua calidum innatum, quod eſt vitæ inſtrumentũ, in toto corpore conſeruatur: & ideo nemo poteſt mori, quin cor ceſſet agere. Ex his, quod quærimus, facile inuentum erit. Si enim vitá in quantitate, & qualitate partium præcipuarũ, & maxime cordis ſeuẽ habet, tunc labẽtur vires, cũ aliqua ex dictis partibus (& potiſſimũ cor) quantitate deficiet, aut qualitate alterabitur. Animi igitur deliquium, & ſyncope, nil aliud ſunt, quam virium lapſus. Quod ſi inter hæc eſt aliquod diſcrimen, leue tamen poſitum in ratione maioris & minoris: ita vt animi deliquium vita ſit ad ſyncopem: In animi enim deliquio ſentiunt ægrotantes vires ſuas; cere (& hæc eſt eius terminus) non autem in ſyncope, in ea enim cum ſit maior affectus, nec ſentiunt, nec mouentur: quamuis poſſit eſſe ſyncope ſine animi deliquio præcedente. Obijcet quis, ſi animi deliquium, & ſyncope, ſunt paſſiones cordis, qua ratione affectus eos ex actionibus facultatis animalis diſtinguimus, in animi deliquio ſentientes defectum ſenſus, & motus voluntarij, non autem in ſyncope? Reſpondeo aliorum ſententias omittens, reuera animi deliquium, & ſyncopem, affectiones eſſe cordis, conſentire autem ad eas cerebrum, ex defectu enim ſpiritus vitalis generati non poteſt animalis, & hac ratione eam concidere, quæ cum habeat actiones nobis manifeſtas, proinde ex illis affectione: cordis colligimus. Quæ cum ita ſint, eadẽ ergo erunt vtriuſque affectionis (animi deliquij, & ſyncopes) cauſæ, conſiſtentes in illis rebus, quæ diſſipant ſubſtantiam partium, aut ſpirituum, aut earum excitant temperamentum: toto temperamento operantia,

Tertium.

Quid ſyncope & animi deliquio ſit, & eorũ diſcrimen.

Obiectio.

Cauſæ ſyncopes & animi deliquij.

&

& venena, aut qualitate manifesta, & quæ calore, frigiditate, humiditate, aut siccitate agunt. Hac ratione in cholera morbo, diarrhœa, dysenteria, lyenteria, multiebri profluuio, sudore, animi pathematis, in quibus sanguis ad externa mouetur, magna medicamenti purgantis euacuatione, & similibus, ob substantiæ spiritus dissipationem fit animi deliquium: sicut in marasmo, ob dissipationem substantiæ solidæ. In cruditate ventriculi fit animi deliquium, ab intemperie calida cordis per consensum genita: sicut in bulimo à frigida: in apoplexia vero, antequam præhendat, in principijs accessionum, in magnis inflammationibus & sceleum, gangrena, & in illis animi pathematis, quæ habent motum ad interna, animi deliquium ab intemperie frigida ex suffocatione caloris orta prouenit. In balneo & sole, animi deliquium ex intemperie & dissipatione spiritus, ortum habet. Atque hæ sunt alterationes manifestæ prædictum generantes affectum. Præterquas est venenum quod qualitate occulta, hoc est toto temperamento alterando animi defectum inducere solet.

Error auctoris & aliorũ practicorum.

Curatur palpitatio cordis. *Nescio quid in mentem venerit auctori, & alijs practicis, in curatione palpitationis distinguentibus, an fiat palpitatio à causa calida, an à frigida: quia siue loquantur de causa efficienti, siue materiali semper est frigida & diximus. Ac proinde ipsis omissis, perpetuo victus rationem attenuantem in hoc affectu administrabis, ex qua humores tenues generantur: & semper fugies alimenta melancholica.*

Victus in hoc affectu

Labitur auctor. Sanguinis missio.

Secundo sanguinis missione. *Hoc in loco distinguere videtur auctor palpitationem à flatu, ab ea quæ à phlegmone fit: quasi sit palpitatio sine flatu? In palpitatione ergo omni sanguinem mittes. Si causa eius sit plethora grauans, & euacuemus. Si cacochymia, ob vitium sanguinis, in quo multa cacochymia portio educi solet, & sic reuelli à loco affecto. Obijcies eam palpitationem, quæ ex humore*

in

in pericardio contento ortum habet, in qua non debemus ſanguinem mittere, vt euacuemus, quia non ſit à plethora, neque vt reuellamus, quia nõ ſit à cacochimia venarum. Reſpondeo eſſe ſanguinem mittendum in ea, vt euacuemus, nam cum illa aqua ex.iderit emunctis, poterit iterum ad eas remigrare: vel poſſumus dicere, ſanguinem mitti ob reuulſionem, quia vacuato humore ex venis, non deſcendet ad pericardion. Si fiat ſanguinis miſſio, vt reuellamus, & euacuemus ex brachio aut ſaphena. Quod ſi ſint ſuppreſſi menſes, non eſt tunc eorum habenda cura, quia palpitatio vrget.

Syrupi.

Tertio apparantibus. *Materia palpitationis, cum vt in plurimum craſſa ſit, melancholia ſcilicet, poſtulabit attenuantia, qualia ſunt ſyrupus de bizantijs, endiuia cõpoſiti, oxymel, rhodomel, cum decocto melliſſæ, thimi, & ſimilium. Vnde diſtinctio auctoris de cauſa calida aut frigida emittenda eſt, nunquam enim fit à materia calida.*

Auctoris lapſus.

Quarto vacuantibus materiam. *Male auctor in palpitatione cordis vtitur medicamento purgante bilem, cum hæc non ſit cauſa palpitationis. Purganda ergo erit pituita, aut melancholia.*

Diſſipãtia flatum.

Sexto corroborãtibus cor. *Cũ palpitatio cordis afflatu fiat, vt diximus, exterius, & interius, ea quæ ipſum diſſipare poſſunt, vtilia erunt. Exterius thoraci ea parte, qua reſpicit cor, applicandi ſunt ſaccul i parati ex rebus calidis, qualia ſunt cinnamomum, camemelum, garyophilli, & ſimilia, quæ extenuandi habẽt vim. Hoc medicamentum optimum eſt. ℞. foliorum roris marini, thimi, & ſatureia an. ʒ.j. melliſſæ ʒ.ß. ℔ cinamomi, & garyophillorũ an. ʒ.j. roſarum ſiccarum ʒiij. muſci, ambræ an. gr. iij. fiat ex omnibus pul. tenuiſſimus, ex quo fiat ſacculus. Per os ſimiliter confectionem gentilis contra melancholiam, & alia ſumenda ſunt. Ex his præſenti loco multos auctoris errores animaduertes, primum, c.*

Nota multos auctoris errores.

rius, & interius iubet assumi & applicari medicamenta, quæ frigida sunt, sentiens cum multis aliis palpitationem cordis fieri ab eius feruore. Secundum constitutiones sidas cardiacas confectiones ex margaritis, ossibus, gemmis, pulueribus frigidis & aliis, quæ augent materiam flatus & eius resolutionem impediunt. Tertium palpitationem quandam à vermibus factam notauit Venenus, cum talis non exteriùs sicut nec palpitatio à veneno.

Aduerte syncopis veram curationem.

Syncope curatur primo. Syncopē curamus aut in accessione, aut extra accessionē. Cum in accessione eā curamus, tunc solius symptomatis habemus rationem, quo tempore cum calor sit in partibus interuis inculcatus, moueri omnibus nitimur eū exterius euocare, leuiter fricantes cutē, & maxime eā, quæ est in ore ventriculi, quia hac iucunda frictione calor naturalis excitatur. Nares etiā cōprimimus, quia tūc ob usum respirationis excitatur facultas & calor roboratur. Odorare etiam facimus vinum, vt spiritus reficiātur, propter quam etiā causam inspergimus frigidā aquā supra faciē, hæc enim excitat facultates naturales sopitas in syncope. Cū extra accessionē syncopē curamus, tūc nō symptomati prospicimus, sed morbo, à quo perdet, quæ ratione præuenimus syncopē. Si ergo syncope euenerat spiritu dissipato, ipsum reficiemus vino potu, quicelerrime id præstat, si non sit interna inflāmatio, delirium, capitis dolor, aut febris cum crudi tate ventriculi. Vinū autē in regione, ætate, & tēpore frigidis calidū, in contrarij frigidū exhibendum est, remedia etiā adhibenda sunt causæ, quæ dissipat spiritus. Si syncope euenit ex subflatiua solida euacuatione, alimentis boni succi, & facilis concoctionis impedietur. Si intēperies eius est causa, contraria intemperies, si venenū, alexipharmacum medicamētum proderit. Quod

Quæ medicamenta cardiaca.

si intēperies syncopē generās à multitudine fiat, sanguinē mittemus. Atque hæc sunt medicamēta cardiaca vere, nō illa quæ à barbaris medicis, & eorū sequacibus cordialia appellantur, ex auro, argento, gemmis, terra lapidibus, &

ossi

ossibus indiscriminatim in omni morbo constructa.

De imbecillitate ventriculi, & de dolore & inflammatione eiusdem.

CAPVT. XXXI.

QVANMQVAM quelibet ventriculi læsio imbecillitatem gignit, ea tamē quæ incoctione est, etiam si valida sit appetentia dicitur ventriculi imbecillitas. Quo affectu laborātes stomachicos appellāt medici, quemadmodū & hepaticos Gale nominat. 6. de symptomatum causis eos, qui imbecilla coctione iecinoris infestantur. Hæc coctio, vt quælibet alia actio, tripliciter læditur, vt diximus Gal. autore. 3. de symp. diffe. & cap 80. artis medicinalis; quia vix aut quia vitiosē, aut quia nullo modo: vltimū symptoma dicitur à Græcis, Apepsia, & Latinis cruditas: duo priora dicuntur homonymos, mala scilicet concoctio ventriculi: quæ si tarda sit cruditas quoque dicitur, ita vt cibi vix propriā suscipiant trāsmutationē, & hęc à Grecis dicitur bradypepsia, de qua in præsentia agimus. Si vero omnino corrumpantur cibi, vt nullam bonam coctionem admittere possint, sub mala & vitiosa coctione cōprehenditur, quamuis nullū proprium habeat nomen. Tarda concoctio fit, quia cibi difficulter concoquuntur, vel qp potentia illos nō superat, vel quod somnus breuior fuit, quàm vt eos vincere posset, vel quia immodica copia sumpta sit, vel quòd cōcoctioni repugnēt, vel quòd inordinatē sumātur. Quod si præter hæc acrem aliquam aut alienā habeant qualitatē, non tam imbecillā concoctionē, quam corruptam pariunt. Potentia illos non superat, aut quia per essentiam læsa sit, aut propter aliquem morbum instru

Cause.

inſtrumentorum, vt cunque tamen fiat imbecilla reddita eſt. Per eſſentiam verò læditur ventriculus, cum intemperie aliqua primarum qualitatum laborat vel ſimplici vel coniugata; nuda, vel cum humore. Per inſtrumentorum verò morbos, vt ſunt eryſipelata, ædemata, phlegmones, ſcirrhi, abſceſſus, atque alij huiuſmodi morbi. Deprehenditur hoc malum. Si culpa quidem ciborum fuerit & potus, ab ægro, & alijs ſcies: liberalioris tamen potus indicium eſt fluctuatio. Cibi verò grauitas in ventriculo percepta. Deinde num ingeſti cibi fuerint concoctu difficiles, vt panis inclibano non benè coctus, vel fermẽti expers (quem azymum appellant) aut carnes bubulæ, ſuillæ, hircinæ, aſininę, atque camelinæ, nam his vltimis Alexandriæ homines veſcuntur. Deinde imbecillitas ventriculi quæ cibos ſuperare non poteſt, cognoſcitur; ſi ab intemperie nuda prouenerit, per ructus. Nidorem enim referentes calidam arguunt intemperiem, acidi verò frigidam. Præterea vbi calor infeſtat, ſitis adeſt: ſecus vbi frigus: ſi humor quoque cum intemperie affuerit, deprehenditur & ex grauitate, & ex ructibus, & ex ijs, quæ foris emittuntur, aut deorſum per ſeceſſum, aut ſurſum per vomitum. Tumores verò præter naturam, vt eryſipelata, ædemata, & reliqui, proprijs ſignis cognoſcuntur, & qui his tumoribus laborant, contrarijs non in totum iuuantur. Ab ijſdem his cauſis, quæ ſupra numeratę ſunt, duæ quoque affectiones fiũt, dolor ſcilicet ventriculi & imflammatio: dolor ab intemperie ſola fit, aut ab humoribus calidis & frigidis ſine putredine. Imflammatio verò ab influxu humoris calidi, & ſanguinei putridi, dolor per ſe manifeſtus eſt. Inflammatio deprehenditur, quia in ventriculo dolor adeſt immenſus aſsiduus, & qui nullis medicamentis admotis mitigari poteſt: præterea tumor, æſtus, qui tactu dijudicari queat, febris grauitas, & nauſea.

Nota.

Cauſa doloris, & inflãmationis.

Nota.

Hæc ventriculi imbecillitas nullam propriam habet curationem, cum à multis cauſis (vt diximus) fieri poſsit: ſed

ſed ceſſat morbus eius cauſa profligata.

Sæpe tamen renalescentibus à diuturno, aut magno morbo adeſt imbecillitas ventriculi, quę curatur roborantibus qualitate tum manifeſta, tum occulta: de quibus in vltimo genere remediorum dicemus: neque vero in ventriculo imbecillo ſunt vtilia calida, ſicca, & aſtringentia: præſertim cum eſt ab intemperie calida, vt docet Galenus 7. methodi contra ſuos præceptores; imò in frigida cauſa calida medicamenta prudenter ſunt admouenda, & exhibenda, ne ex accidenti reſoluatur naturalis calor. Sed quia frequentius fit hoc ſymptoma à morbo frigido, cum materia illius curationem in præſentia ponimus, & deſcribimus. *Curatio imbecillitatis renalescentium per roborantia.*

Curatur ergo hæc quinque generibus remediorum: primo victu calfaciente, & exiccante, & cibis facilibus concocto, vt ſunt perdices, conturnices, turtures, & ſimiles. Ius arietis cum menta aut fœniculo, aut ſaluia, aut petroſelino eſt vtile. Exercitatio moderata ante cibum confert. Coitus maximè nocet, & animi perturbationes. Bibat vinum rubrum Saguntinum; aut ſimile benè dilutum, aut aquam cinamomi, aut decoctum ſeminis fœni; vel aniſi. Omnia pituitoſa alimenta nocent, vt piſces, legumina, & herbæ frigidæ. *Curatio per ea quæ in frigida cum humore. Victus.*

Secundo, curatur apparantibus pituitam, vt rhodomelle, ſyrupo de abſinthio, ſyrupo de menta, oxymelle. S. & compoſ. cum decocto, aut aquis fœniculi, ſeminis aniſi, mentæ, abſinthij, maioranæ, & ſimilium. Concocta pituita per ſex, aut octo dies. *Præparatio. Tempus euacuationis.*

Tertio, vacuantibus ipſam pituitam myrobalanis cebulis, qui ſimul purgant & corroborant ventriculum. Eorum enim vſus continuus eſt optimus, & expertus: aloe, agarico, turbit, pilulis de Hiera. S. quę magis purgat, quam ſicca, autore Galeno. 7. methodi. Errant ergo Arabes dicentes ipſam cum melle minori vi præditam eſſe. Pilulis elephanginis, pilulis ſtomachicis, electuario diaphenicon, & *Purgatio. Error Arabum.*

similibus.quę non attrahunt ab alijs partibus longinquis ad ventriculum. Hiera tamen S. obtinet principatum in morbis ventriculi curandis. Quare vncia vna eius cum rhodomelle,& decocto fœniculi purgat clementer ventriculum,si semel in hebdomade capiatur vel scrup. quatuor pilularum hierę.S.aut elephanginarum erit fœlix in huius morbi curatione successus.

Hiera cōmēdatio.

Flatus dissipantia cō alterātia.

Quarto,dissipantibus flatum,& intemperiem frigidā corrigentibus, vt puluere diarhodon Abbatis, & rosatæ nouellę simul,aut aromatico rosato, si maiori calore indigemus,aut diacymino,aut diagalanga, aut diatrionpiperon drachma vna,aut duæ.Ex his cum aqua absinthij,aut mentæ,aut fœniculi pondere vnciarum duarum quolibet die ventriculo vacuo validè dissipant flatum,& curant intemperiem frigidam: aut grana sex, septem vel octo piperis integri deuorata hora ante cibum, aut drachma vna theriacæ magnæ,aut mithridati mane sumpta in septimana. Vinum ex absinthio est optimum in hoc genere. Hoc medicamentum est optimum,si æger fuerit senex, & morbus antiquus; ℞. puluꝛis diagalangæ, puluꝛis diatrion piperon an. ʒ iij. puluꝛis aromatici rosati,& rosatæ nouellæ an. ʒ ij. puluꝛis diacymini ʒ j. conferuæ anthos ʒ ß. diamusci dulcis ʒ ß. mellis myrobalanorum chebulorum,aut communis. q. s. misce,& fiat confectio: dosis cochlearium vnum,aut duo cum vino optimo, aut aqua fœni,aut mellisæ. Supra ventriculum pullis vulturis est optima in hoc genere: similiter vnguentum hoc; ℞. olei absinthij,anethi & de lilio an. ʒ j. puluꝛis mentæ: garyophyllorum,& cinamomi an. ʒ j. ceræ. q. s. misce,& fiat vnguentum, quod bis in die actu calidum ventriculo admoueatur tam parti posteriori, quam anteriori: quia posterior pars est propinquior ventriculo; vel ℞. emplastri stomatichonis. q. s. extendatur super alutam ad formam scuti,seu ventriculi: fiat duplicatum vt tam pars anterior, quam posterior defendantur ab externis, & me

Topica. Lege consilium Gade cimū Ioānis Baptistæ Montani Veronēsis.

melius diſsipetur flatus & intemperies frigida corrigatur: vel fiant duo ſacculi ex abſinthio ſicco, menta, camomilla, aniſo, ſemine fœniculi, carui, cymino, cinamomo, garyophyllo, cortice citri, & ſimilibus.

Corroboratio per ſumenda & admonẽda. Sumẽda.

Quinto, corroborantibus ventriculum internis, & externis, qualitate tam manifeſta, quam à proprietate, ſeu tota ſubſtantia: quales ſunt ventriculorum gallinarum pelliculæ interiores: Syluius tamẽ cum Gal. has pelliculas, & mergi & ſtruthiocameli dãnat. Gal. 3. de aliment. facultatibus cap. de differẽtia, quæ eſt in partibus animaliũ volatilium ventriculum mergi, & ſtruthiocameli tantum damnat, at. 11 de facultatibus ſimpliciũ medicamentorum improbat gallinæ & mergi pelliculam internam ventriculi, contra quoſdam antiquos. Dioſcorides tamen libro ſecundo, cap. 41. ventriculi inquit, galli pelliculam internã ſiccatam, & tritã cum vino in potu conferre ſtomachicis. Puluis hic ante cibum ſumptus quantitate vnius cochlearij cum vino, aut iure corroborat ventriculum; ℞. coriandri præparati ʒ. ij ſeminis aniſi, fœniculi, cinamomi electi an ʒ. ii. pellicularum internarum ventriculorum gallinarum ſecundum artem præparatorum ʒ. ij corticis citri, & ligni aloes an. ʒ. j ß. corallí rubri præparati ʒ. i. ſacchari optimi ʒ. vj miſce, & fiat pulvis. In longis morbis, præſertim calidis, puluis ſolus diarhodõ Abbatis ſummo mane & ante paſtum cum pauco iure ventriculum vehementer corroborat.

Puluis.

Corallus ſi tangat regionem ventriculi diu, corroborat ipſum. Eãdem habet vim lapis ſmaragdus Pelegium montanum, & betonica quoq; corroborant ventriculũ. Manus ſana, & iuuenis alicuius ſæpe detenta ſupra ventriculum ſuo naturali calore eum confirmat; eodem modo ſi aliquod animal viuũ, vt canis, admoueatur ventriculo.

Admouenda.

Dolor ventriculi, ſi ſit à ſola intemperie, curatur contrarijs ei; vt ſi à flatu, & frigida intẽperie fiat, mederi illi debemus per ea, que diximus quarto genere remediorum

Dolorẽ ab intẽperie, nuda curatio.

hoc capite, & etiam per frequentem fotum, ſaltem quolibet die bis vacuo ventriculo hoc decocto ſpongijs madidis, vel philtro; ℞ abſinthij, mentæ, camomillæ, calendulæ, anthos an. m. j. galange, corticis citri, ſpicæ, gariophillorum, nucis muſcatæ, cinamomi, zingiberis an ʒ. ij. ſeminis fœniculi, aniſi carui, & cymini an. ʒ. iij. roſarum, coriandri præparati an. ʒ. j vini optimi rubri lib. iij. aquæ chalybeatæ lib. ij. fiat ex his decoctum ad conſumptionẽ tertiæ partis. Si à calida intemperie, per frigida curatur: ſi cum materia, per illius euacuationem, per ſanguinis miſſionem: ſi ætas, & facultas adſint, & æger ſit carnoſus: quãuis in omni vehementi dolore habitâ ratione ipſius ſit neceſſaria ſanguinis miſsio ex ſententia omnium. Si verò alij humores abundauerint, illorum euacuatio per medicamenta purgantia eſt neceſſaria. Aliquando tamen hoc ſymptoma eget curatione coacta per narcotica, & non per cauſæ ablationem, ſi fuerit vehemens, & non expectãs propriam curationem, de quibus cap. de colico dolore: quamuis propter ventriculi maximum ſenſum ſolet hic ſæpe eſſe fortis. In vſu horum ſemper ſunt conſideranda, & mente tenenda, quæ diximus capite de phrenitide, de facultate ægri, & de fermentatione medicamenti narcotici; quia ante ſex menſes non poſſumus eo vti. In vehementi igitur ventriculi dolore accipiat hunc potum; ℞. philonij Romani ʒ. ſ. ſyrupi de abſinthio, & aquæ melliſæ an ʒ. miſce. Tutior eſt athanaſia, & requies magna. tutiora etiam ſunt externa, in primis temperatè calida deinde narcotica regioni ventriculi admota, & mica panis cum cortice papaueris, lacte & croco: vel abſinthium cũ foliis mandragoræ coctum oleo roſarum, vel menta: & abſinthium & folia mandragoræ decocta cum oleo papaueris, addendo parum croci.

Ab intemperie cum affluxu humoris.

Sectio Venæ.

Purgatio.

De vſu narcoticorum.

Quæ tutiora ſint.

Topica.

Inflammationis curatio.

Inflammatio ventriculi curatur, vt hepatis phlegmone, & phrenitis; videlicet primo, victu tenui, & refrigerante: ſecundo, ſanguinis miſsione ex baſilica ad reuellendum,

hanc

hanc quoque reuulſionem faciunt clyſteres frictiones, ligaturæ, & fotus extremorum. Tertio repellentibus externis, de quibus capite de cura phrenetidis, & internis; vt ſyrupo roſarum, myrtillorum, & cydoneorum, cum aquis plantaginis portulacæ, lactucæ, & ſimilium ſæpe ſumptis, & omni hora, in æſtate & iuuene acto frigidis; in hyeme, & ſenibus, tepidis. Quarto in augmento repellentibus, & digerentibus, ſeu reſolueneibus, vt ſyrupo roſarum, & de abſinthio ſimul, aut rhodomelle cum decocto hordei, & camomillæ; in ſtatu reſoluentibus ſolis, vt ſyrupo de abſinthio, rhodomelle, & decocto camomillæ. Quinto, intēperiem calidam relictam alterantibus, & corroborantibus partem affectam, vt ſyrupo roſarum, & decocto ſeminis pſyllij, & cidoneorum, & ſimilibus. Si verò in ſuppurationem terminetur, curatur per ea, quæ diximus, in fine capitis. 27. de curatione pleuritidis.

Victus. Reuulſio. Repellētia externa et interna. Indicatio à tēporibus morbi.

Alteratio, & corrobo ratio.

De imbecillitate ventriculi, & de dolore & inflammatione eiuſdem.

CAPVT. XXXI.

Scholium.

QVANQVAM quælibet, *Ea, quæ auctor docet in hoc capite, vera ſunt: ſolum ad uertere oportet eum, & alios errare, cum ſcribunt eſſe medicamenta toto temperamento roborantia ventriculum. Solū enim corroborantur cū lāguidus eſt, medicamētis intēperiē eius oppugnantibus, adſtringētibus etiam, quæ denſantia ipſum virtutem iuuant, & ſubſtantiæ diſſipationem impediunt.*

Auctoris & aliorū errores.

De ſingultu.

CAPVT. XXXII.

deſcriptio

SINGVLTVS velut quædam ventriculi conuulſio eſt, non tamen vera cenſetur: cùm in muſculis non fiat, quod ad conuulſionis eſſentiam requiritur. Ventriculus verò muſculus non eſt, neque eius hoſtiolum, vt apertè Galenus demonſtrat libro ſexto de morbo & ſymptomate, capite ſecundo. Vt cunque tamen res habeat, motus eſt ventriculi, quo ad expulſionem rerum moleſtarum, aut quantitate, aut qualitate, mouetur. In hoc differt à vomitione, quod (vt ait Galenus) per vomitiones ea, quæ in ſpatio continentur eiiciantur: per ſingultum verò ea, quę ventriculi corpus impleuerunt. Fit generaliter (vt autor eſt Hippocrates ſextæ ſectionis Aphoriſ. trigeſimo nono) aut à plenitudine, aut inanitione: & præter has cauſas etiã ab humoribus vellicantibus, & rebus acri facultate præditis: item quoties quiſpiam affatim deuorauerit calidum aliquod medicamentum, deinde calidam potionem biberit & ex cruditate etiam, præſertim in pueris. Morbus per ſe patet, cauſæ partim ex ægri dictis, partim ex his quæ ſupra capite de conuulſione dicta ſunt, perſpici poterunt.

Cauſæ.

Nota.

Curatio.

Singultus, qui ab inanitione fit rarò curationẽ ſuſcipit; ſimilis tamen eſt curationi conuulſionis ex inanitione de qua cap. 14. dictum eſt. & hecticæ, de qua capite octauo, ſecundi libri diximus. Si à ſola intemperie fit, per alterantia contraria curatur; plærunque tamen fit à plenitudine humoris pituitoſi, cuius curatio ſimilis omnino eſt curationi imbecillitatis ventriculi, quæ fit ab humore frigido pituitoſo, de qua capite præcedenti abundè diximus. Si vis tamen

Si ab intẽperie nuda, per alterantia contraria.

tamen hunc & alios affectus præter naturam ventriculi rectè curare, lege octauum lib. Galeni de compositione medicamentorum secundum locos, & quintum continentis Rhasæ, qui inter Arabes primas tenet: fuit enim vir magnæ experientiæ, & in omnibus Galenum magis, quàm alij omnes Arabes amplectitur. Si fiat à rebus acribus, & mordacibus, vt à piperibus, præsertim sumpto vino, & aqua calida, super id, vt Galenus docet octauo de compositione secundum locos, & commentario quadragesimo, sexti Aphorismorum: tunc necessaria est vacuatio per rhabarbarum, & myrobalanos citrinos, cum manna electa, aut cassia fistulari: & si opus fuerit, vbi materia est fixa nimis, & multa, adde drachmas tres, aut quatuor electuarij diaphinicon, precedenti leui præparatione per syrupum rosatum & acetosum. S. cum decocto hordei. In omni tamen materiali singultu est vtilis vomitus, præsertim si materia non fuerit fixa, & non penetrarit tunicas ventriculi. In hac, quæ fit à causa calida, post vacuationem electuarium diarhodon abbatis est optimũ, & potus solius aquæ frigidæ: quæ omnem ferè singultum curat aliquem per se, & aliquem peraccidens quemadmodum & animi perturbationes, vt ira, tristitia, timor, & gaudium, si subito accidirint, sternutatio cohibitus anhelitus, frictiones, & vincula extremorum, cucurbitula magna, & similia singultum curant. Si verò fiat ab inflammatione, ipsa curata curabitur & singultus. In antiquo tamen singultu qui fit à materia frigida, præter ea, quæ dicta sunt capite precedenti, hoc medicamentum est optimum & expertum; ℞. squinanti ij, calami aromatici, anisi, marathri, foliorum mentæ, & absinthij, costi an. ʒ. i. croci, ligni aloes, ambræ gariophyllorum, aloes Alexandrinæ an. ʒ. ij. apij, coriandri præparati, seminis papaueris albi cassiæ ligneæ an ℈. j. conserue aranciorum ʒ. ij sacchari. q. f. misce, & fiat confectio, vel in hyeme cum melle; cuius

Si ab affluxu humorum putrium, si per ea quæ dicta sunt.

Laus. Rhasæ.

Si ab acrimonia, & mordacitate.

Vacuatio

Antecedat præparatio.

Vomitus vtilitas.

Alteratio

Sedantia singultum.

vncia ſemis cum decocto fœniculi, aut alio ſimili huic ſummo mane per aliquot dies curat ſingultum indubitato. Similiter poſt vacuationem curatur ſingultus, ſi ventriculo admoueatur caſtoreum, cum oleo roſato, aut ſi accipiat æger drachmas duas ſeminis rutæ cum pauco vino, aut decocto fœniculi in ſingultu magno, & vbi alia non contulerint, præſertim cùm ſit à maximo ventriculi ſenſu, drachma ſemis vſque ad drachmam vnam philonij Romani cum ſyrupo papaueris, & aqua abſinthij, aut mentæ, eſt vltimum, & probatum remedium.

Vltimum remediũ.

De appetentia immodica, quam caninam appellant,

CAPVT XXXIII.

deſcriptio.

APPETENTIA immodica, quam caninam appellant, tunc fit, cum ventriculus ea comedendi rabie vexatur, vt ſatiari, qui ſic affecti ſunt non poſſint, nec poſt ingeſtos ad nauſeam vſque cibos: quos cum citra noxam ferre nequeant, eorum plenitudine velut intollerabili quadam ſarcina grauati ad vomitum, quod vltimum eſt remedium confugiunt; vt per eum à tam graui pondere liberentur. Verum cum inexplebilis ſit eorum appetitus, de nuò ad cibos fameliei conuertuntur, & in ſimilem priori neceſſitatem detruſi, iterum vomere coguntur: quod eo vſque perſeuerat, donec velut canes (vnde etiam morbo nomen inditum eſt) in edendo, atque euomendo toti ſunt: quo fit, vt quæ dum incohabat, vomendi erat neceſſitas, conſuetudo inualeſcente morbo efficiatur. Cauſæ à Gale. ſic breuiter explicantur quarto de morbo & ſymptomate, cap 7 Caninæ igitur appetentiæ cauſa vna eſt acidorum humorum vitiũ, altera vero (vt dictum eſt) plurima totius

Cauſa.

cor

corporis inanitio, siue ipsa caloris vim, siue retentricis facultatis imbecillitatem sequatur. Porro acidorum humorum vitium erosionem, quæ succioni proportione respondet, inducit, appetentiamque (vt inquit Galenus) haud aliter quam naturale pathema excitat. Cognoscitur eorum, quæ ingesta fuerunt, deiectione, si multa simul & liquida fuerit, & ructu insuper acorem referente, corporis verò inanitio, quæ (vt inquit Aetius) ob plurimi caloris vehementiam fit, qui instar ignis cibos consumit, cutem rarefacit, & exhalationem mouet, sic deprehenditur, ventris egestiones longe pauciores produnt, quam pro eorum, quę ingeruntur, modo, & proportione: & stercus insuper quod egeritur, siccius est. Quod si propter retentricis facultatis imbecillitatem, quæ cibis dominari non potest, corporis facta sit dissipatio, tunc multus est deiectionum prouentus. *Nota.*

Si fiat hęc immodica appetentia ab inanitione, vt in conualescentibus, curatur cibo boni succi, facili concoctu, & sæpe sumpto, non tamen multo. Alimenta pinguia semper laxant ventriculum, excitant nauseam, & appetitum deijciunt, quamuis sint difficilia concoctu. Si fiat à ventriculi imbecillitate, illa semota, cessabit affectus. Si à iecoris calore similiter sublata causa tolletur & effectus. Si à vermibus, ipsis eductis sanabitur, vt cuidam puellæ contigit, quę fame canina laborans à verme duodecim cubitorum sanitati restituta fuit, verme illo magno purgato. Si ob succum melancholicum à liene ad ventriculi os largius transmissum fiat, vt Arabibus placet, quod non repugnat Galeno, volenti retentricem facultatem corrodi melancholia, cum per accidens ipsa contrahendo, & comprimendo inanitionem faciat, & appetitum augeat ideoque melancholica alimenta augent appetitum precipuè sale condita, horum tamen omnium curatio suis locis referenda est. Si à pituita immodica, frigida, acida, os ventriculi infestante, à qua sępius fit, curatur quinque remediorum *Curatio.* *Ab inanitione.* *Abimbecillitate.* *A calore hepatis.* *A Vermibus.* *Historia.* *A succomelancholico.* *A pituita acida.*

generi

Victus. generibus, primo, victu calido, & ſicco communi omnibus pituitoſis affectibus, deptis acribus, vt ſunt cepe, allia porra ſinapi, & acida, quæ excitant appetentiã, & ob id nocẽt huic affectui: quanquã aliis pituitoſis affectib⁹ ſint ſalubria, quia incidũt tenuant, & tergũt pituitã menta tamen, & ſaluia, petroſelinũ, fœniculus, cicera, & ſimilia ſunt ſalutaria cocta cum carne arietina, aut hœdina. Potus ſit vinum vetus mediocriter dilutum, vel aqua decoctionis fœniculi.

Præparatio. Secundo, apparantibus materiam hanc medicamentis iam ſæpe dictis præſertim primo capite, & 31. de curatione imbecillitatis ventriculi vbi tamen iterũ ſcire oportet, ſyr acidos nõ conuenire huic affectui, vt eſt oxymel. S. & compoſitum, & ſimiliaue excitent appetentiam, niſi pauca quantitas ipſorum ſumatur, & ſint aliis mixta.

Obſeruatio.

Purgatio. Tertio, vacuantibus materiam pituitoſam, medicamentis frequenter dictis præſertim primo cap. & 31. huius libri.

Diaphinicon quale ſit. Inter compoſita tamen diaphœnicon eſt vtile, & quantitate drachmarum quatuor vſque ad drachmas ſex, quia eius vis non tranſit hepar, & purgat materiam mixtam ventriculi.

Reſolutio. Quarto, reſoluẽtibus reliquias materiei medicamentis ſæpe deſcriptis, maximè cap. 31. quarto genere remediorũ: vt theriaca magna, mithridato, diagalãga, electuario roſatæ nouellæ, & aromatico roſato, cum aqua aut decocto fœniculi, aut aniſi, aut petroſelini, & ſimilium. Vinum quoque generoſum poſt cibos pingues, & oleaginoſos ſtatim ſumem caninam ſedat, autore Gale. comment. 21. ſecundi aphoriſ. non tamen eam, quæ fit ex longa inedia, vel alui profluuio, aut fluxu ſanguinis, aut aliqua alia vacuatione. Nam qui huiuſmodi aliqua cauſa eſuriunt, plurimum offenduntur vini potu in eo comment. Galenus diſtinguit bulimon à fame canina.

Sumẽda.

Vini generoſi facultas.

Appetitus oblatio. Quinto, proſternentibus appetitum, & laxantibus ventriculum, qualia ſunt cibaria & iura omnia pinguia, vt oriza cocta cum pinguibus rebus & hoc medicamentum,

aut

aut huic simile; ℞. decocti maluarum, & seminis lini. an. ℥.iii. olei sesamini, & butyri recentis an. ℥ j misce, & fiat potus. Si ab intemperie calida ventriculi fames canina oriatur, (quæ autore Galeno quarto de symptomatum causis appetentiam profitemur per accidens, meo quidem indicio quemadmodum & fames augetur a frigore per accidens) curatur alimentis coctu difficilibus, vt sunt castaneæ, caro bubula, suilla, panis azimus, & similia. *Ab intemperie calida.* *Victus.*

De apperentia immodica, quam caninam appellant.

CAPVT. XXXIII.

Scholium.

APPETENTIA immodica *natum perpetuo dissipat substantiam triplicem corporis, solidam, humidam, & spirituosam, insensibiliter tamen per occultas cutis spiramenta, indeq. orta est nutritionis necessitas, nisi enim loco substantiæ dissipatæ, altera substitueretur similis, breui animalia perirent: propterea natura indidit animalibus appetitum alimenti, aut suæ conseruationis, quod idem est, qui apperitus fames dicitur hæc duplex est, vna naturalis, omnibus corporis partibus communis, qua alimentum appetunt nullo præcedente sensu rei deficientis, eo enim nō eguerunt, quia alimēto constituta sunt, sicut & plantæ cum quibus hoc appetitu cōmunicant. Est fames altera, quæ dicitur animalis, eo quod fiat cum sensu, est enim appetentia alimenti, quæ suctionis sensum sequitur hanc sub orificio ventriculi sentimus, ob multos* *Calidū in* *Nutritionis necessitas.* *Fames duplex.* *Fames animalis.*

ob multos & magnos nervos ibi dissemi natos. Qua fit eo modo, quo docet Gal. lib. 2. de causis symp. partibus circa cutem attrahent. bus ex vicinis, & his ex alijs, quoad vsq; ductio perueniat ad orificium Ventriculi, & in eo molestiã inducat. Inde colliges errorem Valesij, Valleriolæ, & aliorum sentientium melancholiam ex liene ad ventrem expurgari, vt excitaret famem. Hæc enim non erit secundum naturam. cum á partium suctione non fiat, imo erit cantna, cum melancholia perpetuo in iis venis contenta non esset sensum suctionis faceret. Appetentia animalis necessaria est animalibus, vt excitet ipsa ad quarendum alimentum, quoniam ipsis non est coniunctum. Neque hæc appetentia est facultas, vt male aliqui existimarunt, sed finis naturalium facultatum mouens eas ad agendum, & potissimum attractricem, & proinde ad ipsam refertur, quia ita ei adhæret, vt pro modo appetentia attrahat Ventriculus. In hac appetentia tria sunt symptomata cum nõ fit, cum imbecilliter fit, & cum male fit. Rursus appetentia, qua male fit, quam deprauatam appellamus, duplex est: vna ratione motus, qua canina dicitur, in qua immodice appetimus alimenta. Altera in qua alimenta prava qualitatis appetuntur, per prauam qualitatem aliena alimenta, & ea, qua non sunt alimenta (qualia sunt testæ, & carbones) intelligentes. Hoc capite auctor solum agit de canina appetentia. Hæc á duabus causis ortum habet, prima est frigiditas orificij ventriculi, qua vel est nuda, cuius meminit Gal. 2. apho com. 21. vel cum humore acido, de qua loquitur eodem lo co & secundo de causis symp. Secunda causa est immodica corporis dissipatio. Curationem lege apud auctorem. Solum aduerte duo, primum est, famem caninam ab intemperie frigida nuda factam, curari calidis, vt potus vinum modo non sit austerum. Secundum. famem caninam curari pinguibus, quoniam hæc dissoluendo Ventriculum auferunt sensum suctionis similem.

Valesij, Valleriolæ, & aliorũ error.

Fames ex melancholia non est naturalis.

Appetẽtia non est facultas.

Symptomata in appetitu.

Canina appetentia causa.

Duo aduertenda.

De cibi faſtidio.

CAPVT XXXIIII.

APPETENTIAM nobis omnibus prouida natura indidit, ne eius, ſine quo conſtare animantium uita non poteſt, per negligentiam obliuiſceremur, ea in hunc modum fit. Cùm quodlibet animal in ambientem aërem per cutem diſſipetur, principio partes cuti ſubditę inanes reddantur, hæ uerò, quia talis eſt natiua earum facultas, à vicinis partibus ad ſe alliciunt alimentum, vt id quod fuit exinanitum, repleatur: mox illæ rurſus ex ſibi vicinis, atque eodem modo aliæ ex aliis ſibi proximis, donec ad ventriculum deuentum ſit: & ab ipſo ſuctio fiat, reliquis omnibus partibus ante ipſum per eam ſuctionem iam euacuatis. Quam quidem ſuctionem cum venter ferre non poſſit, ſed inde veluti diuellatur, huiuſmodi moleſtiæ remedium cibum exquirit: atque inde tum fames, tũ appetentia naſcuntur. Eſt enim fames ſuctionis ſenſus, appetentia verò implendi deſiderium, vt copioſius Galenus docet libro quarto de cauſis ſymptomatum, cap. 7. Porrò cùm trifariam appetentia lædatur, perinde ac omnes corporis functiones: vnus læſionis eius modus eſt, cum animal nihil appetit: contraria ſane canino appetitui affectio, anorexia Græcis, Latinis appetentiæ amiſſio, aut abolita appetentia, nobis verò cibi faſtidium appellata. Hæc fit (vt loco citato ait Galenus) vel quia ſuctionis ſenſus periit, vel quia ſuctio non fit, vel quia corpus non inanitur. Præter has cauſas etiam alias recenſet Aetius libro nono, capite vigeſimo primo, in hunc modum. Contingit autem ſæpè ob immoderatam ventris, & in teſtinorum fluxionem, & ob bilioſum humorem in ventrem delatum, tenacis & acris

Cur appetentia eſt neceſſaria

Quid ſit fames.

Cauſæ

eris,ac porri ſpeciem referentem,& ob pharmaci potionem,& ſanguinis immoderatam detractionem,& in continuis ac vehementibus febribus, ſtomachi, ac ventris inflammationem,item hepatis,veſicæ,ac vuluæ. Contingit etiam in cholica & voluuloſa affectione. Maxima autem quod quis nõ eſuriat,cauſa caliditas exiſtit: quę ſolida corpora laxando diſſoluit, & ad attractionem imbecilliora reddit: humida autem diffundit, atque amplius extendit. A pluribus etiam alijs cauſis appetitus perijt, quas facile quiuis inueniet. Notæ, cum à fluxu ventris hęc paſsio fit, manifeſtæ ſunt Si à biliioſis humoribus,ventriculi morſus adeſt,nauſea que & ſitis vehemens:ſi ab humoribus putridis,etiam interdum febris adeſt: at quibus craſsi,lentique humores faſtidium cibi pariunt,i; nec noſionem ventriculi,nec ſitim patiuntur. Communiter autem omnibus ſuperuenit nauſea. Indicia verò, quibus calida intemperies dignoſcatur,quæ huic morbo occaſionem præbuit, ſæpè in alijs capitibus dicta ſunt.

Nota.

Curatio. Victus. Appetentiam augentia.

In omni tamen cibi faſtidio nocent pinguia, & oleaginea,& crocus,cum ipſis augẽt appetitũ odorifera omnia alimenta,præſertim ſi habuerint naturam contrariã cauſę;acria etiã,vt cepe,allia,porrũ,piper,ſinapi, cinamomũ, gariophyllus,nux muſcata, & ſimilia: pari modo ſtiptica omnia vt menta,abſinthiũ,pyra,cydonea Acida quoque oĩa,vt acetoſa,agreſta acetum,ſucci granatorũ,citri limonum,& aranciorũ. Salita omnia quoque monẽt apetitum, vt caſeus,oliuæ,capparis,caro ſuilla. & ſimilia. Seruetur tamẽ modus præſcriptus nono cap. huius lib obſeruata ſem per natura infirmi. Nã ſunt inimicitię quędã inter nõnulla alimenta,& ſingularẽ hominem:quemadmodũ & eſſe poteſt amicitia magna,& familiaritas,quæ ſolo experimẽto cognoſcẽda eſt. Deinde materia eſt præparãda, ſi calida fuerit & biliioſa per ſyrupũ acetoſum S & roſarũ,cũ decocto hordei:ſi frigida,per rhodomel,& oxymel. S. per ſyr. de abſinthio,de mẽta,cũ decocto fœniculi,& ſimilibus;de

Præparatio materiæ calidæ & frigidæ.

qui

quibus 1. cap. Deinde vacuanda eſt materia calida rhabarbaro, myrobalanis citrinis, hiera. S. & nō medicamentis, quæ atrahunt ab alijs partibus ad ventriculū; vt ℞ rhabarbari optimi infuſi per noctē in aqua endiuiæ cum pauco vino albo, & corticum myrobalanorū citrinorū an. ʒ. j. pulueris hieræ. S. ℈. ij. ſyr. violarū ʒ. j. aquæ bugloſſæ. q. ſ. miſce, & fiat potus; aut ℞. pilularum de hiera. S. & rhabarbari electi an. ʒ. ſ. cum ſyr. roſarum Alexandrinarū fiant pilulæ vij. & aurentur, ſi non eſt pauper. Si materia fuerit pituitoſa, vacuanda eſt agarico troſchiſcato cū hiera ſimplici, & myrobalanis chebulis; vt ℞ agarici trochiſcati, & corticum myrobalanorum chebulorum an. ʒ. ij. pulueris hieræ. S. ℈. j. ſ. rhodomellis ʒ. j. aquæ fœniculi ʒ. ij. miſce, & fiat potus. Si materia mixtam habuerit pituitam, & bilem ʒ. iiij diaphinicon vacuanda eſt, aut ʒ. j. pilularum aggregatiuarum. Poſtremò, curatur reſoluentibus, & corroborantibus ventriculum, vt in cauſa calida puluere diarhodō Abbatis quolibet die ſumpto quātitate ʒ. ſ. vſq; ad ʒ. j. cū ʒ ij. ſyr. roſarum In frigida ſyrupo de abſinthio cum aqua hordei cum cortice, maſtiche, interius & exterius, & ſimilibus, vt carne cydoneorum in calida cum ſaccharo condita: & in frigida, cum melle; in qua electuarium roſatæ nouellæ, & magis puluis çonducit, & aromaticum roſatum cum aqua, aut decocto abſinthij, mentæ, alia ſimili. Theriaca magna, mithridatum, aut diamuſcus dulcis, aut diambra reſoluunt, & corroborant ventriculum: ſi ſæpe magnitudine drachmæ vnius capiantur cum liquore aliquo calido, vt eſt decoctum cinamomi, corticis citri, coriandri, fœniculi, aniſi, & ſimilium. Hoc ventriculo admotum tam poſteriori parte, quam anteriori reſoluit, & corroborat; ℞. emplaſtri ſtomatichonis partes duas, maſtichis partem vnam, extendatur ſuper alutam ad formam ſcuti; aut ℞. olei nardini, abſinthij, & de lilio ana ʒ. j. pulueris roſatæ nouellæ, cinamomi, garioph yllorum, mentæ, & corticis citri an. ʒ. ſ. ceræ. q. ſ. miſce, & fatvn-

Purgatio calida.

Purgatio frigida.

Materia miſta.

Reſolutio, & corroboratio.

Emplaſtrum.

guen

guentum; mod mane, & vespere ante cœnam actu cas-
Vnguẽtũ. dum ventriculo admoueatur.

De cibi fastidio.

CAPVT. XXXIIII.

Scholium.

Auctoris lapsus. APPETENTIAM nobis. *In hoc capite solum aduerte, non recte auctorem in appetentiam à causa frigida fieri scr. pssse, hac enim potius appetitum mouet comprimendo orificium ventriculi, & hac ratione sensum suctioni similem efficiendo.*

De Cholera.

CAPVT. XXXV.

descriptio. QVAM barbari cholericam, & cholilicam passionem appellant, hanc tum Græci, tum etiam Latini cholera dicunt, quę (autore Paulo lib. 3 cap. 39) immoderata est ventris perturbatio, quæ multo bilis fluxu, & supernè per vomitum, & infernè per alui deiectiones fit.

Causa. Contingit ob multam eruditatem, qui nonnunquam prauorum admodum alimentorum (vt docet Galenus. 2. de alimentorum facultatibus, capite de peponibus, & libello de cibis boni & mali succi, vbi ex boletis, inquit, non benè coctis cholera excitatur) interdum verò vitiosorum succorũ culpa oritur. Malum sic deprehenditur, per superiora

Nota. & inferiora excretio fit. Vtroque enim ostio ad expul-

sionem

& inferiora excretio fit. Vtroque enim ostiolo ad expulsionem ventriculus vtitur, & eò, quòd ad gulam superius, & eò, quod ad pylorum id est, ianitorem, vt testatur Galenus 6. de morbo & symptomate, cap. 2. Sitiunt præterea qui hoc morbo laborant, & copioso sudore madent, pulsum que habent concisum, & in musculis manuum ac pedum, maximeque iuratum contractionem, ac tensionem quandam sentiunt. Quæ per vomitum redduntur, aut acescunt, aut amara planè sunt. Deiectiones vel pituitosæ, vel melãcholicæ, vel biliosæ, nonnunquam etiam carnium recenter cæsarum lotioni simillimæ excernuntur. Facies sæpenumero, qualem Hippo describit. 1. Prognostic. Cõspicitur & color, non dissimilis ei, qui in iam iam morituris cernitur, nec in numero. Frequenter enim hanc affectionem mors insequitur, niũ celeriter medicus opem tulerit, denique & in ventriculo, & intestinis summus adest dolor, angustia, & vellicatio.

Curatio.

Primo, victu debita ratio instituenda est parũ frigida. Calor enim humores mouet, & frigus si immodicũ sit (quãuis immobiles ipsos efficiat, spiritũ & calorẽ natiuũ resolui prohibeat) nocet, humores ipsos subitò ad intestina reuocãs. Alimẽta sint boni succi, & facilia cõcoctu, parũ & sæpè sumpta, præsertim deficientibus viribus. Nã sæpius vtilis est abstinẽtia, vt reddatur cæteræ partes quasi auaræ. Ius ergo ex gallina tenera, & perdicibus, ex animalũ quæ bonũ succũ gignũt, extremitatib⁹ est bonũ, melior succus eorũ, & optima aqua per distillationẽ expressa, præsertim si parũ aquæ rosarũ, aut florum myrtillorũ, aut malorum cydoneorũ misceatur cũ cinamomo, antequam fiat aqua. Si fuerit ciborũ magnum fastidiũ, vua pentilis erit vtilis, oua sorbilia, testiculi gallorũ, & hepata gallinarũ sunt salutaria, & alia dicta cap. superiori. Potus in causa frigida sit vinũ generosum aqua dilutũ, seruata cõsuetudine ægri, aut aqua cinamomi, aut seminis fœniculi. In calida verò aqua hordei, aut aqua decoctionis coriãdri præparati, aut

Victus.

In causa frigida.

In calida.

vinum granatorũ. Animi perturbationes maxime nocẽt, præſertim quæ ad interiora reuocãt, vt timor & triſtitia.

Vomitus.

Secundo ſi materia & cauſa fuerit in ventriculo, vomitu curatur aqua tepida cum pauco aceto & ſaccharo, aut decocto ſeminis raphani cum ſyrupo acetoſo. S. Si verò fuerit multa materia, & aliunde venerit ad vẽtriculum & inteſtina, apparatur ſyr. roſarũ ſyrupo de agreſta, oxyſaccharata. S ſyrupo de endiuia. S. & ſimilibus, cum aquis roſarum, plantaginis, portulacæ, & alijs eiuſdem naturæ.

Præparatio.

Purgatio materiæ pituitoſæ.

Tertio, vacuantibus cum corroboratione, vt rhabarbaro, myrobalanis citrinis, & chebulis, ſi fuerit materia pituitoſa; vt. ℞. rhabarbari electi parum toſti ʒ.j corticũ myrobalanorum citrinorum parum toſto. um ℈. iij. ſyr. roſarum ℥.j. aquę portulacæ ℥.ij. miſce, & fiat potus. In repletione tamen ex cruditate, ſola hiera. S. bene purgat; aut ʒ.j. pilularum ſtomachicarum, aut ʒ.j. agarici trochiſcati, aut ʒ.ij. diaphinicon.

Si repletio ſit ex cruditate.

Error iuniorũ medicorũ ſuper aſſatione rhabarbari.

Amatus Luſitanus centuria. 2. curatione. 44. & alij iuniores ante ipſum malè rhabarbarum aſſatum, & myrobalanos in hoc, & in alijs ventris profluuijs damnant; cùm hęc duplicem habeant ſubſtantiam, vnam tenuem, igneam, & aeream: alteram verò terreſtrem, craſſam, & aſtringẽtem. Prima purgans, mundificans, & abſtergens per modicam aſſationem, & torrefactionem amittitur: craſſa verò, & aſtringens ſola ſummè neceſſaria eſt, quando materiam & cauſam proffuuij cum corroboratione & aſtrictione, & abſque acrimonia clementiſsime educere volumus. Credunt iuniores medici idem eſſe aſſatiotionem aduſtionẽ, incinerationem, & calcinationem, quod falſum eſt.

Reuulſio, & reſolutio.

Corroboratio.

Quarto, reuellentibus, & trahentibus ad cutem: vt balneo, quo raro eſt vtẽdum propter facultatis imbecillitatẽ; frictionibus, & ligaturis extremorum, & cucurbitulis.

Sumenda Potus aquæ tepidæ.

Quinto, roborantibus ventriculum, & inteſtina, & prohibentibus motum humorem, & ſymptomata quædam, vt potu ſolius aquæ roſatæ tepidæ, quantitate vnciæ-

ciarum quatuor, maximè cum fit à sola bile, est à me expertũ remedium, & laudatum à grauissimis medicis: ℥.j. pulueris diarhodon Abbatis, cum ʒ j. syr. de agresta, aut alio simili, est in hoc genere optimum remedium. Similiter rob de agresta, de cydoneis, mina cydoneorum non aromatizata, niũ causa cholerae esset cruditas, tunc enim aromatizata esse debet: & syrupus de menta, de absinthio, puluis rosatae nouellae, & electuarium eiusdem, puluis seu electuarium aromaticũ rosatum Gabrielis, & similia calida medicamenta stomachica interna, & externa de quibus cap. 31. de imbecillitate ventriculi abundè dictũ est. Hoc quoque mixtura est optima in hoc genere, in calida causa & venenosa; ℞. conseruae rosarum antiquae ʒ. iij. conseruae acetosae ʒ j. coralli rubri praparati, & boli Armenici praparati an. ʒ. j. marga itarum electarum, pulueris crystalli preparati an, ʒ. j. ℈. sacchari optimi q. s. misce, & fiat conditum auro coopertum. Dos est cochlearium vnum mane; & quacunque hora, cum aqua acetosae, aut portulacae, aut chalibeata aquã. Ventriculo, & tori etiã ventri admouenda sunt astringentia, & corroborantia, vt oleum mastichinum rosatum, myrtillorum, cydoneorum, nardinum, de absinthio, cum pulueribus astringentibus: vnguenta ex ijs fieri possunt; vt ℞. olei de absinthio myrtillorum, & cydoneorum an. ʒ j. pulueris mastichis, thuris, trochiscorum de spodio an. ℥. j. cære. q. s. misce, & fiat vnguentum; aut ℞ farinae hordei lib j. pulueris spodi ʒ. iij. albuminum ouorum numero. iiij. succi plantaginis, aut bursae pastoris, aut caudae equinae quod. s. misce, & fiat cataplasma: adde parum aceti calybeati, & semel in die ventri admoueatur actu frigidum, vel parum calidum; aut ℞. micę panis tosti. p. j carnis cydoneorum mel le conditae ʒ. ij. mentae, absinthi, an. m. j. vini rubri, aut aceti chalybeati, si est causa vehementer calida, quod. s. misce, & fiat cataplasma; adde pulueris gariophyllorum, cinamomi, ligni aloes, mastichis, spicae an. ℥. ij.

Conditum

Admouenda.

Vnguẽtũ

Cataplasma.

Cucurbitula vomitum, & dejectionem cohibet.

Magna cucurbitula ventriculo & vmbilico admota detinet vomitum, & dejectionem. Multi in hoc genere remediorum laudant aquę frigidę ſubtilem irrorationem ſuper crura, & pedes, & teſtes: ſed hoc faciendum in agro robuſto. Aliquando neceſſaria ſunt narcotica, vt requiēs magna, micleta, athanaſia, & alia valentiora, vbi alia non proſunt, ſeruatis iis, quæ diximus ſuperius capite de phrenitide, & capite de ſanguinis profluuio è naribus, & quæ dicentur capite de ventris profluuio ſequenti. Si adſit initium vlcerationum inteſtinorum curabitur per ea, quæ dicemus cap. 38. de curatione dyſſenteriæ.

De cholera.

CAPVT. XXX. V.

Scholium.

Cholera morbus.

QVAM barbari cholericam. *Cholera eſt vitiosa ventris perturbatio, qua rem moleſtantem ſuperne per os, & inferne per aluum expellit. Vnde pars affecta erit ventriculus, vt ex 3. de cauſ. symp. cap. 2. colligimus: ita vt in eo facultas expultrix irritata immodice moueatur. Neq. video qua ratione adductus Valleſius 5. libr. epy. com. 10. hoc ſymptoma etiam ad retentricem ventriculi referat, cum ſint ab irritatione, & veteres in eius definitione ſolius excretricis facultatis meminerint. Praterea ex definitione prædicti colliges, de eſſentia cholera eſſe vtramq. euacuationem, ſic Eutychides lib. 5. epy. ſent. 75 in princ. pro morbi vomitu affectus, & non deiectione cholera non laborabat: niſi in quarto die, in quo nō ſolum vomuit, ſed & per aluum deiecit. Quod ſi ante deiectionem choleram vocatum*

Valleſius taxatur.

an duplex euacuatio ſit de eſſentia cholera

vocatum morbum habuisse scriptum sit, in illa sententia, dicendum est librum non esse hyppocratis. Et quamuis vtraq. euacuatio prodijt cholera conueniat, aliquando tamen post dictas euacuationes, scilicet vomitus cessare ob imbecillitatem facultatis expultricis, quæ tempore hunc affectum choleram essi non p[ro]ssam[us] [illegible] quando declinante affectu, vomitus cessa[t] [illegible] cholera ingenere est, quicquid totum ventriculum molestat: hoc autē ex omnium medicorum sententia vel est alimentum corruptum, vel bilis acris a venis expulsa ad ventriculum. Causa cholera ex alijs.

Ego tamen existimo choleram morbum semper fieri ob vna causa, nempe a fluxione humoris biliosi, & acris a toto corpore ad ventrem, quod confirmo, primum ex nomine, nā ideo hic affectus cholera dicitur quia in eo cholera, id est bilis euacuatur, secundo ex Gal. 3. de nat. fac. cap. 13. vbi in choleris per venas, quæ ad intestinum & ventrem pertinent, totum corpus euacuari scribit. Tertio ex imbecillitate quæ in choleris in toto corpore sentitur, quæ non sequetur ad solam humoris corrupti in ventriculo euacuationem. Dices nōne Galenus lib. 2 de alim. fac. cap. de ponibus ex vitioso succo ex ponibus genito choleram morbum fieri dicit. Respondeo eo loco Galenum vitiosum succum non in ventriculo, sed in venis coacernatum cholerā efficere nos docu[it] esse quod si aliquando corruptum cibum cholerā causam statuat, intelligendum est, illum irritando id efficere, quod manifeste colliges ex lib. 4 de rat. vic. in morbis acutis com. 103 vbi sic habet. Nempe ea cholera ceorum eduliorum communis est malitia, cum & humida & acria fuerint. Talia siquidem similiter corrumpunt, suaq. acrimonia vaporum eorum, quæ ad ventrem decūbunt, ora remordent, a quæ fluxionum earum, quæ ex toto corpore in eum fiunt causa efficiuntur. Hac Galenus. ex quibus videt Valesius qua ratione possit fieri cholera. Ex redundanti a immodica, vt ipse scribit. hoc ea loco ad huc, ea quæ superius diximus, de cholera simplicites Propria sententia. Reprehenditur Valesius.

dicta, intelligi, nam est altera cuius meminit lib. 10. 4. de ton. victi. in acut. fcut. 104 quæ cholera ficca appellatur, quam Valleſius 7 epyd. com. 81. ſi. cã appellari ſentit, quia in ea non excernitur humor, ſed quia habet ſolam irritationem ad euacuationes, quæ per os & aluum fiunt: exiſtimat enim choleram ſiccam & humidam naſci ab eiſdẽ cauſis ea ratione, qua nauſea & vomitus. Cuius vtri ſententia, quam falſa ſit, intelliges ex com ſupradicta ſententia in qua Galenus choleram ſiccam appellat eam, in qua non humor, ſed flatus acrimoniam habens per os. & aluum exitiatur, qua ratione Hippocrat. hydropem timpanitem hydropem ſiccam appellare ſolet, quia ab ſpiritu fit. Ex ſupradictis intelliges etiam, quam male auctor inter ſigna choleræ ſimpliciter dicta dejectiones pituitoſas, aut melancholicas, enumeret.

Primo victus debita ratio. *Qui in choleris ſtatim in principio victum adſtringentem imperant, detento humore acri mortui ſunt auctores.* Oportet ergo in principio iſtius affectus victu refrigerante vti, quia, vt diximus, cholera a cauſa calida ortum habet, & ita multoties curauit choleram potu ſolo aqua niue refrigerata. Quod ſi alimentis vtamur temperatis, erunt alterandæ rebus frigidis. Ceſſante autem vomitu, & remiſſa moleſtia, aut quãdo iam alimentum incipit deijci, tunc adſtringentibus, quæ robarare poſſunt ventriculum vtemur: aut, ſi his nolumus vti (quod melius erit) ſufficiet ſola victus ratio conuenies. Ea alimenta, quæ in cauſa frigida ab auctore conceduntur, omittenda ſunt, quia cholera a frigida cauſa non ſit.

Euacuatio in cholera.

Tertio vacuantibus. *Si natura recte humorem ex ventre euacuet, nil oportet nos mouere. Si euacuet ſed aliquã vim diminute (quod ex moleſtia colliges) tunc vomitorijs ab auctore paulo ſuperius deſcriptis vtere, poteris tamen vti eo, quod paratur ex aqua tepida decoctionis hordei cum cortice, aceto, & pauco ſaccaro, hoc enim vomitum mouet,*

mouet, & simul extergit, & retundit acrimoniam humoris. Quod si natura ita diminute irritantem humorem expellat, & ex eius copia anxietas, & extremorum frigiditas sequantur, tunc eum hoc medicamento educemus: Rx. cassiæ præparatæ ʒ. 6. pulueris hyera picra ʒ. 4 decocti hordei cum cortice. q. ſ. misce, & fiat potio: quam qualibet hora diei assumere poterit. Qua in parte errat auctor, & cum eo Valleſius, purgantes humorem, & simul corroborantes ventrem: cum ſolum intendamus illum tam moleſtum educere humorem, poſt cuius purgationem, ſi euacuatio remiſtat, oportune roborantibus vtemur.

Quinto roborantibus ventrem. Hoc in loco remedia tantum ſunt ea, quæ frigida cum ſint, conſtringendo roborãt ventrem. Id, quod auctor dicit de medicamentis calidis choleram ex cruditate curantibus, ſi falſum eſt, cum ex humore ſemicocto non fiat cholera. Cõditum etiam auro copertum omittatur, quia præter expenſam, non eſt gratũ. Præterea ea omnia, quæ docet facienda, vt vomitum cõpeſcamus inutilia ſunt, quia ſi vomitus multus eſt, & nos humorem ita prauum violenter deinceamus, certam inducemus mortem.

Quæ roborant ventrem.

Auctoris lapſus.

De Diarrhea.

CAPVT. XXXI.

deſcriptio.

DIARRHAEAM Barbari corrupto vocabulo diarriam appellant. Eſt autem ac ſi diceres ſimpliciter alui profluuium cum ſine exulceratione & inflammatione fit. Cuius variæ ſunt ſpecies ac differẽtiæ, quas ſigillatim recẽſebimus cauſas ſimul ac notas cuiuſq; breui perſtringẽtes. Alui ergo profluuiũ ſeu à toto corpore, ſeu ab aliqua ei⁹ parte oriat, aliquãdo quidẽ fit natura⁹ per indicationes (quas criſes appellãt) humores mutile ex pellẽte: ali-

Diuiſio.

Criticum q̃d non eſt cohibẽdum.

aliquando verò vi ſymptomatum Magnopere tamen dijudicari oportet, an hoc vel illo modo alui fluor contingat. Si enim criſi naturæ fiat, curatione non indiget iuxta Hippocratis præceptum aphoriſmo vigeſimo ſectionis primæ, quæ iudicantur, & iudicata ſunt integre, neque nouare aliquid ſiuè medicamentis, ſiuè aliter irritando, ſed ſinere oportet. Porrò num per naturæ criſes ſequutus ſit alui fluor, conſulere oportet ea, quæ ab Hippocrate dicta ſunt lib 2 prognoſticorum progeoſtico 14. & à Gale. ibidem in commentario, & lib 3 de criſibus: maximum tamen ſignum eſt, ſi confert, & ægri tolerant. Quod ſi ſymptomaticum fuerit, & non à natura vincente factum, curationem requirit; & de huiuſmodi alui profluuio hoc loco agitur: cuius vna differentia eſt quoties ab hepate naſcitur ob multitudinem bilis ad aluum defluentis, quę irritat ad excretionem, vnde ventriculus & inteſtina non expectata in totum concoctione, chyloſam ſubſtantiam expellunt; & huius alui profluuij meminit Galenus aphoriſmo 20. ſectionis ſecundę. Deprehenditur quia in deiectionibus cõmixtus bilioſo humori chylus apparet, & quia iuuenibus temperamento bilioſis accidit, & æſtiuo tempore, & noctu magis, & citiſsimè in diſſenteriam degenerat. Prouenit etiam nonnunquam obturatis meſenterij venis, quibus hepar velut manibus vtitur, dum alimentum ad ſe trahit. Notæ ſunt, quod in deiectionibus nihil præter chylũ cernitur, & in dextro hypochondrio grauitas quædam ſentitur, & anteacta vita, quę humores craſſos generaret, extitit: verum animaduertere oportet, ſępè prædictas venas obturari propter abceſſum aliquem in ipſis exiſtentem: quod cognoſcitur, quia febris adeſt calor ac dolor dextri hypocondrij, lienis quoque vitio accidit, quod ſic dignoſcitur, egeſtiones nigræ ſunt, ſiniſtrum hypocondrium dolet, adeſt in eo grauitas & cætera melancholiæ ſigna cernuntur, iam & ventriculus huius mali origo eſt, vel quia eius expultrix facultas fortior eſt, vel quia retentrix imbecillior,

Chyloſum & bilioſũ ſimul.

Note. Chyloſum tantum.

Lyenoſũ.

Ex vitio ventriculo.

cillior, vel quia intemperie aliqua laborat, & concoquere cibos non potest. Considerandoa verò sunt ad id deprehendum, quæ supra de ventriculi affectionibus sunt dicta, & quòd cibus semicoctus protruditur, & in ventriculo dolor, & grauitas sentiuntur. Multis à capite alui profluuium prouenit: cognoscitur verò, quia distillatione aliqua laborat, & dolor, & grauitas capitis præcesserunt: & quòd ea quæ deijciuntur, spumosa sunt iuxta Hippocratem septima sectione, aphorismo. 29. sunt & aliæ differentiæ, quæ nobis prætermittuntur, quod illorum in alijs capitibus mentio fiat. *Ex capite.*

Diarrhea curatur primo, victu refrigerante, & astringente, vt aëre arte parato, aceto, aqua rosarum, & similibus: quem si epidemialis fuerit (vt anno 1450. Ferrariæ omnibus ferme hominibus accidit) omnino oportet relinquere, & saluberrimum quærere, si fieri tamen non possit, considera quæ dicētur capite nono secundi libri, semper tamen necessaria sunt, quæ simul restringunt, & veneno resistunt. *Curatio. 1. mo.*

Cibus, sit paucus, & parum nutriens, præsertim initio, & facilis concoctu, vt reliquæ corporis partes quasi auaræ reddantur, propriuḿque retineant alimentum. Tunc enim pyra, & cydonea tosta satis nutrirent, aut ius pulli gallinacei aqua chalybeata factum, & eius caro tosta. Vbi diutur na fuerit diarrhæa, aut facultas imbecilla, nutriatur hepate gallinæ, ouis sorbilibus, testibus pullorum gallinaceorum, succo carnis gallinę aut perdicis, aut arietis, iure pedum arietinorum, suillorum, & similium: amido, aut oriza assata, aut pane bis cocto, & cum iure optimi nutrimēti, & aqua chalybeata facto: perdix tam assata, quā elixa restringit. Si facultas fuerit admodum imbecilla, nutriatur aqua carnium gallinæ, perdicis, & arietis, quæ fit per distillationem, vase vitreo appositō supra aliud vas semplenum aqua efferuescente, miscendo ante illius distillationē aquam malorum cydoneorum, aut myrtillorum, semper tamen *Cibus.* *In diutur na.* *Perdix sē. per restrin*

tamen ante cibum comedat offam parum assatam immersam miua cydoneorum, aut rob cydoneorum, aut de agresta. Acria omnia nocent, quemadmodum glutinosa, & astringentia iuuant. Toties & tantum cibi sumendum, quoties, & quantum consueuerat capere, licet parum & sæpe sint alendi, qui facultatem habent imbecillam. Potus sit aqua chalybeata, aut pluuialis, si tamen fuerit ventriculo imbecillo, aut si solitus vinum bibere, sit rubrum & astringens, quale est Saguntinum, benè aqua chalybeata dilutum. Tandem quiete animi & corporis vtatur, & somno magis, quam vigilia. Quando ventris profluuium fit à medicamento immodicè purgante, acrimonia obtunditur quatuor, aut sex vnciis aquæ calidæ, aut decocti hordei cum vncia vna sacchari, vel hoc potu; ℞. mucaginis seminis psyllij, & cydoneorum an. ʒ.ij. decocti hordei ℥.iij. misce. Hæc tamen immodica purgatio multis curatur modis, causis eius abscisis, primo per ea, quæ vim medicamenti purgantis frangunt, incrassant, & a corpore expellunt compingendo, vt sunt mucagines supradictę, aut per ea quæ canales, & partes seruientes ex pulsioni roborant, & constringunt, vt est mastix, & similia: aut per ea, quæ ad contrarium vacuant, & trahunt, qualia sunt, vomitus, balneum, frictiones, & cucurbitulæ: aut per ea quæ laborioſum motum sedant, per quietem scilicet, & somnū: & per ea, quæ cor corroborāt, & animum oblectant. Si quis tamen hanc rem perfectè cognoscere cupit, legat caput Mesuæ de medicamento immodicè vacuante theoremate tertio, Canone primo. Sanguinea diarrhæa, si sit ab hæmorrhoidibus, curabitur capit. 52. huius libri. Si à mensibus suppressis nascatur, capite. 56. Si critica, vt in synocha, nulla eget curatione, nisi modum excedat: tunc curatur sanguinis missione, per sectionem venæ cubiti internæ, extracto pauco sanguine: maior tamen copia sanguinis est educenda, cùm diarrhœa sanguinea est à mutilatione membri. In vtraque tamen præcedenti sanguinis

Noxia & vtilia.

Admonitio.

Potus.

Si sit abbypocathartica.

Si ab hæmorrhoidibus.

Si à suppressis mẽsibus.

Curatio critica.

guinis missione vtile,& necessarium est hoc aut simile medicamentum; ℞. conserue rosarum antiquæ ℥.ij. micletæ ℥.j lapidis hæmatitis,coralli rubri præparati karabe,mastichis.boli Armenici præparati an.℥.ij. syrupi myrtillorum,quod satis est misce,& fiat confectio.Dosis, mane, & omni hora cochlearium vnum cum aqua caudę equinæ,aut sanguinariæ. Diarrhœa biliosa, præcedenti victu prædicto initio huius capitis, curatur vacuatione bilis per medicamenta stiptica; vt ℞. rhabarbari parum assati, & corticum myrobalanorum parum assatorum an.℥.j. syrupi rosarum ex infusione siccarum ℥.j. aquæ portulacæ ℥. ij. misce, & fiat potus. Aliquando initio, vbi materia fuerit multa, ante purgationem necessarius est vsus syruporum de agresta, cydoneorum, rosarum ex infusione siccarum, & similium, cum dupla quantitate aquarum, aut decocti portulacæ, plantaginis, & similium: & tunc fiet vacuatio per rhabarbarum non tostum, & per myrobalanos non tostos. Diarrhęa pituitosa curatur, si materia fuerit multa, per vacuationem factam myrobalanis chebulis eodem modo paratis, & aliquando addendo scrupulum vnum agarici trochiscati, precedenti concoctione facta per rhodomel, per decoctum, & syrupum de absinthio. Diarrhœa melancholica curatur per vacuationem factam myrobalanis indis, & epithymo, præcedenti concoctione per syrupos,& medicamenta dicta, capite primo: quamuis aliquando si fuerit ob obstructionem lienis, hæc diarrhœa egeat propria curatione,de qua capite 45. huius libri loquemur copiose. Deinde anertentibus curatur,vt vomitu autore Hippo lib de locis in homine, quo libro docet vomitum curari vomitu,& ventris profluuium ventris profluuio.Sanguinis missione,si sint signa sanguinis & roburvirium.Mouentibus sudore & vrinam cientibus.præsertim si simul ventrem restringant, & vrinam prouocent, vt cydonea. Frictione externa totius corporis, demptis

Confectio.

Curatio bilosa.

Obseruan.

Curatio pituitosa.

Melancholica curatio.

Præparatio & euacuatio.

Reuulsio.

Sectio venæ.

Sudoris, et vrinæ prouocatio.

infer

infernis partibus. Poſtea curatur per ea quæ inteſtina la-
Clyſter la-xans. uant,& ſimul corroborant,dolorémque ſedant, ac defen-
dunt illa ab vlcere,vt clyſtere hoc paucæ quantitatis ; ℞
decocti hordei ℥.vj facchari ℥.i .miſce , adde lutea duo
ouorum. Ex ſolis vncijs octo lactis(in quo lapides marini
extincti fuerint,aut chalybs ignitus)clyſter eſt optimus &
vtiliſsimus huic profluuio ventris : in dyſenteria tamen
ſunt maioris momenti clyſteres,& magis ad multa neceſ-
Conſtipatio,& corroboratio. ſarij. Deinde curatur incraſſantibus,meatus cõſtipantibus
& corroborantibus retentricem facultatem,vt thure,cymi-
no aſſato,& aceto infuſo,aniſo toſto,ſemine naſturtii aſ-
Aduerte. ſato:hæc tamen calida magis proſunt,ſi ſit profectus mor-
bus à cauſa frigida;quamuis in calida ſint vtilia præcipuè
ſi miſceantur his ſyrupi , aut aquę aſtringentes frigidæ,vt
ſyrupus myrtillorum,roſarum ex infuſione ſiccarum , ſy-
Maſtiches commendatio. rupus de agreſta,cydoneorum & ſimilium. Simplicia ta-
men,& compoſita medicamenta huic profluuio neceſſa-
ria ſunt,omnia ferme frigida,quamuis maſtix calida ob-
tineat principatum in omni profluuio,quare ea perpetuò
vtendum eſt etiam loco ſalis in cibis . Oriza etiam aſſata
Adeps caprinus.i. sapra,aut capri caſtrati. eſt optima; adeps quoque caprinus , quo multi diarrhæa
laborantes etiam inueterata ſanati ſunt,mixta cum pane
facto in modum dictum ab Hiſpanis migas. Drachma v-
na caſei antiqui in aqua chalybeata per diem infuſi, dein-
de decies, eadem aut ſimili aqua loti , ſi ſæpè cum cibis,
aut ſyrupo aut liquore aliquo aſtringente comedatur, cu-
rat omne ventris profluuium. Similiter drachma vna vir
Virgacer ui,coagulũ hœdi. gæ cerui in pulverem redactæ. Coagulum hœdi ab ſcru-
pulo vno viſque ad drachmam vnam cum vncijs duabus,
aut tribus aquæ plantaginis, aut portulacæ aut alia ſimili
Tempus ſtendi. aſtringente,potentiſsime curat hoc profluuium,incraſſan
tur eo humores ac coaleſcunt. Sed hoc auxilio & antiquo
Simplicia. caſeo non eſt vtendum,niſi poſt alia remedia clementio-
ra,vt ſunt omnia ſimplicia aſtringentia,vt balauſtiæ, ſpo-
dium,hypocyſtis,ſanguisdraconis,thus,ſandaraca Arabũ,

nux

aux cupreſsi, myrtillorum baccæ & ſimilia. Compoſita etiam vtilia ſunt multa huic profluuio, vt ſyrupus roſarum ex infuſione ſiccarum, ſyrupus cydoneorum, ſyrupus myrtillorum, ſyrupus de Ribes, ſyrupus de agreſta, miua cydoneorum, rob de agreſta, aut cydoneorum, conſerua roſarum vetus, conſerua cydoneorum, caro cydoneorum ſaccharo condita. Hęc compoſita ſummo mane ſumpta ſola, vel cum aqua chalybeata cõferunt, & etiam tempore ſitis. In prandio tamen, & cœna ſemper in fine nocent, quia impellunt cibum, ideoque initio meſæ offa toſta & madefacta aliquo ex ſupradictis ſyrupis, aut rob ſumenda eſt. Micleta omne ventris profluuium curat, ſiue per os, ſiue per clyſterem iniecta, eſt ab omnibus & à me probata diligenter. Sunt multa alia medicamenta compoſita à variis doctoribus ſcripta, & longa experientia probata, lege Antidotarium Meſuæ, Nicolai, & Arnaldi de Vilanoua, in quibus medicamenta omnia compoſita inuenire licet; quamuis noſtris temporibus exteropus diuinum Nicolai Mirepſij, à Leonardo Fuſchio Latinitate donatum. Hoc medicamẽtum eſt à me, & à multis expertum in hoc profluuio, præcipuè à cauſa calida; ℞. granorum myrti, ſpodij, ſumach, ſantalorum omnium, gummi Arabici an. ʒ.j. ℈. oſsium myrobalanorum omnium aſſatorum ʒ. vij. coriandri præparati toſti ʒ.iiij. ſeminis acetoſæ, ſeminis plantaginis, ſeminis roſarum an. ʒ j. omnia in puluerem redacta infundantur cum ſuccis plantaginis, agreſtæ, & acetoſæ per diem, deinde exſiccata, & cum ſufficienti quãtitate miuæ cydoneorum fiat confectio ad modum opiatæ. Doſis drachmæ tres cum aqua, aut ſucco aliquo aſtringente.

Compoſita aſtringentia.

Ante cibos ſumenda eſſe.

Micleta.

Qui autores legẽdi in hoc.

Confectio cauſæ calidæ probatiſſima.

In cauſa frigida hoc medicamentum eſt expertum ℞. ligni aloes, ſpicæ, gallæ muſcatæ, cyperi, calami aromatici an ʒ j cymini infuſi per diem in aceto, deinde toſti, ſeminis porri toſti an. ℥.ij. ℈. ſeminis naſturtij toſti ʒ.iij granorum myrti ʒ. viij. balauſtiæ, conchularum toſtarum, thuris,

Cauſa frigida.

thuris, fructus lentisci an. ʒ. j. ameos ʒ. j. ℔. omnia benè pulverizata infundantur in vinum rubrum Saguntinum, aut simile per diem, deinde exsiccentur, & iterum infundantur in aquam cydoneorum, aut aliam similem, & cum siccata fuerint omnia cum sufficienti quantitate mixtæ aromaticæ fiat confectio. Dosis drachmæ tres cum vncijs duabus aquæ, aut succi, aut syrupi ex superius dictis alicuius. Quando laborans ventris profluuio afficitur animi deliquio a materia venenosa, hoc remedium est optimum; ℞. conserue rosarum antiquæ, & miclete ana ʒ. j. confectionis de hiacintho, & confectionis Gentilis cordialis contra melancholiam ana ʒ. ℔. coralli rubri præparati, margaritarum electarum, seminis portulacæ an. ʒ. ij. lapidis smaragdi ℈. j. syrupi cydoneorum, quod satis est, misce, & fiat confectio cordialis. Dosis cochlearium vnum omni hora cum aqua cydoneorum. Lapis smaragdus curat profluuium ventris venenosum auctore sene Auẽzoar. Nostris enim temporibus curatus fuit hoc lapide illustris Ioannes de Mendoça post multa alia auxilia. Quare hac in re non est audiendus Aloisius mundella, qui sua prima epistola damnat vsum lapidis smaragdi contra Arabes, à quibus certè aliqua scripta sunt partim à Græcis prætermissa, partim ignorata, vt docet Andreas Turinus nostræ ætatis doctissimus medicus. Postea, imo semper vacuata causa ventri sunt admouenda vnguenta, emplastra, cataplasmata astringẽtia, præcipuè si præcedat fotus hoc, aut simili liquore factus; ℞. aceti chalybeati partem vnam, aquæ chalybeatæ (præsertim si fuerit in qua extinguantur enses, pugiones, & gladij igniti) partes duas foliorum & fructuum myrti, cydoneorũ, mespilorum, sorborum an. m i. nucum cupressi numero. x. fiat ad medietatem, & reseruetur ad fotum. Bis in die admoueatur ventri hæc mixtura; ℞. mastichis, & emplastri stomatichonis ana æquas partes extendantur super alutam ad formam scuti, & ma-

Deliquij curatio quod symptoma est.

Confectio

Aquæ smaragdi facultas.

Historia.

Arabum defensio cõtra Aloisium Mundellam.

Turinus laudatur Arabum Topica.

Fotus.

emplastrũ

& magnitudinem ventris. Hoc quoque vnguentum ſi bis,aut ter,in die admoueatur eſt optimum; ℞. olei maſtichis,cydoneorum, & myrtillorum an. ℥.j.puluerisſanguinis draconis,thuris,& gummi draganti ana ℥. j. ceræ quod.ſ.miſce,& fiat vnguentum . Hoc cataplaſma , aut ſimile ,ſi quolibet die ſemel ventri admoueatur, ventris hoc profluuium curabit;℞ micæ panis toſtæ & infuſæ in acetum chalybeatum,carnis cydoneorum cum melle conditæ ana partes æquas , decoquantur cum oleo maſtichino,& vino rubro , ad lenado puluerismaſtichis,thuris,ſanguinis draconis an. ℥. ij. miſce , & fiat cataplaſma. Emplaſtrum diaphœnicon Meſuæ ex Alexandro Tralliano, & eſt ſecundæ deſcriptionis (Siluius non credit eſſe Alexandri)omne ventris profluuium ſine dubio curat, ventriculumque corroborat , eſt à me ſæpe probatum . Fotus rerum aſtringentium (vt ſunt folia & fructus dicta) per anum confert nō parū huic morbo.Similis eſt & expertus fotus pini habentis nodos igniti,& poſtea extincti vino rubro. Poſtremò curatur hoc profluuiū quēadmodum alia omnia immodica profluuia narcoticis medicamentis: quia ſomnus omnes vacuationes detinet præter ſudorem, ijs tamen non eſt vtendū,niſi cum alia non contulerint,& præſenti aliqua conſtantia virium:multi namque his medicamentis perierunt extincto calore natiuo. Quare doctus & prudens medicus primo ijs externis admotis vtatur; minus enim hęc nocent,& à medico,& ab aſtantibus amoueri poſſunt & debent ſomno iam incepto: ne nobis contingat quod multis medicis eruditis Italis , præcipientibus famulis , vt ſtatim ab incepto ſomno amouerent narcotica fronti,aut ægrotum capiti admota quibus præcepti oblitis , multi perierunt perpetuò dormientes. Secundo,ſi hęc externa nō ſuffecerint,parti inferiori ſunt admouenda narcotica in forma ſuppoſitorij,aut clyſteris, Tertio,& in maxima ferme neceſſitate opiatis & interius deuoratis vtendum eſt.

Vnguentū

Cataplaſ- maoptimū

Emplaſtr. diaphœnicon.

Fotus.

narcotica.

Somni vis

Quid cauēdum ſit docto medico.

Suppoſitoria, clyſteres.

Topica efficacissima ad somnum inducēdum.

Primo igitur fronti & naribus admoueatur parum huius mixturæ; ℞. vnguenti populeonis,& olei papaueris an. ℥.j. Thebaici grana v. misce; solum tamē vnguentum populeon aliquando somnum inducit. Hoc etiam medicamentum laudatur in hoc genere; ℞. lactis fœminei ℥. ij. Thebaici g.v misce; vel ℞. olei violarum,& papaueris an. ℥.j. Thebaici g.v. misce.

Clyster ad somnum.

Secundo, si externa non suffecerint, hic clyster, aut simi lis somnum affert. ℞ lactis caprini, aut ouini ℥. vij. olei papaueris ℥.ij. philonij Romani ℥.ß. misce,& fiat clyster: vel ℞. philonij Romani, & micletæ an. ℥. j. pinguedinis caprinæ, aut ceræ q.s. misce,& fiant duo suppositoria cum philo magno bombicis, aut lini.

Narcotica sumēda

Tertio,& vltimo, laudantur interna narcotica, quorum athanasia, & requies magna sunt tutiora. Dosis horum duorum à drachma semis vsque ad drachmam vnam.

Potētiora Pilula. Nicolai.

Postea potentiora, vt sunt trochisci de karabe, de spodio, de terra sigillata. Dosis est ab scrupulo vno vsque ad scrupulos duos, aut drachmam vnam. Pilulæ Nicolai contra fluxum sunt probatæ in hoc numero. Dosis est quarta pars vnius drachmæ, fiant ad magnitudinem grani Orobi Valentiora sunt philonium Romanum, Tarsense,& Persicum ab scrupulo semis vsque ad drachmam semis, vel drachmam vnam. His tamen narcoticis non est vtēdum, nisi post tex menses,& quanto vetustiora sunt, tantò tutiora, vt sæpè diximus cum Galeno. 12. methodi. Theriacę re

Narcotica vetustiora laudā tur.

centis à drachma semis vsque ad drachmam vnam inter narcotica adnumeratur. Hoc quoque medicamentum in genere remediorum narcoticorum recensetur ℞. micletę ℥. j. conseruæ rosarum antiquæ ℥.ß. trochiscorum de karabe, de spodio,& de terra sigillata an. ℥. ij. pilularum Nicolai contra fluxum ℥.j. requiei magnæ ℥.ij.ß. syrupi myrtillorum q.s. misce,& fiat confectio. Dosis semel in die drachmæ duæ cum aqua, aut syrupo astringente ventriculo vacuo. Pilula hæc sumpta hora vndecima noctis

omne

omne ventris profluuium curat, experta est à me, & à mul tis medicis Valentinis eius autor fuit doctor Torrella; Rx. opij granum vnum parci ponderis, cinamomi, cassiæ lignex, croci an. g. iiij. cū glutine dragagāti fiat pilula vna. Cōposita tamē narcotica post sex mēses, & post annū sunt tutiora, vt diximus cū Gal. quia vis opij, & forma corrupta est salutem maiori ex parte, quod in theriaca fermentata demonstratur, quæ calida est in fine secundi ordinis.

Pilula doctorū Torrellæ.

Quando sunt tutiora narcotica.

De Diarrhæa.

CAPVT. XXXVI.

Scholium.

diarrhæa.

DIARRHAEAM barbari. *Diarrhæa, quam Latini alui profluuium appellant, est immodica per aluum excretio alicuius humoris, siue hic sit pituita, siue bilis, siue melancholia, siue corruptus humor in ventriculo, cuius excretionem diarrhæam ventralem appellare solent, siue etiā fiat cū crisi, siue sine crisi, sine cum febre, siue sine febre: quamuis diarrhæa raro fiat ex toto corpore sine febre. Humor hic, qui in diarrhæa euacuatur, aut generatur in ventriculo, aut aliunde fluit. Si in ventriculo, aut generatur culpa ventriculi, quando intemperatus est, aut prauū humorē in cauitate cōtinet, aut culpa alimēti cū peccat q̄ nātitate, aut qualitate. Si humor aliūde ad ventriculū cōfluat, aut id cōtingit ex toto corpore, vt in febribus, cholera morbo, & superpurgationibus: aut ex unica tantum parte, hepate, liene, capite aut alia, quam ex signis eius partis affecta cognosces.*

Si diarrhæa ventriculi culpa contingat, curabitur eius

intemperiem corrigendo ſi ſit humor in eius cauitate, ipſum euacuando. Si verò alimentum eius ſit cauſa, diminuemus eius quantitatem, aut aliud mutabimus.

Error auctoris. Diarrhœa curatur primo. *Diarrhœa bene poteſt eſſe epydemialis, & ſine veneno & proinde non eſt, quod ſemper cum adſtringentibus miſceamus, qua veneno reſiſtũt.*

Alius error. Sanguinea diarrhœa. *Excreſcio ſanguinis per aluum non dicitur diarrhœa, ſed dyſenteria, & ideo non erat, quod hoc in loco eius faceret menſionem.*

Curatio diarrhœæ. Diarrhœa bilioſa *Bilioſa diarrhœa, qua frequẽter moleſtare ſolet, aut eſt critica, aut ſymptomatica. Critica in febribus poſt coctionem apparet, quæ non eſt ſiſtenda, quia in ea ſolus humor peccãs excernitur. ſed ſolũ inteſtinorũ habenda eſt ratio, ne exulcerentur ab acrimonia humoris, lac tepidum infundentes. Symptomatica vero, quæ in principijs febrium accidit, fit à natura irritata ab acrimonia humoris, aut à calore, quod idem eſt, qua, velit nolit Valleſius, ſemper eſt mala, quia cum vtili humor cum inutili mixtus in ea euacuetur, fit cum incommodo animalis. Neque ratio eius aliquid probat, quia etiamſi videamus aliquos homines robuſtos ferre hanc euacuationem, non proinde colligemus eam eſſe bonam, reuera enim debilitauit ægrum qui ob robur eam potuit ferre noxam, & ex accidenti iuuari multo humore inutili euacuato. Hanc ergo euacuationem in principijs morborum factam ſiſtemus, nõ ſanguinis miſſione, quia ex Hippoc. fluente aluo ſanguinem non detrahes, ſed temperabimus bilis acrimoniam ſyrupo roſarum, acetoſitatis citri, & ſimilibus, cum decocto endiuiæ & borraginis: deinde purgabimus bilem ea ratione, qua purgat auctor. Vbi aduerte nos parum torrefacere mirobalanos, & rhabarbarum, vt minuatur in eis vis purgans, & augeatur vis corroborans, vt ea ventriculus roboratus non ita facile recipiat humorem. Cibus & potus debent refrigerare, & adſtringere: Et ita ante aſſumptionem alimenti misua ciſtorum*

Diarrhœa ſymptomatica.

Contra Valleſium.

Diarrhœa ſymptomatica qua ratione ſiſtenda.

Purgatio

cum

cum pauco pane torrefacto bilis erit. Quod si perseueret affectus, mane per aliquot dies cochlearium vnū micleæ conueniet, vel pilulas ex ea conficuemus hoc modo. Rx. ſpecierum confectionis micleæ ʒ. j. cum ſyrupo rosarum ſiccarum fiant pilulæ nouem, quas vna vice accipiat æger. Quæ ſi non profint, ad pilulas Nicolai contra fluxum deueniendum eſt. Ex ʒ. j. facientes pilulas triginta & aſſumentes nouem hora decima, aut vndecima noctis, quam quantitatem, poteris pro robore, & imbecillitate ægrotantis augere, aut minuere. Hæ enim pilulæ ratione medicamentorum adſtringentium roborant ventrem, & incraſſant humorem propter opium vero ſomnum conſiliant, & ſic ſiſtere faciunt diarrhœam, quia ſomnus omnes euacuationes cohibet, quæ egent. ope facultatis animalis. Inferne per aluū infundes lac in quo lapides ignitæ extincti ſint. Regionem hepatis illines vnguento refrigerante, quale eſt roſatum ſandalatū, mixtū (vt penetret) cum pauco aceto aut cerato refrigerante Gal. ex. 10. meth. Quamuis enim ex vniuerſo corpore bilis fluat, in iecore tamen focus eſt putredinis, & per ipſum tranſit bilis antequam ad inteſtina permeauat. Si in febrium acceſſionibus bile deſcendente ad ventriculum fiat cardialgia, tunc propina vinum aqua dilutum, aqua enim refrigerat ventrem, & vinum citam facit humoris diſtributionem. Præcauebis autem in ſequenti acceſſione animi deliquium, ſi antequam prehendat, panem vino madefactum, aut ſyrupum adſtringentem aſſumat. Si bilioſa hæc diarrhœa extra febrem accidat, prædicta curatione aluum firmato: ſi ex toto corpore fluit bilis, eam purgabis: ſi ex vna parte, eam corroborabis, & cauſam generationis bilis ſubmouebis. Roborabimus etiam ventriculum, qui eſt pars recipiens medicamentis exterius applicatis: quæ adſtringentia ſint, quale eſt emplaſtrum factum ex malo cotoneo, in vino auſtero decocto, pulueriſato cum cinamomo, ma-

Quæ aſſumenda medicamēta.

Per aluū quæ infundenda. Iecoris vnctio.

Animi deliquiū in acceſſione febris.

Ventriculi roboratio.

Diarrhæa ex acrimedicamẽto.

fiche, & myrtillis. Quod si biliosa hæc alui fluxio, ex acr medicamento euenerit, cui abitur medicamentis acrimo niam temperantibus succo agresta, aut granatorum, sor bitione ex alica (pro qua nostra similagine vtemur.) Ene matis etiam emplastris ex lacte calybeato, & amylo pa ratis, vt capite primo diximus.

Curatio diarrhææ pituitosæ.

Diarrhæa pituitosa curatur. *Si in hac diarrhæa pitui ta in ventriculo generatur copiosa, aut ventriculus mul tas generet crudidates, inedia, & abstinentia à potu (& coquatur humor) vtemur, purgabimus & roborabimu ventrem, & optima imperabimus alimenta. Si à capite d scendat pituita, ipsi prospiciemus ea ratione, qua capit de distillatione diximus. Purgabimus pituitam ex ven tre, & vltimo corroborantibus vtemur, capite de imbecil litate ventriculi descriptis.*

Melancholicacuratio

Diarrhæa melancholica. *Si diarrhæa sit ab humore m lancholico, & critica, sinenda erit, si symptomatica, sistẽda purgantes humorem corticibus myrobalanorum indorum parum torrefactis & deinde adstringentibus, & alijs s perius propositis vtentes. Si sit ex atrabile, & critic præcedentibus signis coctionis optima erit. Si symptoma tica, lethalis, nihilominus tamen in ea idem præstabi mus, ac in superiori ex melancholico humore orta.*

De lyenteria, id est, leuitate inteſtinorum.

CAPVT XXXVII.

descriptio.

LYENTERIAM, quam Latini læuitatem inteſtinorum nominant, Gale. apho rismo. 1. ſectionis. 6. tum carentiam concoctionis dicit esse, cum scilicet neque secundum consistentiam, neque colorem, ve odorem in ventriculo facta fuerit mutatio ciborum: tum vel

velocem exitum eorum,quæ comeduntur,& bibuntur,quę talia deijciuntur,qualia fuerant deuorata. Veteres medici, qui primi lyenteriæ nomen huic affectioni indiderunt, id voluere ſignificare, tale quippiam per hanc affectionem inteſtinis euenire, quale extrinſecus in corporis cuticula ex cicatricibus contingere ſolet: exiſtimarunt enim fieri ipſam propter internę ſuperficiei inteſtinorum lęuitatem, ob quam cibos in eis contentos non amplius retinent, vt cum ſuam & ſibi à natura inditam aſperitatem ſeruarent, retinebant. Si quidem grauis aliqua dyſenteria præcedente, inteſtina ab erodentibus humoribus altè exulcerantur, deinde cicatricibus denſis & læuibus ſuccedentibus ipſa tum denſa, tum læuia redduntur: vnde propter denſitatem ciborum per corpus diſtributio fieri non poteſt, cum ora vaſorum ſint velut obturata, vaſorum inquam, quæ alimentum ex inteſtinis ad ſe attrahunt: propter leuitatem verò, cibus antequam plene concoquatur, nullo retinente delabitur, atque ſic de lyenteria ſentiunt: quos Galenus non probat. Quam rem (vt puto) animaduertens Paulus Aegineta lib. 3. cap. 40. duplex lyenteriæ genus facit, alterum quidem quod ex inteſtinorum exulcerationibus, & eorum cicatricibus oritur, quod mali genus, inteſtinorum tormina plærunque ſequitur. Aut ex alijs diſtillationibus rheumatiſque inducitur; Alterum verò, quòd ex infirmitate lā guoreque facultatis quæ alimentum in ſtomacho retinet, prouenit: hac enim languente, ac imbecilla, cibi neque cō coquuntur, concoctiue diſtribuūtur, ſed crudi humidi, & nihil immutati excernuntur continuo fluxu tentata aluo. Ex his quæ dicta ſunt conſtare poteſt à quibus cauſis hoc malum proueniat: fit enim vel ab exulcerationibus, & cicatricibus inteſtinorum, vel à facultatis imbecillitate. Interdum & poſt voluloſa tormina, & poſt alui ingens profluuium ſequitur. ¶ Aliquando etiam & aqua inter cutem per ventrem euacuata contingit. Signa ſic ab Aetio adnotantur lib. 6. cap. 51. Ex quacunque igitur cauſa lyente-

Diuiſio ex Paulo.

Cauſa.

Signa.

ria orta sit, ægri cibum non sentiunt, & malum corporis habitum acquirunt, quod vtrunque malum inemendabile est: succedit enim ægris assidua excretio cruda, colore subalbida, inæqualis, & aquosissima citra sanguinis ac bilis complexum, adest autem simul & ardor per tota præcordia se dilatans, quem cibi fastidium comitatur. Videtur autem bonum & amicum signum in eis ructus acidus esse, indicat enim iucundi quippiam factum esse & ventrem ac intestina, non velut inania cibum cinere pertransire. Hactenus Aetius. Verum hoc vltimum confirmat etiam aphorismus supra citatus primus sectionis sextæ in longis læuitatibus intestinorum, si acidus ructus fiat, qui prius non erat, signum bonum, & quæ à Galeno in commento dicuntur. Precedenti cap. multa scripsimus non solum diarrhææ vtilia, & necessaria, sed lyenteriæ & omni ventris profluuio: ideoque paucis curationem hanc expediemus.

Curatio lyēteriæ ex acrimonia Victus. Purgatio. Corrobora tio. Curatio ex vlceribus.

Si in testinorum & ventriculi leuitas fuerit à re acri irritante expultricem facultatem, & retentricem imbecillã efficiente curatur primo, ratione victus conueniente, de qua superiori capite. Secundo, vacuatione materiæ calidę per rhabarbarum tostum factã, & per myrobalanos citrinas similiter tostas. Deinde per frigida stiptica corroborantia, vt sunt electuarium diarhodon Abbatis, syrupus de agresta, syrupus rosarum ex infusione siccarum, & similia. Si fuerit ab vlceribus ventriculi & intestinorũ (quod per excrementa cognoscetur, & per dolorem, quo tempore sumendus est cibus, præsertim acer & expellenda excrementa) curatur per abstergentia mundificantia & consolidantia. De quibus cap. de pleuritide & suppuratione dictum est.

Curatio lyēteriæ ex materia affixa ventriculo. Victus.

Si fiat à materia multa ventriculo affixa (à qua sæpius fit) curatur primo, victu tenuante, incidente, tergente, vt rebus salsis parum amaris, & parum acribus. Secundo paretur pituita rhodomelle, syrupo de absinthio & oxymelite. Cum decocto, aut aquis absinthij, fœniculi, mentę, & similium. Tertio, vacuetur vomitu aut deiectione facta

per

per vnciam semis diaphœnicon, aut per drachmam vnam pilularum elephanginarum, aut stomachicarum, aut per drachmam vnam agarici trochiscati. Postremo corroboratione facultatis concoctricis, & retentricis medicari poterimus per ea, quæ diximus cap 31. de curatione imbecillitatis ventriculi. Hoc cataplasma est in hoc genere bonum; ℞. mentæ siccæ; balaustiæ myrti, corticis mali granati, anteræ, florũ roris marini an. ʒ. j. myrrhæ, mastichis, gummi Arabici an. ʒ. ß. vini rubri & succi cydoneorum an. æquas partes & sufficientes pro cataplasmate Hoc medicamentũ est in hoc expertum; ℞ pulueris caudæ equinæ, balaustię, mentę, mastichis an. ʒ. ß. foliorum myrti, seminis lini tosti an. ʒ. iij. syrupi myrtillorum. q. s. misce, & fiat confectio.

Præparatio.

Vcuatio.

Corroborã Topica.

Cataplasma.

Dosis drachmæ duæ sunt mane & vespere cum syrupo & aqua aliqua adstringente. Hoc cataplasma ventriculo & ventri sæpe admotum, est optimum in hoc genere: ℞. acaciæ, psidię, gypsi, granorum vuarum, boli Armenici, hypocistidos, balaustiæ, galbani, myrti, mastichis an. ʒ. ß. gariophyllorum, cinamomi an. ʒ. ij. vini rubri optimi, & succi cydoneorum an. æquas partes & sufficientes pro cataplasmate. Semper ante cibum comedat æger duo, vel tria cochlearia miuæ aromaticæ, aut duas offas tostas & madefactas prædicta miuadesuper addendo parum coriandri præparati, & cinamomi, vel parum pulueris scripti capite. 31. Ius carnis perdicis elixæ aqua chalybeata, & prius plenæ cera noua, pinguedine hirci castrati & cydoneis, mespilisque curat hoc & quodcunque aliud ventris profluuium.

Confectio sumenda.

Cataplasma optimũ

Ius perdicis.

De Lyenteria.

CAPVT. XXXVII.

Scholium.

Lyenteria quid.

LYENTERIAM quam Latini. *Lyenteria eſt affectus præter naturam, in quo celeriter ea, quæ comeduntur talia deijciuntur, qualia deuorata fuerunt. 4. aph. com. 12. vel ex. 6. aph. com. 10 breuius, eſt coctionis carentia. Quam in parte errat Hieremias exiſtimãs in ea tenuem alimenti partem concoqui, ſi enim non retinetur, quomodo concoquitur? hic affectus eſt ſymptoma in his quæ immodice excernuntur, ſequens etiam aliquando aliud ſymptoma, nempe debilem affectionem facultatis retentricis. Præterea hic affectus ſolet ſequi morbos inſtrumentorum omnium, quæ ad aluum pertinent, qualia ſunt Vẽtriculus & inteſtina. 4. apho. com. 12. ſic Hippo. prædicti cõmentarij ſententia ſic habet. Quorum alui lauitate inteſtinorum laborant, &c. Vnde cum Galenus lib. 6. apho. comment. primo, agens de Lyenteria ſolius Ventriculi meminit, adde inteſtina, aut ea nomine Ventriculi intellige.*

Obiectio.

Dicet quis ſi Ventriculus eſt inſtrumentũ concoctionis, et in lyenteria alimentũ crudũ manet, qua ratione lyenteriã etiã in inteſtinis collocamus? Reſpondeo inteſtina etiã concoquere, etſi lauiter, cũ habeant communẽ tunicã cum Ventriculo, ac proinde ſi alimentũ in ipſis moram faceret concoqueretur: in lyenteria verò cum crudum omnino excernatur ſignũ eſt ipſum neq; in Vẽtriculo, neque in teſtinis detineri, & lyenteriã eſſe affectionẽ Ventriculi, & inteſtinorum. Morbi ad quos ſequitur lyenteria duo ſunt.

Vnus

Vnus est intemperies qualibet imbecillam reddens retentricem facultatem, & potissimum frigida, & humida, quia hac molles reddit fibras, quæ robur postulant ad retentionem: Rursus hæc intemperies frigida & humida, aut est nuda, aut (quod vt in plurimum contingit) ortum habet ab humore pituitoso in ventriculo generato, aut alsunde fluente. Atque hæc est lyenteria, quæ non sequitur immediate morbum, sed aliud symptoma, quod est actio abolita facultatis retentricis. Secundus morbus lyenteriam efficiens est soluta continuitas partis internæ ventriculi, & intestinorum, quæ fit ab acri humore: in hac enim parte aliquando contingũt exulcerationes; multa proportionem habentes cum aphtis, quæ ratione, existimo in variolis, & morbillis lyenteriam fieri: & ideo esse lethalem & postulare eam curationem, quæ roboratis partibus internis humores ad externas expelluntur, vt libro secundo videbimus. Fit ergo in hoc secundo morbo lyenteria, eo quod alimentum in vlcus culis dolorem excitans expellitur à facultate, & sic noxa refertur ad irritatam expultricem. Practici sequuti Paulum & Cornelium Celsum tertium morbum in lyenteria addunt, quod est lævitas ventriculi, à magna cicatrice inducta. Quorum sententiam non probo, non enim tanta potest viuente animali soluta continuitas in ventriculo incidere, vt eam cicatricem inducat, ex qua sequatur lyenteria, ab exigua enim non fiet. Lyenteria acutissimas est affectus, cum enim partes non nutriantur, atrophiam patientur. Neque pugnat, quod Hippo. dicit 6. apho. In longis lævitatibus intestinorum, quia cum hæ sequantur, diarrhœas, potissimum ventrales si tempus deiectionis consideremus, longæ sunt.

Lyenteria duos morbos sequitur. Primus. Secundus. Reprehenduntur practici tertium morbum addentes.

Si intestinorum & ventriculi. *Si causas lyenteriæ, hoc est morbus, ad quos sequitur, consideres, intelliges male auctorem curare lyēteriam à re acri irritante factam cum*

Error auctoris.

cum talis non detur: ſicut neque illa, quam à multo alimento attriſcribit. Curabitur ergo hac ratione: ſi ortum habeat ab intemperie nuda, contraria alterantia conuenient: ſi cum affluxu pituita, & affluxus multus eſt, corticibus mirabolanorum chebularum torrefactis cum hiera, aut decocto eorum cum hiera & agarico, vt ventriculus purgetur ſimul, & roboretur. Si autem humor contentus in ventriculi cauitate multus ſit, fluxuſque non ſit magnus, tunc abſtergentem intendemus facultatem, miſcentes aloem cum hiera: idque non vnica vice præſtabimus, hac enim neque totum humorem euacuabit, neque ventriculi facultatẽ (quæ multum læſa eſt) corroborare poterit. Poſſumus etiã his peractis exterius applicare ventriculo robur addere. Hoc vnguentum id commode præſtabit: ℞. olei cotoneorũ maſtichini, & myrtillorum an. ℥ j. pul. ſanguinis draconis, maſtichis gummi, dragaganti an. ℥ j. cerę q. ſ. miſce, & fiat vnguentum. Vtemur etiam emplaſtro ſtomatichon confortatiuo, per os ſyrupus de abſinthio roborabit ventrem. Si poſt euacuationem ventriculi, & eius corroborationem, ructus acidus apparuerit, bonũ eſt, quia melius eſt coctionem eſſe imminutam, quam abolitam.

Curatio dyenteriæ.

De dyſenteria.

CAPVT. XXXVIII.

deſcriptio. CVM quatuor ſint dyſenteriæ differentiæ (vt apud Galenum videre eſt ſexto de morbo & ſymptomate cap. 2. ad finem) de vltima nobis agendum eſt quã deſcribentes, & ſolam dyſenteriæ nomine dignantes dicimus, eſſe vlcus inteſtinorum: Galenus vero citato loco ſupra eius notas ſimul enumerans de hac, hunc in modum loquitur. Per quartã verò, ſcylicet dyſenterię differentiam paulatim,

Notæ.

paulatim,& breuibus interuallis deiectio fieri ſolet, non nunquam grumoſi, cum quo interdum puris quoque non nihil excerni conſpicitur, itidem & ramenta (Græci vocant ephelcidas) & partes quædam inteſtinorum membranis ſimiles, ſæpenumero denſum quoque ſtercus excernitur cruentis guttis reſperſum. Porrò Latini hanc affectionem tormina appellant, ob id, vt conijcere licet, quod inteſtina vlcerationis dolore admodum torqueantur: vnde hoc malo affecti tormino ſi perinde ac Græcę dyſenterici dicuntur. Prouenit autore Aetio cap. 43. lib. 9. ab externis cauſis veluti frigiditate, ardore, pernicioſorum medicamentorum potu, vt ſcammonij, & colocynthidis. Item à eruditatibus & ciborum acrium ſumptione: Galeno verò lib. 1. de loc. affec. mordax humor dyſenteriæ cauſa ſtatuitur, vt qui ab initio & abſtergat, & abradat: deinde temporis interuallo vlceret inteſtinum. Nonnunquam à teneſmo incipit hoc malum, ſæpe etiam per ſe. Si à cauſis exterioribus accidat, interrogãdus æger erit, ſin minus per traditas ſæpe methodos internæ cauſæ ſunt inueſtigandæ. Signa verò, quibus morbus cognoſcitur, iam ſupra à Galeno tacta ſunt, quibus alia quoque addit Aetius, ſed dicta ſatis ſunt. At cum aliquando contingat tenuia, aliquando verò craſſa inteſtina in hoc morbo vlcerari, breuiter Paulus in hunc modum docet diſtinguere. Si cũ ſtercore mixta exulcerationis ſigna cum labore & circa vmbilicũ torminibus excernãtur, in gracilibus inteſtinis exulcerationẽ eſſe cognoſces. Si verò abſq; vllius rei cõmunione immixtũ ſtercus egeratur, in craſsioribus. Hæc multo fuſius ab Aetio, & à Gale. 5 de loc. affec. cap. 5. tractãtur. Cæterũ tã grauis eſt hæc ægritudo, & curatu difficilis, vt quãuis eius curatio nonnunquã ſit expectanda, maiori tamen ex parte deſperatur, maximè in iis, de quibus Aphoriſmo. 3. ſectionis. 6. ſcriptum eſt, in longis difficultatibus inteſtinorum cibi faſtidium malũ eſt, & cum febre peius: & 23. ſectionis 7. à deiectione ſyncera difficultas inteſtinorum malum: &

Cauſæ.

Note præſertim in teſtinorũ affectorũ.

Dyſenteria curatu difficilis.

Apho

Aphoriſmo.24.ſectionis. 4. difficultas inteſtinorum ſi ab atra bile inceperit,lethalis eſt;cui aphoriſmo conſonare videntur,quę dicuntur ſectionis.6.aphoriſ.43.Quicunqne lienoſi à difficultate inteſtinorum capiuntur, ij, ſuperuenientem longam difficultatem inteſtinorum aqua intercutem,aut leuitas inteſtinorum excipit,& moriuntur.

Curatio.

Victus.

Quatuor itaque remediorum generibus mederi dyſenteriæ poſſumus:primo victu refrigerante,& aſtringente,ſi ſit cauſa calida (à qua ſæpius fit.) Vt cibis parum acidis ad excitandam appetentiam,paucis & facilibus concoctu, & bonum ſanguinem gignentibus,quales ſunt teſtes gallorum gallinaceorum oua ſorbilia,hepata gallinarum,ſuccus,aut aqua gallinæ,vel perdicis cum ſucco agreſtæ,aut acetoſæ.Vitentur acetum,ſalſa,acria, quia vlceribus nocent mordacia.In hoc genere,quæ ſcripta ſunt cap.36. de curatione diarrhææ,conueniunt.

Quæ nocent.

Vacuatio

Secundo materiam vacuantibus bilioſam, (à qua fit crebrius) vt myrobalanis citrinis parũ toſtis,rhabarbaro etiam toſto;vt ℞. corticum myrobalanorum citrinorum, parum aſſatorum,rhabarbari parum toſti an. ℈.ij. ſyrupi roſarum ℥.j.aquæ portulacę ℥.ij.miſce,& fiat potio. Si à pituita ſalſa ſit diſſenteria,hac potione,vel huic alia ſimili vacuabitur,℞.corticum myrobalanorum citrinorum, & chebulorum parum toſtorum an.℥.ſ.agarici trochiſcati ℈.j.ſyrupi roſarum ℥.j.aquæ plantaginis ℥.ij.miſce, & fiat potio.Si fuerit ab atra bile myrobalanis indis parum toſtis vacuabitur.

Potio bilioſa.

Pituitoſa.

Melancholica

In fine.3.generis cap.35.docuimus purgationem in omni ventris profluuio eſſe faciendam per medicamenta aſtringentia, & quæ omni carent acrimonia, & facultate ignea,quale eſt rhabarbarũ parũ aſſatum, & myrobalani modice aſſati.Quare decipitur Amatus Luſitanus Centuria.2.curatione.44 credens lotionem & infuſionem ſolã in aqua plantaginis, aut alia ſimili poſſe acrimoniam, & vim purgatoriam tollere,cum ſubſtantia horum ſit terreſtris,

ſtris,& denſa,à qua ſola decoctio, aut aſſatio poteſt recte acrem, & purgantem facultatem ſeparare remanente ſola aſtringente,& parum purgante,& vlcera curante, qua indigemus in ventris profluuijs præſertim in dyſenteria,cui maxime nocet mel cum autore Gal 5 de facultatibus alimentorum cap.39.mel ſit tenuium partium habens acrimoniæ quippiam,quæ præterquam quòd aluum ad excretionem excitat vlceribus multum nocet. Eſt quoque calidum,& ſiccum ſecundo ordine,vertiturque in bilem in iuuenibus & biliosis,& non poteſt materiam huius, & alterius profluuij purgare. Neque contrarium ſentit Gale. 2. de facultatibus ſimplicium medicamentorum cap. 12. & 14.docens prius eſſe educendos humores facientes morſiones,& poſtea,quæ morſiones & acrimoniam tollunt,dare per os,& per inferiora in aluum infundere. Purgat Galenus humores facientes morſiones melle, quo nunquam Galenus in dyſenteria vſus fuit,niſi iniecto per clyſterem ad lauanda,& tergenda vlcera, vel per os ſumpto ad purgationem mixto cum aqua plantaginis,aut alia,& pauco decocto. Pari modo lac ſiue aſininum,ſiue caprinum iniectum per inferna vtiliſsimum eſt,præſertim ſi in eo lapides igniti extincti fuerint: per os verò ſumptum nocet huic morbo,maxime ſit æger fuerit biliosus, laboretque febre putrida.

Tertio,ſanantibus vlcera,primo lotis inteſtinis à muco,& materia mordaci hoc,aut ſimili clyſtere; ℞.decocti hordei lib.j.ſacchari rubri ℥.ij.miſce. Si vlcera ſint in ſuperioribus inteſtinis bibat vncias quatuor,aut ſex ſuperioris liquoris. Cum maiori egent lotione inteſtina, hoc aut ſimili clyſtere vtere; ℞.decocti hordei cicerũ nigrorum, & furfuris ℥.x.oxymellis ſimp.& rhodomellis an.℥.j.miſce: aut bibat vncias quinque,ſi vlcera ſint in inteſtinis ſuperioribus. Si vlcera fuerint ſordida, maiori egent lotione, decocto ſcilicet lupinorum, myrrhæ & abſinthij, & oxymelle ſimp.& compoſ. Sed hæc & ſimilia vlcera raro *Detergentia vlcerum.*

curan

curatur, etiam si sit in intestinis inferioribus. Lac chalybeatum, vel in quo extincti fuerint lapides marini igniti, siue per os, siue per clysterē infundatur, lauat, moderatè refrigerat, & dolorem sedat, quare eo sæpè vtendū est: præcipuè iniecto per clysterē, quando intestina inferiora affecta sunt vlceribus. Lotis intestinis, & eorum vlceribus mundificatis, necessaria est incarnatio, glutinatio, & consolidatio addendo, quæ internam superficiem tegant & muniant vt sunt pinguedines, cera, & similia, quibus clysteribus perfectè fiet; ℞. succi plantaginis & portulacæ an. ℥.iij. albuminis duorum ouorum, pulueris mastichis, sanguinis draconis, gummi draganti an. ʒ.j. ℈. ceræ pinguedinis caprinæ an. ℥.ij. misce, & fiat clyster; vel ℞. iuris pedum, in quo sint decocta folia sanguinariæ, plantaginis, portulacæ, & caudæ, equinæ ℥.viij. pulueris mastichis, sanguinis draconis & boli Armenici an. ʒ.ij. ceræ pinguedinis caprinæ an. ℥. ℈. misce, & fiat clyster; vel ℞. lentium tostarum, orizę assatę, rosarum, balaustiarum, sanguinarię, caudæ equinę an. m.j. fiat decoctum, de quo accipe vncias octo micletæ ℥. ℈. troscisorum de karabe ʒ.j. viteilą ouorum aceto elixorum numero duo, misce & fiat clyster. In hoc profluuio ventris, & in quocunque alio quantitas clysteris sit minor vna libra, ne suo pondere noceat. Aliquando in antiqua dysenteria, vbi alia non sufficiunt, necessaria sunt narcotica primo externa, secundo iniecta per inferiorem partem, tertio per os sumpta obseruando semper, quæ diximus capite. 36. præsertim virium robur, cum in hoc morbo semper ferè sit facultas imbecilla.

Lactischa lybeati laus.

Sarcotica.

Clyster sit minor lib. j

Antiqua curatio.

De dysenteria.

CAPVT. XXXVIII.

Scholium.

VM quatuor sint. *Dysenteria propie à Veteribus apellatur sanguinis euacuatio per sedem cum torminibus ex vlcere intestinorum proce dens. Vnde tres habet conditiones, prima, vt in ea sanguis profluat. Secunda, vt profluat cum torminibus. Tertia vera, vt ex vlcere intestinorum nascatur; Inde factum est vt nomen dysenteriæ varie accipiatur: nam aliquando euacuatio qualibet per aluum, dummodo sanguinis sit, dicitur dysenteria, vt in hepatica, & cruenta videre est. Aliquando etiam qualibet euacuatio per aluum cuiuscunque humoris, dummodo dolorem & mordicationem excitet, dysenteria gaudet nomine. Hac ratione. 3 de causis symptomatum capite secundo, sanguinis nigri ex secore excretio dicitur dysenteria: de hac etiam loquitur Hyppocrates. 7. Aphorismo sent. 5. cum scribit à furore dysenteriam bonum esse, vbi dysenteria significat mordicationem in intestinis ab humoris translatione factam. Eadem ratione. 6. aphorismorum sententijs. 43. & 48. intelligendus est, cum in lienosis dysenteriam, euenientem bonum esse decet, in his enim ab humore melancholico, qui exulcerare non potest, per intestina transeunte flatus excitantur, à quibus fit dolor. Neque enim est, quod cum Hieremia hunc dolorem à parte humoris putrefacta fieri concedamus, nam hac ratione lienosi habuissent febrē.*

dysenteria

Dysenteriæ conditiones.

Vnde orta fuit varia dysenteriæ significatio

Dysen

Cruentarum de sectionum 4. differentia.

Dyſenteria illa, in qua ſanguis excernitur quam ſanguinem appellamus, quatuor habet differentias lib. 3. de cauſ. ſympto. cap. 2. à Galeno explicatas nomine cruenti excrementi. Prima eſt cum optimus ſanguis ex toto excernitur corpore, ob mutilatum inſigne membrum, aut amiſſum. Validum aliquod exercitium, aut ſuppreſſam conſuetam euacuationem, ſeruato eodem victu, neque ſanguine aliunde euacuato ſanguinis miſſione, aut alia ratione. Secunda, cum excernitur aquoſus ſanguis, ex imbecilla coctione ventris proueniens. Tertia, cum per aluum deijcitur ſanguis niger, & ſplendens, qua dicitur dyſenteria hepatica. Vltima eſt deiectio cruenta exulcere inteſtinorum nata, quæ propie dicitur dyſenteria, in qua ſanguis paulatim & breuibus interuallis excernitur: paulatim, quia fluit exulcere, & non ex cauitate vena, per breuia interualla ob irritationem. Hæc aut eſt ſiens, aut facta. Fiens (inquiam eſt dolor) tunc dicitur, cum pituita (hoc eſt muccoſus humor tunicis inteſtinorum hærens, & pinguedo) excernuntur: Facta vero, cum ramenta, aut caruunculis ſimilia. Hanc dyſenteriam à frigiditate etiam poſſe fieri ſcribit Valleſius, adductus ex Hippocrate lib. 2. epy ſec. 3. com. 4. vbi frigiditatem vlcerare ſentit. Debuit tamen Valleſius conſideraſſe ex placiti abſurditate illum librum non eſſe Hippocratis, aut debuit legere vna cum Petro Iacobo Stene uie noſtro medico Valentino, in doctiſſimis in eum libbrum commentarijs, non vt frigus vlceraret, ſed vt frigus attraheret. Quæ lectio contextui magis quadrat, vt ibidem videre poteris. Errat etiam hac in parte Valleſius, exiſtimans Hippocratem agere in prædicta ſententia de dyſenteria, cum de diarr hac loquatur. In hac dyſentia (de qua auctor agit in hoc capite) aut eſt vlcus in inteſtinis tenuibus, aut in craſſis: quod diſtingues ea ratione, qua contentus docet. Si dyſenteria in tenuibus in teſtinis appareat difficile curatur. Primo ob ſitum, quia eo alimenta iam mutata perueniunt. Secũdo ex natura portia, quia ſunt mem-

Dyſenteria diuidi tur.

Valleſius taxatur.

Laudatur Petrus Iacobus Stene.

Vlcus in quo inteſtino ſit ſtin guendum.

membranoſiora, & ſiccíora quàm craſſa. Cauſæ propiè dyſenteriæ ſunt res acres ſiue ſint humores bilioſi, atrabilia rij, aut pituitoſi, dummodo pituita ſalſa ſit: aut medicamentum acre. Vt in plurimum tamen ab humoribus biliosis orirí ſolet. Cauſa prò pie dyſenteria.

Secundo materiam vacuantibus biliosam. *Bilē pūrgabimus, & roborabimus, ne vlcus maius fiat. Exhibemus vero medicamenta torrefacta, & roborentur inteſtina, ne recipiant fluxionē. Quod ſit cōſideraſſent Amatus, Hollerius, & Rondoletius, non prohibuiſſent eorū ſum: præſertim cū adducti ſint leui ratione; torrefactio enim exigua non relinquit empirreuma, ſed magna, ita vt mutet ſpeciem rei, vt in bile vitellina porracea, atrabile, calçe, videre poteris. His medicamentis purgantibus pluribus vicibus vti oportet, quia vna eorum exhibitio non ſufficit. Tantaque eſt neceſſitas iſtius purgationis (quā fortaſſe veteres aloe, aut hiera adſtringēte excecebāt) vt, niſi timeremus phlegmonem, præcederet ſanguinis miſſionem. Quæ in parte mirandum eſt Valleſium, 2. epy ſec. 6. com. 27. ſanū purgare in maligna dyſenteria, quæ non potuit adſtringentibus & extergentibus curari. Si enim ſit dyſenteria ex bile acri, qua ratione adſtringes non euacuata cauſa? tum cū adſtringentibus vteris, aut perſeuerat fluxio, aut nō: ſi perſeuerat, augetur vlcus, ſi non perſeuerat, nonne humor ille ſua acrimonia irritans detentus nonniſi mi mali, & peioris forte erit occaſio? Si ergo cauſa augentis affectum ratio eſt habēda, in qualibet dyſēteria euacuare oportebit.* Cur purgāmus bilem & medicamenta torrefactis. Aliquorū reprehēſio. Valleſij ſēsentia non probatur. Sanguinis miſſio.

Tertio ſanantibus vlcera. *Ante curationē vlceris cpus eſt ſemper in dyſenteria, dūmodo vires cōſtent, ſanguinem mittere, ob affectū poſtulantem euacuationē, quæ eſt phlegmō: quæ futurus timetur ob dolorē. Et ideo male Rōdoletius exiſtimat, in dyſenteria, cū moleſtia ſecari venā. Secta vena vlcus curatis, extergēs prius, & deinde agglutinās, quæ recte præſtabis, ſi diſtinguas locū affectū, an ſcilicet vlcus ſit in tenuib⁹, aut in craſſis inteſtinis: nā ſi ſit in* Cur locus affectus diſtinguēdus

tenuibus, quæ iuxta ventriculū ſita ſunt, remedijs per os aſſumptis uti mur, ſicut in craſſis per clyſterem immiſſis. Et ideo neſcio, qua auctus ratione Valleſius. 2. epy. ſec. 3. com 4. in dyſenteria, ſiue malū ſit in ſuperioribus inteſtinis, ſiue in humilibus, in cibis, & potibus, & medicamētis ore aſſūptis, curationis ſpē collocet, ea enim, quæ per os aſſumuntur, integris uiribus ad inteſtina craſſa, nunquam peruenient, bene tamē per clyſterē infuſa. Si ergo ulcus tenuia occupet inteſtina, ipſum exterges per os aſſumēs decoctū hordei, aut cicerū cū ſaccharo, aut ℥ xx aquæ mulſæ: quod ſi lenire etiā uelis dolorē, lacte cū amylo uteris. Expurgato ulcere ad adſtringētia deſcēdes, quæ uim habēt cōglutinādi, qualia ſunt bolū armenū cū aqua plātaginis, ſyr. etiā de agreſta, mirtillorū, & roſarū ſiccarū, cū decocto roſarū ſiccarū & hordei. Vlcus uerò craſſorū inteſtinorū extergemus ſine acrimonia, clyſtere infuſo ex mulſa, aut ex lib. j. decocti hordei cum cortice, & melli roſati ℥ j. poſteà etiam ſuccatum, aut mel cum prædicto decocto miſcere. quod ſi ulceris addere oleum roſaceum, bene licebit ob dolorem. Si ulcus ſordidum fuerit, ad ea, quæ fortius abſtergunt, deuenies, ad decoctum hordei cum melle centaureizans cum prædicto decocto miſcebis ℥ j. unguenti apoſtolorum, aut ʒ. ß. unguenti ægyptiaci aut ℈ j. pul. Ioannis Gigonis. Quod ſi ulcus ſit in inteſtino recto, prædictis unguentis intinges flammulam, & immittes. Si ita non cureur, deuenendum erit, cum ulcus eſt putridum & ſerpens, ad cauſtica, quibus cruſtam inducemus. Aſſumentes paſtillorum Andronis, aut paſtionis ʒ. ij. cum ſucco plantaginis, aut decocto myrtillorum, ex quibus etiam poſſumus unguentum conſtituere ad inungendam flammulam mulcere inteſtini recti. Attramentaūjs etiam myſ culchanco, ſori, & alijs cum ſucco plantaginis ſtipteria Exburgato ulcere, quod cognoſces ex paucitate ſaniei & ex ſanguine puro egrediente, cicatricem induces adſtringentibus medicamētis permiſceus cum eis, quæ acrimoniā bilis

Conglutinantia.

Exterſio ulceris craſſorū inteſtinorū.

In ulcere ſordido ex tergentia.

Siſit putridum & ſerpens.

Cicatricē inducitia in dyſenteria.

bilis temperent. Præterea cum hæc affectio vigilias & dolorem inducat, eis prospicere oportet, quia vires deijciunt. Vigilijs medebimur ea ratione, qua capite de phrenitide diximus. hæc autem potio in hoc affectu est vtilis, quæ bilem temperat, adstringit, & somnum conciliat. Ad vigilias ad dolorem.

℞. syrupi de papauere ℥.j. ℈. syrupi myrtillorum ℥.j. diamargaritonis frigidi, ℥.ß. boli ℈.ß. aquarum plantaginis, & caudæ aquinæ ana ℥.ij. capiat dormiturus: aut poteris exhibere pilulas Nicolai contra fluxum. Dolorem sedabis anodinis propie, sæuo anserino cum rosaceo, aut decocto capitis arietis, vel gallinæ cum rosaceo. Quibus si non sedatur, narcotica proderunt, aut supra partem dolentem vnguentum comitissæ applicabis, in quo grana tria opij sint dissoluta.

De Tenesmo.

CAPVT XXXIX.

TENESMVS vehemens & inanis est deijciendi appetitus cum pauco sanguine, lenta, & muccosa iectione. Quę definitio placuit Paulo libr 3. cap. 41. & Aetio lib. 9. cap. 43 Hic affectus (quamuis Celso autore lib. 4. cap. 18. neque acutus, neque longus sit, cum facile tollatur, vt ipse inquit, & nunquā per se iugulet) molestus tamen est omnibus, & vterū gerentibus molestior. Nam (sene & sapientissimo Hippo. autore. 7. lib. aphoris. 27.) mulieri vterum gerenti si tensio superuenerit, facit abortum: qui aphoris. licet quinquagesimus in antiqua Cōstantini tralatione cum commen. Galeni reperiatur quinto lib. In quo Philotheus exponit sic aphorismū, Tenesmus inquit, est continuus, & violentus motus, & secretio pituitosarum, atque pinguium materiarum, cum pauco sterco-

Molestus vtero gerē tibus hic affectus.

ſtercore,& breui ſanguine aſtricto:in antiquo tamen, & Aldino contextu hic aphoriſmus non reperitur in quinto libro,& propterea Theodorus,Leonicenus,Muſa,Hieremias,Fuchſius,& alij docti ſcriptores tantum in ſeptimo libro collocant hunc aphoriſmum qui ſiue ſemel in aphoriſmis ab Hippocrate ſcribatur, ſiue bis, vt multi alij nimirum ſi qualia oportet purgare,&c. Et ille vterũ gerẽtes ſi cõuenit purgare à quarto vſque ad ſeptimum,&c. Verus eſt,vt Galenus in commentario demonſtrat,dicens ob talem igitur tenſionẽ,atque moleſtiam,& totum aliud corpus laborat,ſed præ cæteris matrix,quæ cognata eſt recto inteſtino nihil enim mirum,ſi propter vehementes, atque crebras exurrectiones fœtus ab ortitur, quando ex alijs omnibus fortibus motibus, atque doloribus mulieres grauidæ ſolent abortire Fit hoc malum aliquando ab vlcere inteſtini recti,quamuis Gal. initio commentarij dicti, 27.viſus ſit ſentire,ab hac cauſa ſemper fieri Teneſmum, vt in difficultate inteſtinorum ſit vlcus in inteſtinis, quæ ſuperius ſunt. Neque audiendus eſt Eraſiſtratus,qui (vt ait Gale.com.1.ſexti libri aphoriſmorum)tres eſſe ſpecies leuitatis inteſtinorum voluit,difficultatem videlicet inteſtinorum,leuitatem propiè dictam,& teneſmum. Nonnunquam fit à frigiditate externa,aut ab inflatione recti inteſtini,aut a ſalſa pituita, aut ab humoribus ſeroſis, acribus,& bilioſis Aliquando (vt ſcribit Aetius loco ſuperius annotato(obſtructio ſtercoris coacti in inteſtino cæco efficere poteſt teneſmum. Frigidam cauſam externam ex ægro deprehendes. Humores & excrementa ex ijs, quæ cernuntur,dignoſces. Vlcus ex pure & ſanguine minimo ſtercori immixto inflammationẽ ex dolore grauãte,& ex febre ſignificat.Stercoris multitudinẽ cognoſces ex graui ſenſu,& diſtentione circa ventrem imum, & ex priuata deiectione. Pro varia cauſarum ratione varié etiam medicinam facere conſueuimus:curatur tamen primo victu iã dicto tribus ſuperioribꝰ capitibꝰ,vel ſaltẽ cõtrario cauſę

Cauſa.

Nota.

Curatio.

Deindẽ

Deinde si ab vlcere fiat, curabitur, vt diximus cap. præcedenti de dysenteria. Si ab alijs causis per ordinem curabis. Si ab inflammatione fit sequenti capite curationem demonstrabo. Si corpus bile redundet, vacuabitur per drachmam vnam rhabarbari, aut per drachmam semis corticum myrobalanorum citrinorum, deinde per clysterem lauantem; vt ℞. decocti hordei ℥v. succi ficlæ ℥ij. saccha ri rubri ℥j. misce, & fiat clyster, adde vitella ouorum numero duo, olei rosati ℥ ij. ℘. Si causa sit pituita salsa; ℞. decocti furfuris, & cicerum ℥v. succi ficlæ, & rhodomellis an. ℥ij. misce, & fiat clyster. Si à fœcibus induratis fiat; ℞. foliorum maluarum, violarum, & mercurialis an. m. j. furfuris, passularum sine granis, prunorum damascenorum an p. j. fiat decoctum, de quo percolato accipe ℥vij. diacatholicon & butyri recētis an ℥j. benedictæ ℥℘. olei sesamini ℥ iij. salis ℥j. misce, & fiat clyster. Si à causa sit frigida lignum nucis, aut cupressi benè calidum, & ignitum sedi admotum curabit. Saccus ex camomilla, anthos, calendula, vino optimo decoctus sedi admotus est remedium salutare huic tenesmo.

Victus.

Vacuatio bilis, si redundet.

Clyster lauans.

Pituita.

Fœcibus indu ratis.

Tapsus barbatus diuisus in partes paruas, & vino optimo decoctus, sedi admotus sæpe est non mediocre remedium, & à me feliciter expertum. Si dolor & apetitus deijciendi fuerit magnus, & superioribus remedijs nō curatur necessaria sunt suppositoria ex athanasia, aut philonio cū pinguedine, aut cera noua, & filo magno: præsertim si ægra fuerit veterum gerens, ne ab ortum patiatur, vt Hippocrates timuit.

Tapsus.

De Tenesmo.

CAPVT. XXXIX.

Scholium.

Altomarius & alij reprehenduntur in essentia tenesmi.

TENESMVS vehemens & inanis. *Non recte meo iudicio Altomarius, & alij semper in tenesmo vlceratum esse intestinum rectum sentire videntur: sed vt ex 7. Aphor. com. 27 colligemus, tenesmus nil aliud est, quam vehemens & inanis conatus ad egerendum. Vbi aduerte nos protensione legere conatum, reuera enim in tenesmo nulla est in intestino tensio, sed conatus magnus, ob quē frequentissimè exurgunt: & ideo tenesmus est molestissimus affectus, ex quo aborsus solet sequi ob dolorem, quando fit ab vlcere, ob cōpressionem vteri à musculis ab dominis factam, & ob frequentē motū, ex quo etiā febris diaria oriri solet. Causa tenesmi sunt ea omnia, quæ facultatē expultricem intestini recti excitant ad vehementē & continuū motū. qualia sunt quæ irritant, & quæ grauātur irritāt pituita ibi impacta, & vlceris dolor: grauant face. immodica. Frigiditatē externā existimo nunquā facere tenesmū, bene musculi resolutionē. Curatur tenesmus ea ratione, qua dysenteria ex intestinis exasperatis dependens.*

Causæ tenesmi.

Curatio.

De Colico dolore & ileo.

CAPVT. XL.

descriptio.

DOLOR, qui in intestino laxiore, qp colon Græce vocatur, accidit, conica à nostris medicis dicitur & aliorum etiam duorum intestinorum crassorum dolor de quo Paulus lib 3 cap 43. dicit Colon cum pars sit intestini crassi à dextra iliorum regione procedens ad sinistram, cinctur x modo pertinet. Et Aetius lib. 9. cap. 29. & Gale. variis locis, præsertim lib. 2. de loc. affec. cap 1. vbi ponens discrimen inter dolorem, qui fit ab humore acri, &

Colica.

cum

eum,qui fit à multitudine.Porrò,inquit,mihi ipſi accidiſſe dolorem vehementiſsimũ,vt mihi viderer in initio vẽtre terebro perforari,in eo potiſsimũ ſpatio,quod à renib⁹ ad veſicã p vreteres ſcimus extẽdi.Quo loco docet Gal.hũc dolorẽ ſæpe præcedere dyſenteriã,& aliquas ſcribit huius doloris notas,quãuis lib.6.cap. 2. quomodo medicus hunc affectum à nephritide diſcernere poſsit,docet. A variis fit cauſis hoc ſymptoma,vt videre eſt apud Gal. Paulum,& Aetiũ,locis ſupra notatis.Sed à quatuor potiſsimũ naſcitur,interdũ à craſsis ac pituitoſis humoribus oritur, vt Gal.contingit, qui laborãs hoc ſymptomate excreuit ſimul cum dolore grauiſsimo pituitam vitream.Interdũ fit à flatulentis ſpiritibus, aut propter inflãmationem moleſtãtem ac diſtendentẽ craſſum inteſtinum,aut ob acres,& erodentes humores prædictum inteſtinum vehemẽter affligentes fieri ſolet ab ſtercore indurato,& alijs. Quando craſſus & pituitoſus humor eſt cauſa,per totum abdomen in alto,præſertim vbi eſt coli ſitus,ſentitur dolor perinde, ac ſi inteſtinum tunderetur,& perforaretur.Adeſt nauſea, ructus vomitus pituitæ maximè ſi natura ægri,& victus pituitam amẽt.Qui dolent ex flatulento ſpiritu,tenſionem experiuntur,flatum quoque ſentiunt,& emittunt. Qui inflammationis cauſa dolent, febrium ſentiunt feruorem,ſi tiunt, circa ventrem pulſationem ſentiunt laboriosè vrinam & ſtercora depellũt,bilem etiam aliquando euomũt, & hæc colica tanquam grauiſsima in ileum tranſire ſolet. Similes fermè ſunt notæ, quando ab acribus ſit humoribus : quamuis vrina & deiectiones biliosæ apparent, & earum ſuppreſsio ſit minor.

Galeni.

Cauſæ.

Notæ craſſi humoris

Spiritꝰ flatulents.

Inflammationis.

Acriũ humorum.

Ileum malum eſt tenuium inteſtinorum, grauiſsimos & lethales dolores inferens. De quo ſymptomate Paulus lib.3 cap.44.dicit ileos cum affectus ſit maximus,acutus, & dolorificus ſymptoma quoddam habet periculo grauius,& Aetius lib. 9. capite. 28. dicit volulus eſt affectio inteſtinorum lethalem dolorem inferens , & Galenus

Deſcriptio ileꝰ.

comment.10.lib.ſeptimi aphoriſ.in quo innuit, in illis ni hil deſcendere ad inferiora,quod eſt proprium illis, & inſeparabile.Sed vomitus ijs non ſemper adeſt ſed quando exitiales ſunt,etſi vehementius diſtorqueantur, ſtercus eis aſcendit,atque ſingultiunt,& alia multa ſcribit de deſipiẽtia,& conuulſione,quæ in hoc morbo exitialia ſiunt. An reperiatur ileum ſine vomitu,vt vult Galenus,Muſa dubitat,cũ longa ſatis experientia ſemper vomere ilioſos omnes ipſe viderit. Huius ſymptomatis duæ differentiæ ponuntur à Celſo lib.4.cap.14.Prima eſt, cum obſtructio eſt in parte ſuperiori gracilioris inteſtini, in qua cibus per vomitum exit:altera quãdo obſtructio eſt in parte inferiori, in qua exit ſtercus per os.Cauſæ & notæ ſimiles ſunt colicæ cauſis,quãuis Gal.com.40.lib.6.apho. huius, quibus dolor ilium ſit abſque inflammatione, his febris ſuperueniens morbum ſoluit, cauſas omnes fermè huius ſympt. ſcribat, præter illas tamen eſt illa de veneno ſumpto. Nonnunquam verò inteſtinum vna cum ſtercore deſcendit in ſcrotum,quos fermè ſemper mori vidi ſine voce.

Dubitatio

Differen-tia.

Curatio colici doloris.

Victus in fæcibus deſiccatis.

In cauſa frigida.

In phlegmone.

Incalida.

Curatur primo,victu contrario cauſis huius ſymptomatis:ſemper tamen molliente, præſertim ſi ex fœcibus deſiccatis fiat;vt iure pingui,beta prunis damaſcenis,paſſulis ſine granis,butyro recenti,oleo ſeſamino,& oleo amygdalarum dulcium. Cibi bonum ſanguinem generent, & ſint faciles concoctu ob diſſolutionem facultatis, qualia ſunt ius gallinæ,oua ſorbilia recentia,teſtes gallorum gallinaceorum , hepata gallinarum . In frigida cauſa miſceri oportet parum cinamomi , garyophyllorum, croci , & zingiberis . Allia ſunt optima , laudanturque à Galeno. 12. methodi , neque ſitim efficiunt , vt cæpè. Aliquando indiget æger inedia , vt ſi fiat ab inflammatione ex eruditate , & flatu , præcipuè in principio. In calida cauſa nutriatur iure pullorum gallinaceorum, ptiſana hordeacea , ſpinachijs, prunis damaſcenis , & ſimilibus . Potus in frigida ſit vinum potens moderatè

aqua

aqua dilutum, vel aqua cinamomi, vel ſeminis fœniculi, vel aniſi, vel mulſa. In calida, aqua hordei, aut liquiritię, aut aqua ſacchari. Deinde curatur abſciſione cauſarum. Sed prius oportet regulas quaſdam generales ſatis obſeruare, & eas maximè memoriæ mandare. Prima eſt quam nis propria cuiuſque morbi, & ſymptomatis curatio fiat per cauſæ abſciſionem: in vehementi tamen dolore, breui tempore facultatem vitalē, & omnem diſſoluente, prius, & ſubitò curandus eſt dolor, per narcotica medicamenta, quæ ſenſum partis dolentis potius ſemouent, quam cauſam amoueāt. De his nos abundè cap. 4 de cephalalgia, & 36. diarrhœa, cum Gal. duodecimo methodi diximus, quo lib. Gale. multa ſatis neceſſaria in vſu narcoticorum ſcripſit: vbi etiam docuit narcoticorum vſum eſſe vtiliorem in colico dolore à bile: nam præterquam quod magna refrigeratio minus illi nocet, narcotica etiam incraſſant, & concoquunt bilem, ipſamque immobilem faciunt. Hæc regula deſumpta eſt ex Gale. 12. methodi, quam poſtea confirmauit Auicennas. 4. ſen primi lib. cap. penultimo his verbis ſemibarbaris. Et quandoque eſt res, in qua fiducia eſt, quod dolor ea remoueatur, ſed eſt tarde operās, ita quòd dolor ille vſque ad horam illam tolerari non poteſt, ſicut euacuatio materiæ dolorem facientis colicæ retentæ in villis inteſtinorum: aut citò operans; ſed ex ea timetur finis vehementer malus, ſicut ſtupefactio membri dolentis in cholica, cum medicinis, quæ hoc operari ſolent, & fit medicus in hoc non raro ambiguus. Oportet ergo vt apud ipſum ſit æſtimatiua fortis, vt ſciat, quod duorum temporum ſit longius, aut tempus fixionis virtutis, aut tempus doloris: & etiam quæ duarum rerum deterior, an dolor, an malus finis, qui ex ſtupefactione timetur, vt eligat præmittere illud quod magis eſt conueniens. fortaſſe enim ſi dolor remanſerit, fortitudine ſua & magnitudine interficiet: & ſtupefactio forſan non interficiet, licet ex alia parte impediat, cuius nocumentum fortaſſe corrigere poteris, & re-

Regula 1. dolorē eſſe ſedādum.

Appēdix.

De vſu narcoticorum.

Auicennæ opinio.

Regula 2. de mediocriter calidis adhibẽdis initio inflatus.

& redibit forsan dolor,& tu curabis medicina conuenienti,Secunda regula,colica,quæ fit à materia pituitosa,& flatu,curatur medicamẽtis mediocriter calidis, incidentibus tenuantibus,coquentibus,& por os aperientibus, externis & internis:nam si initio non vacuato humore nimis calidis vteremur, fieret maior attractio ad partẽ dolẽtẽ,doloque augeretur & pars dolẽs posset facillime laborare inflãmatione,aut alio tumore præter naturã.Perpetuò ergo

Regula. 3. de purgantibus.

à clementioribus ad valentiora est procedendũ, & vltimi vtendum post vacuationem.Tertia regula,vacuatio in dolore intestinorum facienda est per medicamenta clementer purgantia,quæ non attrahant ab alijs partibus,& longinquis præsertim si humor tantũ in intestinis fuerit, qualis est hiera simplex,pilulæ elephanginæ,& de hiera simplici,agaricus trochiscatus & diaphœnicon:hęc tamen, similia per clysterem in colico dolore , & per os in ileo magis conferunt . Quarta regula,in hoc dolore,semper

Differimẽ sumendi.

Regula 4.

præcedat vacuatio per clysterem mollientem, & clementem,vacuationem aliam,siue facienda sit per acres clysteres,siue per potũ,aut pilulas,aut alia medicamenta, vt pe

Clyster molliens.

hoc,aut simile;℞.decocti maluarum , bismaluæ , semini lini fœnugræci,& furfuris lib.j butyri recentis,dialthęæ & benedictæ,an.ʒ.j.olei sesamini, & de semine lini.an.ʒ ij.salis ʒ.misce,& fiat clyster,quo sumpto decumbat ęger in partem dolentem. Si flatus impediat ingressum clysteris,instrumentum , quo infunditur liquor clysteris habeat fistulam biforem,vt vna via materiam clysteris injcias, altera flatus foras erumpat, sit ita coformatum.His bene

Clyster apersiens.

consideratis citò curandus est dolor colicus,quia ob vehementiam vires prosternit.Primum ergo clysteri superiori aut hoc vacua,vt viam aperias,perquam vacuatio facienda est ; ℞. foliorum maluarum , betæ , bis maluæ , an. m.j.seminis lini fœnugręci,ficuum siccarum, furfuris an. p.j.fiat decoctum, de quo percolato accipe vncias decem cui adde benedictæ, butyri recentis an. ʒ. j. olei camomillæ

millæ,& de ſemine lini an. ℥.ij.ſalis ℥.j miſce,& fiat clyſter. Si verò ob ſtercora exſiccata, aut aliam cauſam non fiat vacuatio,vt ſæpe contingit,neceſſarius erit alter clyſter acrior,& aliquando tertius,addendo,cum fuerit decoctu, drachmas duas carthami,drachmā vnā hellebori,& drachmā ſemis colocynthidæ,in ligatura,ne ſubſtātia colocynthidæ inteſtinis noceret. Aliquādo ad facultatē expultricē irritandā, atque mouendā indiget æger his aut ſimilibus ſuppoſitorijs; ℞ pulueris benedictæ,& pulueris hieræ logodionis an. ℥.iiij.ſalis gemmę ℥.j.f.mellis q.ſ.miſce.& fiat duo,aut tria ſuppoſitoria filo appenſa. Deinde vacuis inteſtinis,ſi materia eſt in alijs partibus pituitoſa (à qua ſæpius fit)cōcoquatur rhodomelle,ſyr.de abſinthio,de duabus radicibus,& ſimilibus & decocto aut aquis fœniculi, petroſelini,meliſſæ & aliis eiuſdē naturæ. Poſtea vacuetur drachma vna pilularū de Agarico,aut drachma vna pilularū cochiarū,aut hoc,ſimili potu; ℞. diacatholicon ℥. f. agarici trochiſcati ℥.j.electuarij indi ma.℥.iij.rhodomellis ℥.j.aquę fœniculi.q.ſ miſce,& fiat potus.Si materia fuerit in inteſtinis fixa, & in partibus propinquis, ſola hiera ſimp.& agarico aut diaphœnicō fiat vacuatio.Die ſequēti poſt euacuationem bibat æger hunc aut ſimilem potum, ℞.decocti camomillæ ℥ iij. theriacæ magnæ,aut mithridati ℥.j. rhodomellis ℥. j. miſce. Aut hic clyſter, aut ſimilis iniiciatur ℞ decocti hordei,& radicis althææ lib. j.rhodomellis ℥.j olei de ſemine lini, & camomillæ an. ℥.ij miſce,& fiat clyſter.Deinde curatur dolor clyſteribus ex oleo camomillæ,vino optimo,& aqua naphę,aut ex ſolo oleo rutæ,& camomillę, aut ex iure inteſtinorum, & pedum arietinorum (quod dicitur malcozinado) cum oleis camomillæ, de ſemine lini, & iſſamino. Si inteſtina ſint lupi,maiorem habebunt facultatem,& vim ad corroborandā humana inteſtina,& eorum dolorē curandū ſtercus tamen lupi per ſuperiorem partem ſumptum, & per inferiorem iniectum omnem dolorem colicum

Clyſter acrior.

Subſtantia colocynthidis nocet inteſtinis.

Suppoſitoria.

Præparatio

Purgatio.

Decoctū.

Clyſter.

Sublata cauſacura tio doloris ſequitur.

Inteſtina. lupi quadrupedum ſint.

Stercus lupi.

à pro

à proprietate curat, quamuis magis à cauſa frigida. De quo,& alijs,quæ a proprietate iuuant, in fine huius capitis copioſius dicemus. Si cum colico dolore renalis coniungatur,curatio mixta erit ex hac,quæ nunc traditur,& alia, quæ dicetur capite quadrageſimo ſeptimo huius libri, vt eſt hic clyſter. ℞. parietariæ,maluæ bifmaluæ,rutæ.an.m. j.camomillæ,ſeminis lini,fœnugræci,aniſi,carui,cymini. an p.ſ. fiat decoctũ, De quo percolato accipe libra vna cui adde benedictæ diacatholicon,an vnciam ſemis,butyri recentis,& dialthææ.an. vnciam vnam, olei camomillæ,& de ſemine lini.an.vnciam vnam ſemis,olei ſcorpionum vnciam ſemis,ſalis drachmam, miſce,& fiat clyſter. Ex prædictis, & ſimilibus decoctis in duabus partibus aquæ,& vna vini fotus frequens parti dolenti eſt optimus, vel liquor hic ex clepſydra ab alto ventri affuſus, vel potius admotus ex magna ſpongia expreſſa, aut in veſica; Aut ex hoc. ℞. foliorum lauri origani,calamenti,pulegij, ſaluiæ.rutæ.an.m.j.vtriuſque ſtæchadis,camomillæ, melilloti,an.p.j.ſeminis aniſi,anethi,carui,dauci. an.℥ ſ. vini, & aquæ.an.æquas partes. Fotus etiam ex ſolis oleis bene calidis camomillæ,de ſemine lini,rutæ, & ſcorpionum curat hunc dolorem à flatu,& cauſa frigida factum. Filum ex lixiuio cum cineribus coctum, admotum & bene calidum curat hunc dolorem. Inſeſſus ventris inferioris per ſemihoram in balneo ex ſuperioribus medicamentis decocto aliquo apparato adiumento eſt:mora tamen in hoc balneo vires fractas dolore, vigilijs & inedia nimis affligit:quare bono odore, vino & alijs huiuſmodi opus eſt. Stercus vaccarum,præſertim menſe Maio collectum, ſiue recẽs,ſiue antiquum ſit,eſt in hoc optimum ſolum,& cum alijs Cucurbitula magna ventri admota curat dolorem ex flatu. Clyſter hic ex iure galli gallinacei veteris,& alijs obtinet in curãdo dolore principatum. ℞ ſeminis aniſi,fœniculi,fœnugræci.an.℥.ij thymi,epithimi.an.℥.j agarici, colocynthidæ,ſalis indi.an.ʒ ſ.ſticados, camomillæ.an.

Curatio mixta dolo ris coli. & renũ.

Clyſter cõmunis.

Fotus.

Filum ex lixiuio.

Balneum

Stercus vaccarũ.

Cucurbitula in flatu

m.ſ.

m.ſ.carthami.ʒ ij.His omnibus ſemipulueriza-ris farcia tur,& conſuatur gallus gallinaceus vetuſtiſsimus,ante mortem verberatus, & poſt decoquatur, donec oſſa ſeparentur à carnibus: deinde ex libra vna huius iuris fiat clyſter. Cui iuri percolato ſi adderes benedictæ vncias vnam, oleiſ camomillæ vncias tres, eſſet clyſteri maior, & acrior vis.Huic etiam clyſteri magna vis ineſt in hoc dolore curando.℞.vrinæ pueri lib.j, olei de lilio,& de ſemine lini. an.ʒ ij.theriacæ magnæ ʒ.ij.miſce,& fiat clyſter. Si dolor colicus ſit ab inflammatione, curatur primo victu tenui,& refrigerante.

Clyſter pōpus ex iure gallinacei

Clyſteriſ fortiſſimus.

Curatio exphlegmone.

Victus.

Secundo,auertentibus per ſectionem iecoris.Tertio, repellentibus internis per os, cùm eſt in ſuperioribus inteſtinis,& ſi in inferioribus ſit,per clyſterem,vt decocto hordei,& oleo roſato,aut ſolo lacte caprino,aut ouino,aut ſolo oleo violaceo,aut de papauere, aut ſuccis plantaginis, portulacę,ſolani,& ſimilibus. Quarto,& vltimo-diſſipantibus.& reſoluentibus, vt decocto camomillę, fœnugræci,radicis althęę,ſeminis lini,& ſimilium. Si à bile fiat colicus dolor primo vacuata bile, ſecundo, moderatè frigidis,vt eſt lac,& oleum roſatum,& ſimilia, curabitur. Si à veneno fiat hic dolor, curatur ſtatim vomitu per totum, ſyrupi acetoſi ſimplicis, cum decocto ſeminis raphani, aut per infuſionem hellebori cum raphano,& poſtea cum oxymelle ſimp Secundo,oleo ſeſamino, & de ſemine lini in quantitate vnciarum quatuor. Non dormiat veneno ſumpto,quia ſomnus reuocat venenum ad interiora.Tertio,curatur iis,quę à tota ſubſtantia,ſeu proprietate veneno ſumpto repugnant.Therica magna, & mitridatum omnia fermè venena curant. Si vis ſcire perfectè naturam cuiuſque veneni,& facultatem medicamentorum contrariorum venenis,lege ſextum librum Dioſcoridis,& libros de facultatibus ſimplicium medicamentorum Galeni, & libros de alexipharmacis, & de theriaca antiquiſsimi medici.& poetæ Nicandri: lege etiam opus de venenis doctoris

Reuulſio

Repellentia ſumenda.

Reſolutio

Si à bile.

Si à veneno.

Vomitus.

Somnus vitandus.

alexipharmaca.

Qui libri legendi.

ctoris Santes de Ordonyes. Quæ curant omnem dolorem colicum,& iliacum,à tota ſubſtantia, ſeu proprietate,omni tempore, ſunt ſtercus lupi per os cum rhodomel le,aut aliquo liquore. Doſis eſt drachma vna per clyſterem cum conuenientium aliorum medicamentorum drachmis duabus,aut tribus. Si recens fuerit,ventri admotum ad modum cataplaſmatis curabit hunc dolorem. Oſſa etiam,quæ reperiuntur in ſtercore lupi parua quãtitate ſumpta curant dubio procul eum,& ne iterum fiat,prohibent. Idem os collo ſuſpenſum à multis in hoc laudatur. Lupi inteſtina,ſi comedantur,curabunt ipſum dolorem. Radix iuſquiami ventri admota colicum dolorem curat,& qui ſi eri poteſt,prohibet. Ventriculus anſeris aſſatus,ſi comedatur,curat hunc dolorem. Drachma vna ſemis cornu cerui toſti,liberat ab hoc ſymptomate. Vena vmbilici maſculi infantis curat colicum dolorem maſculi: & fœminæ fœminam ſanat Deo auſpice. Virgæ cerui pulus laudatur à quibuſdam in hac curatione. Pes lupi collo ſuſpenſus ab aliis laudatur,ius cancrorum hunc dolorem leuat. In vehementi dolore deueniendum eſt ad narcotica medicamenta,ſemper tamen ſunt maximè conſideranda quæ de horum vſu diximus cap.36,de diarthæa,primo parti dolenti admoueatur hoc cataplaſma,& parietariæ,foliorum iuſquiami an.m.j. farinæ foenugræci, ſeminis lini,& camomillę p.fiat decoctũ,& ex his bene piſtis fiat cataplaſma, addendo olei de papauere,& de camomilla an.ʒ.j.croci puluerizati drachmam vnam. Thebaici ſcrupulum vnum,vitellos ouorum nu.ero.iij. aut ſi fortiori egeat auxilio,narcotico,& ſimul purgante; & benedictæ ʒ.ſ.diaphenicon ʒ.iij.philonij Romani ʒ.j, olei camomillæ, & de ſemine lini an.ʒ.ij.n.iſce,& fiat clyſter. Rhazes miſcet narcotica cum purgantibus. Aliquando cogimur in vehementiſsimo dolore exhibere drachmam vnam athanatiæ,aut requiei magnæ, aut philonij Romani cum vncijs tribus decocti camomillę,& vncia vna ſyrupi papaueris.

Virũque dolorem cu tanta to ta ſubſtantia.

De narcoticis.

Topica. Cataplaſma.

Narcoticũ purgans.

ris. Ileus dolor curatur iisdem ferme auxiliis, quamquam valentioribus, iisq; magis per os sumptis, quàm per clysteres iniectis: semper tamen vti oportet clysteribus non tantum mollientibus, sed acribus, vt per loca apta stercora depellantur. *Ileicura.*

Ileitio an eadem sit.

De cholico dolore & ileo.

CAPVT. XXXVI.

Scholium.

DOLOR qui in intestino. *Dolor colicus ex symptomate & parte affecta nomen sumpsit, afficitur enim in cholico secundum excrassis, intestinis, quod incipiens a sede dextri, ad sinistrum & concendens ad iecoris cauum, hinc secundum ventriculi fundum ad lienis sedem, & dextrum renem complicatur. Vnde cum dolor secundum ventris longitudinem extenditur, aut ex parte dextra in sinistram locum mutat, & in eo qui aslatu sit sine dubio ex situ partis dolorem colicum esse colligimus: cum autem in aliqua parte intestini fixus manet, tunc opus est alia addere signa, aliter enim decipiemur. Cum enim intestinum hoc attingat duos renes, quando dolet in parte rem communicta, non est mirum existimare nos dolore nephriticum esse, videmus enim hac in re Galenum in seipso deceptum. Neque hic error est periculosus, cum in principio, siue dolor sit nephriticus, siue colicus, eadem remedia applicari oporteat ea scilicet, quæ sedare possunt dolorem. Hic dolor colicus distinguitur ab ileo ratione doloris, & ratione situs: ob dolorem, quia dolor ilei maior est*

Colicus dolor.

Aliquando nephriticum dolorem pro colico assumimus.

Discrimen doloris colici ab ileo primo,

Primo, quia ſit à craſſiore ſubſtantia magis diſtendente; nempe ſtercore indurato: quod non euenit in colico dolore, quia cum hoc inteſtinum ſit multum capax, non poteſt ob ſtricturam ita &c prohibeatur ſtercoris deſcenſus. Secundo dolor eſt maior, quia membrano ſius eſt ileon inteſtinum, quam colon. Ex ſitu doloris etiam diſtinguitur ij affectus, quia dolor ijj manet ſemper in regione &mbilici, hoc enim inteſtinum ſuis anfractibus ita & ſedem &ndique &mbilico ſubiectam atque contenminam implet.

Diſcrimē doloris colici & nephritici.

Dolor colicus diſtat a nephritico, quia etſi in &troque &omitus ſequatur (ob debilitatem &entriculi ex defectu ſpirituum qui à dolore attrahuntur) maior tamen ſequitur in colico; ob &iciniam & continuitatem maiorem cum &ntriculo. Tum quia in colico dolore excrementa retinentur aliquando, ita &t neque flatum, neque ructum emittere poſſint. Tertio quia à ſumpto cibo exacerbatur dolor colicus, non autem nephriticus, cum renes longe à &ntriculo abſint. Quarto in nephritide dolor eſt ſemper fixus, at in dolore colico aliquando mutat locum. Quinto in nephritide anteſedunt &rina alba, & perlucida, in quibus demceps ſabuleſa ſubſident, quod in cholico dolore nō

Cauſa coli doloris

euenit. Dolor colicus aut fit à cauſis externis, aut internis. Externa ſunt, alimenta, aer, aut &nemi potio, intemperiem frigidam generantes. Interna, intemperies calida ex acri humore, flatus diſtendens, libro de multitudine cap. 10. aut inflammatio. Si dolor fiat à pituita, cum haec ſit glutinoſa, mfluxus erit, ita &t perforari &ideatur inteſtinum, neque in eo eſt ſitis. Si fiat à bile erit dolor acutus, ſitis, oris amaritudo & praeſeſſi bilis retentio? Si ab inflammatiō ne, febris oſtendet. Sicut loci mutatio, diſtentio eum, qui à flatu ortum habet. Aliqui, imo omnes dolorem colicum ex ſtercore indurato fieri ſcribunt: quorum ſententia aliquibus non placet conſiderantibus inteſtini amplitudinē.

Ileos quid.

Ileos affectus eſt ilei inteſtini, à quo eorum, qua per alium

excernuntur, euacuatio omnino ſupprimitur. Hac ſuppreſsio in alijs duobus inteſtinis tenuibus non contingit, propter bilem (qua in his expurgatur) maxime ea inteſtina irritantem. In inteſtino vero ileo, cum ita conformatũ ſit, vt in ſuis anfractibus excrementa craſſa poſsint immorari, hanc videmus affectionem contingere, non autem in aliquo ex craſsis inteſtinis, vt ex com. 44. libri ſexti aphoriſ. colligimus. Quod ſi Galenus 3. epy. par. 2 commẽ. 6 hunc affectum aliquando ad craſſa referat inteſtina, intelligendum id eſt de craſsiori parte inteſtini tenuis, qua craſſo inteſtino adhaeret. Ex hac parte partium in inteſtino conſideratione Celſus libro. 4. capite. 14. Ilei duas differentias ſcribit. Huius ſymptomatis cauſæ ſunt omnia illa, quæ excrementorum deſcenſum impedire poſsunt, qualia ſunt magna inflammatio, ſtercus induratum, & mutatus ſitus inteſtini, qui herniam inteſtinalem efficit. Alqui addunt quartam cauſam, craſſum ſcilicet & viſcidum humorem, ab eo enim etiam poteſt fieri obſtructio. Horum ſententia non placet Galeno. 6. apho. com. 44. eo quod (vt exiſtimo) bilis flaua per ipſum deſcendens humorem exterget. Qua etiam eſt cauſa, ob quam ileos etſi fiat ab ſtercore indurato, raro tamen, & cum contingit, id fit ex eſu rerum adſtringentium, vt meſpilorum, aut ex febre aduerſente, aut ex veneno ſo pharmaco exiccante ſtercus, vt ex auri pigmento in ſocru mea vidit Ludouicus collado præceptor. Si obijcias, Hippocratem in prædicti commentarij ſententia ſentire, ileon poſſe fieri ab humore craſſo & glutinoſo. Reſpondet Galenus in com. dictum aphoriſmum eſſe ſuſpectum. Signum ileos propium eſt, nil per inferna excerni, quod ſi exiti aliũ ſit, ſtercus per os educetur. Ex dolore etiam, & tumore in regione tenuium inteſtinorum ipſum deprehendes.

Ex facilb⁹ retentis nõ fit dolorũ craſſo inteſtino ex Galeno.

Ilij doloris cauſæ.

Ileos non fit à craſſo humore.

Obiectio.

Curatur primo victu contrario. *Dolor colicus à cauſis externis ortus facile curatur: non ita ab internis, & ideo*

Curatio colici doloris

Curatio ſi brevitèr eius curationem proponimus. Si dolor hic fiat à fiat àpituita vitrea, & non vrgeat, ſtatim non eſt, quod diſcutiat flatu tientibus vtamur: quia eiſi illa pituita ſit materia flatus & hi ex ea elevati dolorem inducant, nihilominus tamen, cum diſcutientia medicamenta humorem in flatum mutent, augeamus dolorem, ac proinde ab illis abſtinendum erit, & vtendum prius illis, qua pituitam euacuant: quale eſt clyſter factus ex fœniculo, anetho, camemelo, tymo, pulegio, ſemine lini, cum rhodomellis ℥. ij. benedicta & hiera picra ana. ℥. ß. & olei ruta cei ℥. ij. Pituita euacuata, ſaculos parabimus diſcutientes flatus, ex furfure, ſale, & milio. Fomentabimus etiam locum panno imbuto in aqua et vino, in quibus fœniculũ, polium, aut anethũ bulierint. Clyſtere etiã vtemur ex oleo cũ prædictis herbis decocto addita pinguedine gallinæ, aut anſeris. Alia, niſi adſit febris, ſi edanter, flatum diſcutiunt: ſicut & cucurbitula ſupra partem affectam admota, qua ob vtilitatis celeritatem incantamenti ritu id vidcatur præſtare. Debemus tamen poſt cucurbitulam clyſtere aut euacuare humorem, ſi aliquis continetur in inteſtinis, aliter enim calfacientes partem aut malo vſu ſtatim redibit dolor. Si dolor à bile procedat, & non vrgeat, curabitur alimentis frigidis & humidis. Clyſteribus etiam, cummodo non ſint acres, ne humoris acrimoniam intendant, facultas eorum debet eſſe abſtergens, & refrigerans, cui rei decoctum hordei, cum rhodomelle permixtum conueniet. Et cum his duplicem præſtet indicationem, in quantum in colo præter naturam detinetur euacuationem, & in quantum acris, contemperationem, vnumquum dictis modis conſideratum, quæ indicat: proinde ſyrupis granatorum, cidoniorum, & ſimilibus temperata bile cum purgabimus ita, vt ſi multam voluerimus educere, vtamur hiera parata ex aloe non lota, ſi paucam, ex aloe lota. Ex his intelliges male auſtorem, & alios lupinum ſtercus & alia medicamenta

Si à bile.

camenta toto temperamento aut propietate (vt ipſi dicunt) colicum dolorem curantia deſcribere: talia enim non reperiri oſtendit affectus ipſe habens manifeſtam cauſam. Si obijcias Galenum libro. 11. ſimplicium. Reſpondeo multoties eum tanquam ſuperſtitioſum omittendum in his remedijs.

Si dolor colicus ſit ab inflammatione. *In dolore colico ab inflammatione ſecanda eſt vena, vt revellamus, & euacuemus. Vena autem poteſt eſſe ea, quæ eſt in pede, aut brachij baſilica, quia colon (ſicut & renes) in medio corporis pendet, poſitum intra oſſes & ſecur. Deinde ſupra locum affectum repellentia impoſita ſunt ex vſu, ſunt & alia omnia, quæ ad curationem inflammationis applicari ſolent. Atque hæc eſt colicæ doloris, quando non virget, curatio.* *Si ab inflammatione.*

Quod ſi virgeat, & ab humore acri oriatur, eum ſedabimus narcoticis medicamentis, quæ impropie anodyna appellantur à Galeno. Clyſter ex decocto hordei, & capitibus papaueris parabitur. Per os aſſumemus philonij maioris. z. j. cum decocto lactucæ, & fœniculi, hæc enim medicamenta in hoc affectu ex calida cauſa orto tripliciratione proſunt: Primo qui à partis ſenſum auferunt, & ideo dolorem, dolor enim non ſit ſine ſenſu: Secundo quia refundunt acrimoniam humoris: Tertio, quia incraſſant tenuem humorem, ne intra membranas inteſtinorum ſe inſinuet. Si obijcias incommodum (quod eſt intemperies frigida) ex ſtupefacientibus medicamentis ſequi ſolitum, tibi ſatisfaciet Galenus. 12. metho. melius eſſe intemperiem ex illis relictam longo tempore curare, quam breui ſimiliter mori. Si dolor virgeat, & fiat à pituita vitrea, cauendum à narcoticis eſt, quia duplicem inducunt noxam, prima eſt, denſando pituitam vitream tunicam inteſtinorum viam precludere ſpiritui: Secunda eſt humorem incraſſare. His ergo ſi vtaris medicamentis, ſtatim ſedabis dolorem, attamen ſi *Curatio doloris virgentis.* *Narcotica in dolore a pituita vitrea vitanda.*

deinceps calefacientibus cures, ex ſpiritu auctō dolorem denouo excitabis, ita, vt ad narcotica deuenire cogaris, quod tertio & quarto efficies inſanabilis affectus auctor eris. Quæ omnia docent hunc dolorem medicum poſtulare peritum, qui ſenſim extenuet, & concoquat humorem.

Curatio ilij ab inflā matione. Externa.

Ileus dolor curatur iiſdem fermè. Ileos ſi fiat ab inflammatione (quod cognoſcemus ex febre, tumore apparente in regione inteſtinorum, & pulſu) curatur ſanguinis miſſione, propter cauſam ſæpius dictam. Externa repellentia, oxirrhodinum, & alia, quæ aplicantur, permiſcenda ſunt cum digerentibus, decocto camemeli, fœnugræci, & ſimilibus, quoniam in hoc affectu principium breuiſſimam eſt.

Clyſter.

Clyſtere nil infundatur, ſed per os ob inteſtini ilei vicinitatem cum ventriculo, & vt iuuent deſcenſum excrementorum aſſumi debent remedia, quæ iaceo repelere debent, & non adſtringere, imo lubricam reddere aluum. Huiuſmodi ſunt decoctum maluarum, lactucæ, ſcariolæ, ſolani, ſimeruini, ſyrupus roſarū, & violarum. Priſana in cibo aſſumpta aluum lubricat, ſedat ſitim, repellit, humectat & ſtatim nutrit. Ileos ex ſtercore indurato emollientia poſtulat. Partem exteriorem fouebimus decocto

Curatio ilij doloris ex ſtercore indurato.

lini, malua uiſci, althææ, fœnugræci cum butyro, & axungijs, aut oleo ſolo dulci, aut oleo, in quo ſemen lini fœnugrecum, aut aliud ſimile efferuuerit: Vngemus etiam eandem partem vnguentis de althæa, de agrippa, & alijs emollientibus vim habentibus, ex ferue factio etiam ſemine lini cum radice althææ, & oleo, & pauca cera vngentum conſtruere poteris. Emollito ſtercore (quod tactu deprehendes)

Eccoproticа.

ad eccoprotica medicamenta accedes, quorum vis non tranſcendat ſecundum, vt ad caſſiam per enaporationem extractam cum decocto maluarum lini, & fœnugreci. Si hæc non profit, ad maiora deuenies, diacatholicon, caſſiam,

Vehementer purgātia.

diaphenicon, diacarthamum, & diaprunis laxatiuum. Quod ſine que ex his vtilitatem animaduertas, colocinthide vti poteris; ℞. colocinthidis g. iij. caſſiæ ʒ. i cum

decocto

decocto superiori In stercore vero indurato à veneno præter ea, quæ diximus, vomitoria à medicamenta, & quæ toto temperamento veneno aduersantur, conducent. Quando mutatus situs intestini à casu aut flatu ileos generat (quod sensu deprehendes) periculosus est affectus, quoniam statim solet inflammari intestinum. Hoc restituetur supino collocato homine, & digitis comprimentes intestinum. Aër etiam per folles fabrorum per anum immissus sua violentia intestinum in suum locum reponit, quod remedium etiam stile est in ileo à fæcibus indurato orto. In ileo à quacunque causa procedat, semper opus est fæces deponere ab intestino recto, ne reliquorum excrementorum euacuatio impediatur.

Si fiat à veneno, ferens indurato.

Si à mutato situ intestini.

Nota remedium.

De inflammatione Hepatis.

CAPVT. XLI.

Inflammatio hæc & causa ab aliis petenda.

INFLAMMATIO in hepate perinde fit, atque in alijs visceribus, & ab ijsdem causis. Quare quæ diximus capitibus de phrenitide, de perineumonia, & de pleuritide iterum inspice, similiter quæ à Paulo lib. 3. cap. 46. in quo multi alij iecoris affectus demonstrantur. A etius quoque de hoc morbo agit lib. decimo cap. tertio, & Galenus lib. quinto de locis affectis, cap. sexto, quo cap. omnes fermè huius affectus notas describit, dolorem scilicet dextri hypocondrij, grauitatemque peruenientem sursum ad iugulum vsque, deorsum verò ad costas spurias. Tumor in eodem dextro hypocondrio est, præsertim si gibba pars fuerit inflammata. Acuta febris adest, tussis sicca, difficultas spiritus, sitis inexhausta, cibi fastidium. Aliquando hepati inflammato singultus aduenit, vt

Nota.

docet vetuſtiſsimus Hippocrates aphoriſmo. 58 lib 5. non ſemper vt inquit in commentario Galenus, ſed quando ad maximã attollitur inflammationem. Propter neruorum communicationem ſingultus hic eſt per conſenſum vaporis acris, & etiam compreſſo ventriculi ore: errat ergo Oribaſius dicens hũc ſingultũ eſſe ex inanitione. Aphoriſmum hunc confirmat Celſus Latinus Hippocrates lib. 2. cap. 7. dicens, frequens ſingultus & præter conſuetudinẽ continuus ſecur eſſe inflammatũ ſignificat. Philoteus exponens finẽ huius aphoriſ. quod ſecure, inquit inflãmato ſit, nõ talis, ſed ſingultus, & maximẽ ſi ſimam partẽ inflãmari contingat, cũ in inflammatione caliditas ad ſe ipſam humiditates, quæ in ſtomacho ſunt, trahit, & cõſumit, & hinc ſtomachus exiccatur, & ex ſiccitate conſumitur, ad quam conuulſoriã diſpoſitionem ſingultus fit. Quo in loco Philotheus viſus eſt ſequi Oribaſium; ſed ipſis repugnat Gale. commentario quoque. 17. lib. 7. aphoriſ. dicens per conſenſum os ventriculi ab hepatis magna inflammatione laborare, atque morderi & ſingultire certum eſt. Scire quando pars ima inflammata eſt, & quando gibba, & quando muſculi Galenus apertè, & longo ſermone cap. 6. lib. 5. de locis affectis demonſtrat.

Error. Oribaſij.

Curatio inflãmationis in parte cauæ ſecoris.

Curatur ſeptem remediorum generibus: primo victu refrigerante, tenui, reddente ſanguinem ineptum motui, vt aere natura frigido, vel arte parato aquis herbis, & floribus frigidis, lacte amygdalarum cremore, hordei, ſucco malorum granatorum, cichorea, & lactuca coctis, pane bene loto, & iure pulli gallinacei, ſi fuerit imbecilla facultas; Abſtinentia vini, carnium & ouorum, & cæterarum rerum, quæ ſanguinem augent, & calfaciunt.

Reuulſio.

Secundo, auertentibus, vt ſanguinis miſsione per ſectionem ſecoratiæ dextræ extrahaturque ſanguinis quantitas, & numerus reſpondeas plenitudini, & naturæ infirmi, & magnitudini morbi. Vbi ætas & vires prohibent venæ ſectionẽ, fiat ſanguinis miſsio per cucurbitulas admo-

tas

tas natibus, aut ſcapulis cum ſcarificatione. Ligaturæ fricti-
ones, & fotus extremorum ſatis auertunt. *Repellentia*

Tertio, repellentibus frigidis, & ſtipticis, internis, & externis, mitioribus, & ſemper admixto aliquo corroborante parum calido, ne conuerſa phlegmone in ſcirrhum, aut facta obſtructione inter iecur, & uenã felliis, hydrops aut mors ſequatur; vt ſumpto hoc medicamento, aut ſimili, tertia quaque hora, quantitate duarum vnciarum; ℞. ſyrupi roſarum ex infuſione ſiccarum ʒ. iij. ſyrupi endiuiæ compoſ. ʒ. ij. aquæ endiuiæ, & cichoreæ, ana. ʒ. iiij. aquæ eupatorij, aut abſinthij ʒ. ij. miſce. Hepati ſæpe admouea tur vnguentum ſantalatum, vel cerotum ſantalatum tepidum; aut liquor hic remiſſe calidus; ℞. aquæ roſarum, & endiuiæ an. ʒ. iiij. aquæ abſinthij, & olei roſati an. ʒ. ij. aceti ſambucini ʒ. ß. miſce, & fiat epithema quod ſæpe hepati admoueatur. Hoc vnguentum repellit ſatis bene; ℞. olei roſarum ʒ. ij. olei myrtillorum ʒ. j. olei de ſpica, & de abſinthio an. ʒ. ß. ſantalorum omnium, & trochiſcorum de camphora ana. ʒ. j. ceræ quod. ſ. miſce & fiat vnguentum. *Interna.* *Externa.*

Quarto, concoquentibus materiam mixtam ex pituita, & bile, additis ſemper aſtringentibus, partem principem roborantibus, vt ℞. rhodomellis vncias iiij. ſyrupi roſarum vncias ij miſce, & ℞. decocti hordei ſine cortice, endiuiæ, & abſinthij vncias v. ſi magna fuerit copia pituitæ. ſyrupo de duabus radicibus, & rhodomelle concoquenda eſt. Si verò atra bilis mixta fuerit, ſyrupo de fumoterræ, de bugloſſa, & ſimilibus. *Præparatio humorum miſti.*

Quinto, vacuantibus materiam mixtam medicamentis habentibus mixtam facultatem purgandi bilẽ, & pituitã; vt ℞. diacatholicõ ʒ. v. agarici trochiſcati, & rhabarbari electi infuſi per noctem in aqua endiuiæ an. ʒ. j. diaprunis ſolutiui ʒ. iiij. ſyrupi endiuiæ ſimplicis ʒ. j. aquæ borraginis quod. ſ. miſce, & fiat potus; aut ℞. pilularum aggregatiuarum ʒ. j. fiant pilulæ ſemptem. Ex medicamentis, quæ *Purgatio.*

pituitam, & bilem purgant poteris componere augendo,
Obſerua. vel minuendo habita ratione humoris dominantis. Si ve-
Curatio gibbæ partis. rò atra bilis ſit mixta cum pituita, aut flauabile, quæ purgant ipſam, ſunt miſcenda: ſemper tamẽ, quæ iecur corroborant, adde, vt ſunt omnis endiuia, abſinthium & ſpica. Sed ſi materia fuerit in gibba heparis parte mouentibus vrinam vti oportet, vt ſyrupo capillorum Veneris, de liquiritia, de duabus radicibus, & decocto quatuor ſeminũ frigidorum maiorum, & radicum diureticarum in parua
Reſolutio cũ aſtrictione. quantitate, quia tam purgantia, quam vrinatoria medicamenta clementi, & benigna egent vi, & natura.

Sexto, reſoluentibus, & digerentibus reliquias materię ſenſim, & mixtis ſtipticis: vt ℞. florum camomillæ, melilo ti, anethi, althęæ an. p. j. abſinthij, m. ſ. roſarum. p. ſ. ſpicæ,
Fotus. Sacculus. Olea. ſquinanti, & maſtichis an. ʒ. iij. fiat decoctum in libris tribus aquæ ad medietatem. Quo percolato vtere ad formã foti. Ex his etiam fiat ſacculus hepati admouendus, vel oleum camomillæ, roſarum & de ſpica ſimul calida hepa ti admoueantur, vel hoc vnguentum, ℞. olei camomillæ
Vnguentũ. vncias duas, olei de lilio, de abſinthio, & nardini an vnciam ſ. pulueris ſquinanti, roſatæ nouellæ & abſinthij an. drachmam vnam, cerę quod ſufficit miſce, & fiat vnguentum quo inungatur hepar.

Alteratio interna corrigẽtia. Externa. Septimo, intemperiem calidam à ſanguine, & bile relictam corrigentibus internis, vt electuario diatrium ſantalorum, diarrhodon abbatis, conſerua roſata, ſyrupo roſarum, endiuię ſimplici & compoſito, & ſimilibus. Et exter nis dictis tertio genere remediorum. Si phlegmone ſuppuratur (quod ſcies autore Hippocrate aphoriſmo qua-
Suppuratia. drageſimo ſeptimo, libri ſecundi, ex febris, & doloris intenſione) coctio & ſuppuratio iuuari debent cataplaſmate ex decoctis ficubus, maluis, biſmalua ſemine lini, fœnugrę co, vuis paſsis, oleo amygdalarum dulcium, butyro re-
Rupto. centi, vitellis ouorum, & pauco croco. Deinde abſceſſum mox [illegible]ento rumpes, ſaltu videlicet, tuſsi, vocibus ſter

[illegible]tura

nutamento. Postea tergebis hoc, aut simili medicamento, si est in gibba parte vlcus; ℞. furfuris cicerum nigrorum, hordei, an. p. j. liquiritiæ, radicis petroselini an. ʒ. ß. fiat decoctum: de quo percolato accipe libras duas, cui adde mellis & sacchari, an. libram semis, aceti vnciam vnam, misce, & fiat admodum oxymellis. Si verò fuerit in sima, tergebis casia, manna, sero caprino, & succo rosarum in parua quantitate, & alijs aluum deijcientibus. Postremò vlcus est glutinandum bolo armeno, terra sigillata, sanguine draconis, thure, & similibus. Si hepar obduruit, emplastro de meliloto, aut filij Zachariæ molliatur, aut hoc vnguento; ℞. olei sesamini, amygdalarum dulcium, & de semine lini. an. ʒ. j. mucilaginis, fœnugræci, & de semine lini, aquæ bismaluæ extractæ, an. ʒ. iij. axungiæ gallinæ & medullæ cruris vituli an. ʒ. ij. emplastri de meliloto loco ceræ, quod sufficit misce, & fiat vnguentum; vel ℞. emplastri filij Zachariæ, & de meliloto, an. æquas partes extendantur super alutam ad formam mediæ lunæ, & hepati admoueatur.

Tertio in parte gibba.

In parte sima. Glutinatio.

Vnguentū ad duritiē

De imflammatione Iecoris.

CAPVT. XLI.

Scholium.

INFLAMMATIONE in hepate. *iecoris inflammationem intelligimus tumorem præter naturam, siue fiat à sanguine, siue à bile, siue à melancholia, nam à pituita non potest fieri, vt docet Galenus lib. 4. de præs. expul. cap. 3. eo quod hæc à iecore concoquitur, & cō-*

Per Perinflammationem iecoris ꝯ intelligimus

pactam

pactam habet vitus substantiam. Qua ratione fiat inflammatio, ex libro de intemperie cap. 3. & ex 2. de diffe. feb. cap. de fluxione intelliges. In huius visceris inflammatione primo distingue, an sit in parte gibba, an in cava, hoc enim maxime conducit ad curationem. Hæ variæ hepatis partes inflammatæ aliquid habent cõmune, & aliquid proprium, cõmune habent grauitatem in iugulo inducere, ipsum enim deorsum ferunt, quasi præfocant: quod ex Galeno 2. de loc. affec. cap. 7. ob venæ cauæ tensionem, magis, quam ob membranas contingit. Vbi si dictionem illam magis, consideremus, intellectum simul habebimus Galeni non negare ob membranas etiam fieri. Secundo habent commune pulsum durũ, qui propius est inflammationum, à quibus solent arteriæ distendi: communis etiam ipsis est febris acuta, lingua nigredo, & sitis, sicut & ichores semper ex ipsis resultare. Oportet etiam in his inflammationibus propter victum distinguere tempora fluxionis à temporibus concoctionis. Propium, quod habet inflammatio gibbæ partis, est tussicula sicca ob septi compressionem orta si etiam comprimimus secoris regionem, dolorem exstatum sentiemus. Distingues autem an inflammatio sit in musculis, necne, ex figura partis. Si inflammatio cauam occupet arteriam, dolor ad intestina verget, ventriculus vomitu bilioso, & multis ichoribus referto tentabitur, dejectiones erunt crudæ & singultus aliquando apparebit, quod malum signum est ex Hippocrate, quia inflammationis magnitudinem sequitur.

Locus inflãmationis consistit in parte.

Quid habeant cõmune variæ hepatis partes inflammatæ

Quid proprium.

Victus. Curatur septem remediorum generibus. Victus in hoc affectu debet esse tenuis, & abstergens, ex cichorea, asparragis, ptisana eremore, & oxymelite, omittentes mulsam, quæ detenta bilescit. Tum alimenta adstringentia pirum, malum cydonium, & malum punicum, cum in cava parte mutentur in sanguinem in inflammatione gibbæ partis concedantur: quæ in simæ partis inflammatione læduntur constringendo meatus.

Secundo

Secundo auertentibus . *Sanguinis missio non est excercenda propter plenitudinem , vt auctor voluit, quia bene potest esse secur inflammatum non existente in corpore plenitudine . Cum ergo in inflammatione sit aliquid fiens , & aliquid factum , sanguinem mittimus , vt reuellamus humorem fluentem ad locum affectum , & euacuemus contentum in ipso.* *Sanguinis missio.* *Error auctoris.*

Et quamuis vtraque basilica secari possit , si solam venarum rectitudinem consideremus : consulo tamen semper secare basilicam dextram , quia haec praeter dictam rectitudinem , alteram habet , quae natura dicitur. *Quae vena secanda.*

Tertio repellentibus frigidis . *Si inflammatio sit in parte gibba iecoris , repellentibus in parte exteriori vtemur , dummodo non sint actu frigida , ne laedant iecur : vtemur ergo absinthio cum oleo rosaceo , aut cum aceto . Si inflammatio sit in cauaparte , ab his repellentibus abstinendum erit, quia eorum vis eo non penetrat: & apparente concoctione (quod in incremento contingit) per alium oportebit purgare ichores resudantes ex inflammatione , vt mercuriali, in declinatione vero diacatholicone , & electuario de succo rosarum . In inflammatione vero gibbae partis in incremento per primum benigna purgantia vtilia sunt , eupatorium scilicet, ortica, & fœniculum. In declinatione vero vehementissima, inter quae est assarum.* *Repellentia.* *Purgatio.*

Quarto concoquentibus . *Hoc loco errat crassissime auctor purgans in inflammatione iecoris bilem , & pituitam in discriminatim , quasi inflammatio semper ab his humoribus fiat . Qua autem ratione sit purgandum , paulo superius explicaui , non enim humorem à toto corpore educere intendimus in hoc affectu , sed ichores ex inflammatione resudantes in cauitates venarum iecoris.* *Error auctoris.*

De

De obſtructione hepatis.

CAPVT. XLII.

Quæ partes laborẽt

IECORIS venæ tam ſimæ partis, quam gibbæ obſtructionem patiuntur: tametſi priores frequenter: quod anſam (vt reor) Aetio dedit illas tantum memorandi: reuera tamen vtræque in id vitium incidunt, vt obſtruantur. Fit autem vt prioribus id magis contingat, quòd alimentum ad cauam iecoris partem craſſum adhuc, atque illaboratum perueniat: quam iniuriam gibba non ſentit: & ſi aliquando ſentiat obturatur ſimiliter: nec ob hanc ſolum cauſam, ſed propter alias quoque, quas tã gibba, quam cana iecoris pars habent communes. Hæ ſunt procatarcticæ nonnunquam; vt ictus, caſus, aut duræ alicuius rei ad dextrum hypocondrium colliſio. Præterea cinguli, aut alterius cuiuſpiam rei arcta conſtrictio, frigus exterius, & quicquid ſuo compreſſu hepatis venas potuit arctare, ita vt quaſi conniueant, aut ſaltem doloris ſenſu per compreſsionem excitato eam ſanguinis molem attrahant, qua venę vltra modum repletæ in obſtructionem incidant. Sæpè verò internæ: quas Galenus lib de locis affectis quinto cap ſexto, binario numero conprehendit. Obſtructiones, inquiens, iecinoris fierivel propter craſſos, & viſcidos humores, qui à craſſo, & pituitoſo alimento generantur; vel à flatuloſo ſpiritu, cui exitus non patet. Cauſæ procatarcticæ ab ægrotante ſunt petendæ. Internæ ſic deprehendntur; ſi à craſsis, & viſcidis humoribus obſtructio fiat grauitas in hypocondrio dextro ſentitur; ſi à flatuloſo ſpiritu præter grauitatem, tenſionis quoque ſenſus adeſt: obſtructos pallor totius corporis ſequitur tuſsis, & diffi-

Cauſæ externæ.

Internæ.

Notæ.

difficultas anhelitus, maximè si exercuerint seipsos, vel in altiorem locum ascendere tentauerint: trahitur enim ad inferiora propter hepatis grauitatem septum trâsuersum. Vnde difficulter anhelant. Porrò cùm multa sint signa tam obstructioni hepatis, quam inflammationi communia, febris inter alia solius inflammationis proprium signum est. *Curatio.*

Hepatis obstructio, quæ fit à frigidis, & crasis humoribus, curatur quinque remediorum generibus: primo, victu tenuante, calido, & aperiente, non immodico, præsertim ante purgationem, cum in quarto genere valentioribus sit vtendum: vt asparagis, iure cicerum nigrorum, radicum petroselini, foliorum raphani, senationum, vel nasturtij aquatici, Hyspanis berros, de quo Dioscorides libro quarto, capite. 82 & similium cum carne, & sine carne. Potus sit vinum album, aqua dilutum, vel decoctum, capilli Veneris, aut ceterae. Vitanda sunt omnia alimenta crasioris succi, balanea, coitus, & exercitationes à cibo. *Victus.* *Vitanda.* *Pr. para-tio celerri-ma.*

Secundo celerrime (quia inueterata obstructio non solum in iocinore; sed in omni corporis parte putrefactionem parit, febrimque accendit) attenuantibus, & incidentibus materia concoquatur, vt ℞. rhodomellis ʒ.vj. oxymellis simplicis, & syrupi de absinthio an. ʒ.ij. Item ℞. decocti, aut aquarum capillorum Veneris fœniculi, & absinthij an ʒ.v; misce, parato humore pituitoso his vel alijs similibus medicamentis.

Tertio, vacuantibus materiam crassam: vt ℞. diacatholicon ʒ.ß. diaphenicon, & electuarij indi maioris an. ʒ ij. ß. rhodomellis ʒ.j aquæ fœniculi quod ſ. misce, & fiat potus; vel ℞. pilularum de agarico ʒ. j. fiant pilulæ septem. Vacuata pituita, hoc, aut alio medicamento phlegmagogo. De quibus cap. 1. Aliqui laudant sectionem basilicę dex tręve vt per eam partem humores moti facilius educantur, & viæ melius aperiantur, obstructioque benè curetur. *Vacuatio.* *Sectio ve-na cõferens ægretus sit sanguine.*

Hoc

Hoc non damno, ſed aliquando laudo, præſertim ſi æger ſit ſanguineus.

Obſtructio nem curãdi.

Quarto, curantibus obſtructionem hanc internis & externis, vt iecore lupi, fumo terræ, abſinthio, eupatorio, noſtris agrimonia, camomilla, aſaro, radice acori, quinq; radicibus diureticis, cañalegnea, ſpica, capparibus, amygdaliis amaris lupinis. Ex his ſimplicibus & alijs ſimilibus fieri ſolent multa compoſita. Inter quæ leuant ab hac obſtructione præclarè citra omnem moleſtiã ſyr. de byzantijs, de endiuia cõp. de duabus radicibus, & de quinque radicibus oxymel. cõp. diacurcuma, dialaca, trochiſcus de eupatorio, de rhabarbaro, de abſinthio. His ergo multis diebus ſumptis curatur obſtructio iecoris præſertim partis gibbę medicamento vel ſimili: ℞. diacurcumæ, & dialaccæ an. ℥ j. trochiſcorum de rhabarbaro & de abſinthio an. ℥ ß. puluer. diarhodon abbatis ʒ ij. hepatis lupi præp. ℥ iij. quatuor ſeminum frig. maiorũ mundatorum, an. ʒ ß. ſyr. de ſcolopendria q. ſ. miſce, & fiat confectio. Doſis quoli-

Confectio.

bet die cochlearium vnũ cum vncijs duabus aquæ capillorum Ve. Curat hanc obſtructionem ex multorum experientia ſyrupus hic: ℞. ceterac, capilli Veneris, lapathij, ienriſci, & rutæ an m. ß. quinque radicum diureticarum, radicis acori, gladioli, an. ℥ j. quatuor ſeminum frigidorum maiorum ℥ ij. ſeminis apij, fœniculi, petroſelini Macedonici, an. ʒ ij. camædreos, camæpyteos, vallerianæ, an. m. j. hordei mundi p. j. infundantur radices & ſemina per noctem in aceto, & poſtea fiat decoctum in vino albo, & aqua ſufficiẽti, cui percolato adde mellis q. ſ. m. & fiat ſyr. Doſis quolibet die vnciæ tres. Bis in die poſt duas primas cõcoctiones vngatur hoc vnguẽto ℞. ſuccorũ apij petroſelini, fœniculi, ſanationũ, endiuiæ & cichoreę an. ℥ j. acet. ℥ ß. olei ℥ ij. bulliãt omnia ad conſumptionem vſque ſuccorũ & acet: deinde adde ſantalorum omniũ & ſpicę, an. drachmam ſemis, ceræ q. ſ. miſce, & fiat vnguentum.

Syrupus laudatiſſimus.

Topica.

Corroborantia.

Quinto, corroborantibus iecur: vt theriaca magna, mithrida

mithridato, & trochiſcis de rhabarbaro, pulnere diarhodon Abbatis. Drachma vna alicuius medicamenti ex his cum aqua abſinthij, & endiuiæ multis diebus ſumpta corroborat iecur. Hepar lupi, auellanæ, paſſulæ, & cichorea, & endiuia corroborant iecur. Hæc confectio eſt optima in hepate corroborando; ℞. trochiſcorum de eupatorio ʒ.j. trochiſcorũ de ſpodio cum ſemine acetoſæ ʒ.ß. ſeminis endiuiæ, caſiæ lignææ, ſpicæ cinamomi, ameos, hepatis lupi, an. ℈.j. ſeminis lentiſci ℈. iiij. rhabarbari electi puluerizati ℈.ij.ß. ſaccharj lib.ß. miſce, & fiat confectio. Doſis drachmæ duæ cum aqua abſinthij, & endiuiæ. Et hoc vnguentum eſt maximo auxilio; ℞. ceroti ſantalati ʒ.j. olei de ſpica ʒ.ß. pulueris abſinthij, & roſarum, an. ʒ.j. miſce.

Confectio optima.

Vnguentũ vtilißimũ.

De obſtructione hepatis.

CAPVT. XLII.

Scholium.

Cur in tecore ſequẽtur fiat obſtructio.

TECORIS venæ tam ſimæ partis. *Iecur pars eſt inſtrumentaria exercens propiã actionẽ, nẽpe ſãguificationẽ ex chylo, tãquã ex materia. Chylus autẽ nõ cõtinetur in aliqua n. ſigni caualitate, quoriã ea deſtitutus iecur ſed in venis multis, a quibus tanquã ex radicibꝰ oriũ habẽt vena porta. Orificia harũ venarũ in iecoris extremitate adhærẽt orificijs venarũ gibbæ partis iecoris, & ſanguis in cauã partis venis generatus, & ab excrementis repurgatus, ad gibbam aſcendat partem, & inde ad venam cauam. Cum ergo anfractuoſa illa venarum anguſta ſint, non eſt mirum ſi inter omnes corporis partes iecur magis*

Quis affectus sit.

magis sit obstructionibus oportunum. Obstructio iecoris morbus est in vna, habens vnicam tantum causam, nempe humorem crassum fluentem, vt constat ex. 8. de comp. secundum locos cap. 6. & lib. 5. de locis affectis capite. 6.

Error Altomarij auctoris, & aliorum.

Vnde mirandum est de his, qui practicas ediderunt, alteram causam iecoris obstructionis ad flatum referentibus, & quod magis est, Altomarius id probat ex Galeno supradicto loco, cum nec id somniauerit, & repugnet rei naturæ. Quod autem hæc non sit sententia Galeni, manifeste patebit eum locum legenti, in quo postquam scripsit iecur pati morbos in intemperie nuda, & cũ fluxione, vt in arysipelate, scbirro & flatuosa distentione, pati etiam obstructionem ácraſis humoribus addit. Signum obstructionis est grauitas in dextro hypocondrio, quòd si in eo præter grauitatem sit tensio, vna cum humore erit ibi inclusus flatulentus spiritus. Hæc Galenus. Ex quo loco, si animum aduertis, nunquam colliges ipsum existimare spiritus esse causam obstructionis: sed si cum obstructione sit flatulentus spiritus tensionem sentiri. Dices, cur in obstructione iecoris non est semper febris contuncta, cum obstructio sit causa putredinis? Respõdeo in iecore esse multas venas, & ideo humores differri, quod si aliqua est putredo exigua tamen, ita, vt vapores ex ea eleuati non sufficiant ad generationem febris. Curationem huius affectus lege apud auctorem, solum animaduertas velim, ictum, casum, duræ alicuius rei ad dextrum hypocondrij collisionem, & cinguli constrictionem, quæ inter causas externas connumerantur ab auctore, non esse causas: quia ictus, casus, & constrictio, si violenter fiant, & constringãt iecur sanguinem exprimunt, non autem obstruunt, cum non habeant vim generandi crassos humores, sicut nec singulum. Præterea iecur Lupinum permiscet in compositionibus de obstruentibus iecur, existimans toto temperamento operari: Quod non probatur à Galeno lib. 11. simpl. cap. de iecore lupino. Fortasse adductus fuit ex eodem Galeno

Obiectio.

Curatio.

Auctor reprehenditur

De iecore lupino aduerte.

Galeno qui lib 8. de compo ſecũ locos cap. 7. recurſuprimum toto temperamento hepatis conuenire ſcribit, non animad vertens Galeni meo omine, propere medicamenta toto temperamento hepatis iuuãtia ſed poſtquam ſcripſit multa medicamenta ex aſclepiade ad hepatis eos addit ipſum ſcripſiſſe pharmacum ex cochleis tritis cum ſorbo, quod toto temperamento iuuat ſcutica & lactucam hepar non vna aut altera qualitate. Vbi Galenus hac toto tempe amento iuuare ſcribit, quia ſunt alimenta, qua ea concoctione paulo ſubra vnas paſſas diſcedere ſecundum totam ſubſtantiam familiare eſſe docuit.

De Ictero.

CAPVT. XLIII.

Qui id ſit.

QVOTIESCVNQVE vniuerſi corporis color propter bilis aut flammæ aut porraceę aut nigræ effuſionem immutatur, malum fit, quod Græci icterum appellant, Latini regium, & arquatum, & auriginem ab iis quę tum in morbo, tum in eius curatione accidunt, appellatione ſumpta. Quod longum eſſet referre. Porrò errant, qui cunque vitio tantum hepatis hanc affectionem putãt prouenire: ſæpe enim nihil patiẽte iocinore, ſanguinem primaria affectione icterus oboritur, nonnunquã ex iudicio naturę, quoties in febribus bilis vniuerſa ad cutem defertur. Qui ſi ante ſeptimũ appareat, malum eſt ſignum iuxta aphoriſ. 62. ſectionis 6. Si verò poſt ſeptimum, rõ perpetuò bonum, præſertim ſi dextrum hypocondrium obdureſcit, vt ex aphoriſmo. 64. ſectionis 4. colligitur. Interdũ ex venenatorum animalium morſu, vt imperatoris cuiuſdam ſeruio contigit, cui ex viperę ictu, quarum viperarum venatio ipſi commiſſa erat, ictericus eſt effectus nimirũ colore

Error quo nunc.

Cauſa ma terna.

totius corporis pallinam, aut ſi magis porraceam bilem referente: vt fuſius Galenus ait, 5. de locis affectis capite 7. ſæpe tamen hepatis occaſione fit, vel quia inflammatum ſit aut intemperie calida laboret, aut obſtructione. Accidit quandoque ob imbecillitatē (vt ait Aetius) veſicæ bilē excipientis, quæ bilioſum humorem, velut conſuetum, in ſeſe ex hepate non attrahit, ideoque impurū ſanguinē relinquit. Fieri etiam poteſt, vt ipſa nimiū repleatur & propter repletionem multam non euacuetur. Magna tamen ex parte contingit hic morbus ex obturatione aut debilitatione venarum, quarum ora ex ipſa ad hepar feruntur, aut illius meatus, qui bilem ad inteſtina effundit. Sed neq; illud tacendum erit, quod lien quoque icterica affectionē parit, illam inquam, inqua tota cutis nigro colore inficitur, & accidit: aut quia ab ipſo liene hepar nō bene purgatur, aut ſeipſum purgare per ſolitos canales non poteſt: vtrūque verò, vel propter imbecillitatē aliquā, aut obſtructionē fit. Præter iā dictas cauſas a procatarcticis quoque generatur, vt ab immoderata exercitatione, rerū calidarū vſu, & aëris ambientis calida intemperie. Vnde in Sardinia ex aëris corruptione ſcribunt quidam ineunte æſtate, aut in autumno in hanc affectionem incidere inde genas ferè omnes exceptis iis, qui propter roborem temperamenti, aut alia de cauſa reſiſtere malo poſſunt. Cæterum ſi à cauſis procatarcticis icterus contingat, aut ex venenatæ feræ morſu interrogare ægrum tantum conuenit, aut aëris naturam conſiderare. Aliarum cauſarum ſigna nūc docuimus. Si igitur ex indicio naturæ rectus ſit arquatus morbus, tam vrina, quā alui excrementa à naturali modo non recedūt, ſi ab inflammatione hepatis, febris adeſt, & dextri hypochondrij grauitas, & deiectiones ſunt bilioſæ. Si ab intemperie, citra grauitatem furor ineſt. Si ab obſtructione, citra grauitatem vna cum grauitatis alicuius ſenſu circa dextr hypocondriū alui excrementa alba deijciuntur. Si ab imbecillitate facultatis, vel attractricis quę bilē ab hepate trahit

Fieri nigri cauſa.

Externa.

Nota.

trahit: vel expultricis, quę ipſam ad inteſtina expellit citra grauitatē, & ſtercora alba ſunt, & vrina biliioſiſsima. Denique ſi à vitio ſplenis contingat, quod genus icteri atrum appellant, fit enim ab atra bile vna cum ſanguine ad cutem delata, grauius multo afficiuntur, conſequitur enim eos (vt inquit Aetius libro decimo, capite decimo ſeptimo, cuius placet verba referre) triſtitia præter rationem, & mordacitas eorum, quæ circa ventrem ſunt difficultas quę ſpirandi. Cibos auerſantur & nigrum totum excernunt. Aliquando autem & per interualla quædam corpora ipſorum tepeſcunt, ſtercora verò chalcanti colorem referunt, & aliquis magis his exiccatur. Cæterum eos, qui ex pallida bile arquatum contrahunt nulla mordacitas eorum, quæ circa ventrem ſunt, conſequitur: neque etiam tantum auerſantur cibos, ſed obtuſior aliquando fit in ijs ciborum apetitus. Et ſtercora quidem alba egeruntur: vrinę autem crocei coloris, turbatę tamē, & tenebras referentes permanent.

Signa communia.

Signa præterea omnibus icteritis communia ſic Aetius ſcribit. Communiter autem omnibus ictericis pigritia ad motum corporis accidit, & à dulcibus cibis ſunt animo alieno: amaros verò non admodum auerſantur. Et varijs imaginationibus vexantur. Pruritus etiam vniuerſi corporis comitatur, & difficulter exudant: porro alba oculorum, & partes faciei temporibus propinquæ, itēque malę pallorem oſtendunt. Venæ etiam ſub lingua repletæ reperiuntur, & abundantem humorem ſignificant.

Curatio icteritici.

Curatur icterus criticus quatuor generibus axiliorum: quamuis ſi perfecta fuerit criſis permutationis, nihilque bilis interius remaneat ſola cutis infectio, & intēperies eget curatiōe. Si aliquid intus ſit, & hepatis & venarū intēperies calida fuerit, primo, curatur victu refrigerāte, & humectāte; vt cremore hordei, endiuia, cichorea, lactuca, & ſimilibus. Et aqua hordei, aut vino albo bene aqua diluto.

Præparatio.

Secundo, apparantibus bilem: vt ſyrupis endiuiæ ſimp.

& compos. granatorum, violarum, nenupharis, acetositatis limonum, & citri, cum duplo aquarum; vel decocti cichoreæ, endiviæ, lactucæ, portulacæ.

Vacuatio. Tertio, vacuantibus bilem; vt casia fistula, mana, tamarindis, rhabarbaro, & alijs cholagogis; vt ℞. medullæ casiæ fistulæ recens extractæ, & medullæ tamarindorum an. ℥.ß. infusionis rhabarbari in aqua endiviæ per noctem factæ ℥.iiij. cum granis iiij squinanti, diaprunis solutiui ʒ. iij. syrupi violarum ℥.ß. aquæ borraginis q.s misce, & fiat potus, vel, si malit pilulas; ℞. pilularum de rhabarbaro ʒ.ß. fiant cum aqua endiviæ septem pilulæ. Si toti corpori est communis intemperies, aut æger iuuenis, & carnosus venæ iecoriariæ dextræ sectio est necessaria, extrahaturque sanguinis copia respondens naturæ ægri & morbi.

De sectione venæ.

Alteratio. Quarto, tollentibus intemperiem calidam hepatis internis, & externis medicamentis, dictis tertio, & septimo genere remediorum, capite. 41. de curatione inflammationis hepatis.

Curatio icteri ab obstructione crassi humoris. Si verò icterus est ab obstructione per crassam bilem, aut pituitam quatuor, remediorum generibus curatur primo victu tenuante, aperiente, & calfaciente: minus si a bile est, quam à pituita, vt alimentis, & alijs iam dictis capite precedenti de hepatis obstructione.

Præparatio. Secundo, apparantibus materiam, vt syrupis, & aquis incidentibus, tenuantibus, & aperientibus, primo mitioribus, vt dictum est cap. præcedenti secundo auxiliorum genere.

Vacuatio. Tertio, vacuantibus bilem crassam, & pituitam ei admixtam; vt medicamentis dictis capite precedenti, tertio auxilorum genere. Vena secatur quoque basilica, vel salua tella media inter annularem, & minimum dextræ manus digitum, si fuerit iuuenis, aut bilis, vel pituita sanguini mixta per eam humores hepati fixi agitantur, faciliusque obediunt medicamentis leuantibus obstructionem.

Sectio venæ.

Aperientia Quarto, apperientibus meatus vt medicamentis dictis secundo, & quarto genere remediorum capitis præcedentis.

tis. 42. Vnciæ quatuor aquæ, vel decocti foliorum raphani, aut eupatorij, aut prasij, aut matris syluæ matutinis quinque, vel septem sumptæ sanant icterum. Drachma vna pulueris lumbricorum terrestrium tribus matutinis sumpta, vel pluribus, cum vino albo, & saccharo saporis boni gratia sanat icterum, vel fiant pilulæ auro intectæ ex eodem puluere lumbricorum cum syrupo de byzantijs. Idem præstat stercus canis ossibus tantum nutriti, ferum capræ nutritæ herbis aperientibus, vt fœniculo, apio, petroselino, senationibus, & similibus factum cum semine carthami, quantitas carthami vncia semis ad libras tres lactis. Sanant quoque icterum aperientia hæc, dialacca scilicet diaturcuma à drachmis duabus ad quatuor & trochisci de rhabarbaro, de eupatorio, & de absinthio ad drachmam vnam, cum aquis prædictis aperientibus, sæpe mutata remedij forma, & specie, vt in asthmate, & cæteris affectibus diuturnis; ne natura vni assuescat. Decoctum caprifolij, scolopendriæ, hepaticæ, capill. Veneris & quatuor seminum frigidorum maiorum septem matutinis sumptum curat icterum, præsertim si postea sumatur hic potus tribus matutinis; R. seri caprini libram vnam rhabarbari electi drachmas duas, pulpæ coloquintidæ, spicæ nardi ana drachmam vnam, sacchari rosati, & violati an drachmam semis misce, & fiat potus. Quidã tempore Arnaldi de Vilanoua multos laborantes ictero sanauit hoc medicamẽto vacuatione per sudorem & vrinam; R. stercoris asini recentis pugillum semis, vini albi odoriferi vncias quatuor, misce. Color flauus cutis, & oculorum tollitur mouentibus vrinam prædictis medicamentis aperientibus, & balneo ex decocto camomillæ, melilloti, althææ, & similium fiant sulphureo aëre calido, & aliis omnibus aperientibus poros. Conferunt oculis sternutamenta, fotus camomillæ & parum croci in aceto, quæ mutis antequam appareat icterus oculis aqua rosacea sit admouenda, vt in variolis, & morbillis fieri solet. Si alia

Simplicia.

Cõpositæ.

Historia.

Color flauus cutis quẽ tollatur.

Aqua rosacea oculis admouenda.

remedia, & omnia ferme scripta à grauissimis doctoribus scire cupis, lege caput quintum, sermonis quinti, tractatus sexti Nicolai Florentini. Si icterus niger est, vt præcedens curatur, sed remedijs valentioribus, & melancholiæ debitis de quibus in affectibus lienis dicemus cap. scilicet quadragesimo quinto.

Icteri nigri curatio

De Ictero

CAPVT. XLIII.

Scholium.

Icteros qd

VOTIESCVNQVE vniuersi corporis. *Morbus regius (qui plura habet nomina, et vulgo dicitur aluacra) nil aliud est, quam effusio bilioſi humoris per vniuersam corp⁹. Vbi per bilem non solum flauam intelligas, sed eam, quæ præter naturam est: ex morsu enim animalis solet fieri icteros, bile porracea per corpus effusa sicut in studijs morborum bile Sitellina. Morbus regius, icteros à Græcis dictus, symptoma est in affectu corporis, est enim color vitiatus, sequens alterum symptoma, nempe vitium excrementi: quod etiam ex altero symptomate depenᵈet, nempe ex actione læsa quæ male separat, aut non separat bilem: vel ex actione corporis depraua, cum in toto eo multa bilis generatur. Aliquando tamen icteros non sequitur morbum sed natura robur, quando in crisibus apparet. Morbus, ad quem hæc actio læsa sequitur, varius est, nam aliquando est instrumentarius, aliquando similaris. Hos intelligemus si varias icteri causas, Ex Galeni lib. 5. de affect. cap. 7. in hunc locum transferamus. Prima est natu-*

Quis affectus sit.

Morbus.

Varia icteri causa.

natura, quæ in crisi ad cutem, humorem peccantem expellit. Secunda sanguis ita corruptus, vt materiam bilem porraceam: quod contingere solet ex veneno in corpore genito, aut externo illato, vt imperatoris servo ex vipera morsu accidisse scribit Galenus. Tertia intemperies calida secoris multam bilem generans, quæ tota, cum non possit expurgari à vesica bilis vna cum sanguine ad partes delata eas colorat. Quarta est intemperies calida totius corporis bilem ex tenui parte generans. Quinta obstructio secoris in meatu, qui ex secore defert bilem ad vesicam, aut illius qui ex vesica eam ad duodenum intestinum expurgat. Sexta inflammatio secoris. Septima scirrus secoris: quæ duæ causa medendi obstructione impediunt, quo minus vesica bilis attrahat bilem. Sunt autem hæ causæ distinctæ ab obstructione, quia sine his obstructio sola potest morbum regium efficere. Octava imbecillitas vesicæ bilis orta ex aliqua forti intemperie, ob quam non recte attrahit bilem. Vltima vero causa est immodica quantitas bilis in vesica concreuata impediens quo minus à magna distentione vesica impedita possit contrahi: quod in vesica lotij lib. 3. de causis symptomatum aliquando accidere scribit Galenus. Ex his facile intelliges hoc symptoma ictheros apellatum sequi varios morbos, Quorum vnus est intemperies manifesta, à qua ictheros ex imbecillitate vesicæ, aut secoris & totius corporis calore contingit. Alter est intemperies occulta, à qua ictheros ex veneno fit. Tertius est morbus in via, qui ictherum ex obstructione, inflammatione, & scirro generat. Inter hos morbos obstructio, inflammatio & scirrus mali sunt, non tam intemperies: ac proinde cum ante septimum diem in febribus ictheros appareat. 4. aphor. 5. comment. 62. malum significat, hoc est aliquam ex illis tribus affectibus. Quod sit post septimum diem ex aliquo prædictorum affectuum apparens, etiam malum est.

Si vero ſine affectu aliquo in febribus poſt ſeptimum die
Curatio. *in die decretorio eueniat, bonum eſt, ex. 4. apho. ſeq. 64.*
Si crisis fiat morbus regius, tunc ſolum euacuare oportet
bilem, quæ eſt in habitu corporis, & intemperiem ca-
lidam (ſi morboſus non ſit) in ipſo corrigere, quod bal-
neo commode præſtabis. Si venenum cauſa ſit, alexi-
pharmacum exhibebis illi veneno contrarium. In ictero
ab intemperie calida, aut obſtructione orto ſanguinem
mittes, nam reuelles, & una cum ſanguine prauo par-
tem humoris euacuabis, & deinde efficies ea, quæ au-
ctor docet. Si ictero ab inflammatione ortum habeat,
lege caput de ieteris inflammatione. Si ab ſchirro e-
ueniat (quem tactu cognoſces) ſanguinem mittes, &
ſanguinem educas prauum, ueteris ſyrupis inſcinden-
tibus, & emollientibus iniectionibus, memens ſem-
per ea, quæ robur ſeruent uiſceris: quod perpetuo fa-
ciendum eſt in affectibus partium quæ actionem habent
toti corpori neceſſariam, quales ſunt iecur, ventricu-
lus, & lien.

De Hydrope.

CAPVT. XLIIII.

Quid hydrops.

HYDROPS omnis uitiato hepate, & infrigida intemperiem perducto oritur. Neq; enim quod dictum de ictero dictum eſt: nempe non ſemper uitiato hepate fieri, id quoque de hydrope dici poterit. Quicunq; enim hydrops hepatis uitium cauſam habet, ſiue illud per primariam affectionem, ſiue per conſenſum aliarum partium naſcatur. Negari enim non poteſt aliarum quoque partium occaſione, cum ſcilicet uehementer fuerint debilitatæ hydropem oriri: non tamen ob id fateri cogimur iuitato hepate tale quippiam contigiſſe, cum eam affe-

affectionem, nisi ipsum in sui consensum illæ vocassent, nunquam potuissent indicere. Sunt autem in vniuersum hydropis, seu aquæ inter cutem tres species, quarum primam Græci Ascitem, secundam Tympanitem, tertiam Anasarcam, hyposarcam, & leucophlegmatiam appellant. Ascites, quam barbari corrupto vocabulo asciten nominant, fit ab humore aquoso cum per exiguo spiritu inter peritonæum, & partes sibi subiectas coacernato, sic dicitur Græcis, quod vtrem aqua plenum ea pellicula referre videatur, ascos enim latinè vtrem sonat. Tympanites accidit quoties in prædictis locis multus spiritus flatulentus modico humori commixtus inclu situr. Si affectus venter tympani instar sonitum, si percutiatur, edit, vnde malo nomen inditum est. Hyposarca contingit, cum vniuersa corporis moles præ nimia est, & spongiæ instar laxa, & made facta propter frigidum & pituitosum sanguinem per vniuersum quidem corpus diffusum, non tamen vnitum. Omnis hydrops, vt supra dictum est, vitio contingit hepatis, aut per primariam affectionem, aut per societatem affecti: per primariam quidem affectionem vel quia inflammatione, schirrho, aut obstructione laboret, quando per has, aut similes affectiones impense refrigeratur: per societatem autem aliarum partium, vt lienis, ventriculi, intestinorum maximè gracilium, pulmonis, renum, & septi transuersi. Ex immodica præterea hæmorrhoidum euacuatione, aut menstruorum, & eorundem retentione, & ex quocunque alio vteri affectu, si magnus fuerit hydrops contingit. In omnibus enim his affectionibus ex iocinoris frigiditate hydrops nascitur nō secus, ac solet oriri, quoties ob intempestiuam refrigerationem iecur valde refrigeratur. tunc enim antequam in tumorem scirrhosum atrophiatur, aqua intercutem sequitur: magna tamen ex parte euenit ijs, qui cibū non sentiunt, & malo corporis habitu præditi sunt, & ictero infestantur, aut dysenteria, aut cœlica affectione. Generaliter omnibus hydropicis spirandi difficultas adest, & tumor,

Species hydropis.

Ascites.

Tympanites.

Anasarca

tumor, & grauitas, & vitiatus color ex virore, vt inquit Aetius, albicantibus ægris. Fatui fiunt ad hoc cibum, qui sic affecti sunt. potu autem impleri quam maxime appetunt, præsertim qui ex ascite laborant. Humor enim, qui intra peritonæum includitur cum & salsus sit, & putris inextinctam sitim excitat, quam febris, vt plurimum, sequitur, tradit is generibus his notis distinguere in vicem hydropis species conuenit. Anasarca ab ascite, & tympanite in hoc differt, quod in anasarca tam supernæ, quam infernæ omnes partes tumidæ apparent. Et si digito comprimantur, cauæ remanent, in tympanite vero, & ascite superiora omnia gracilia sunt, inferiora autem inflata, & vmbilicus eminens. Ascites à tympanite in hoc distinguitur: quod in ascite venter agitatus non alium reddit sonum, quã solet vter, vbi aqua semiplenus agitatur, in tympanite vero, qualem supra diximus.

Cõmunia signa.

Differẽtia

Anasarca curatur quatuor remediorum generibus primo, victu calido, & sicco: vt aëre æstiuo natura, vel arte parato, fuga frigidi, & humidi, qualis est pluuialis, & nebulosus. Parco cibo, & raro, facili concocta ob facultatis naturalis imbecillitatem. & tenui potius quam crasso, vt pane bis cocto, carnibus animantium montanarum, & herbis diureticis: vt fœniculo, asparagis, & senationibus, cinamomo, zingibere, gariophyllis, pipere, anisso, vino albo, & pauco. Si vires valent, exercitatio, quæ sudorem excitet, est salubberrima. Quare semper tergendum aut vice eius frictio multa, mollis, & mediocris, vigiliæ, & affectus animi excitantes vtiles sunt, nisi deficiant vires.

Curatio anasarcæ.

Præparatio.

Secundo, apparantibus pituitam per totum corpus spargentes vt rhodomelle simplex syrupo de hyssopo, de duobus radicibus, oxymelle compositio. & syrupo de quinque radicibus cum aquis aut decocto herbarum calidarum, & quæ pituitam parant.

Vacuatio.

Tertio, vacuantibus pituitam per medicamenta phlegmagoga aliquando tamen vtilis est sanguinis missio, si ex

mensi

menſibus, aut hæmorrhoidibus ſuppreſsis fiat, & nunquam alias, niſi ſi ager eſſet maxime ſanguineus, & iuuenis, ſanguisque pituitæ eſſet permixtus, ſed ſemper parce extrahatur ſanguis, ne iecur imbecillius reddatur, à cuius imbecillitate fit, in primis duobus affectibus venæ tibiarum, aut pedum ſunt ſecandæ, in tertio vena hepatis: ſed in hoc affectu caute ſanguis eſt mittendus. Sint medicamenta purgantia in hac, & omni ſpecie hydropis, bilis magna, & quæ hepar non ledant: vt agaricus, hiera ſimp. diaphœnicon; vt ℞. diaphœnicon ʒ. iij agarici trochiſcati ʒ. j. ℈. rhodomelitis ʒ j. aquæ fœniculi quod ſ. miſce, & fiat potus; vel ℞ pilularum de hiera ſimplici ϑ. ij. agarici trochiſcati ϑ. j. fiant cum aqua abſinthij pilulæ ſeptem; vel ℞. Hieræ ſimplicis ʒ j frequens vſus & longus hieræ ſimplicis eſt vtilis & neceſſarius huic, & omni ſpeciei hydropis. Vacuatur quoque materia hæc diureticis: vt ſyrupo de duabus radicibus, de quinque radicibus, aqua vel decocto quinque radicum diureticarum, vel praſij. Cantharides à quibuſdam laudatur in hac & aſcite, ſed vitandæ ſunt, quia potenter veſicam vlcerant, & hepari multum nocent. Materiam hanc reſoluunt, ſol æſtiuus incidens innudum corpus aut arenæ calefactæ ſole, aut igne: fotus ex vino, & rebus calidis, ſuffitus per lapides ignitos ex decoctis in vino, foliis lauri, camomillæ, ruta, rore marino, origano, ſatuia, pulegio, & ſimilibus Balneum ſalſum, aluminoſum, aut ſulphureum, naturale & artificiale mirifice prodeſt.

Sectio Venæ.

Quæ Vena ſecanda.

Purgatio.

Laus hieræ ſimp.

Cantharides improbatur.

Alteratio.

Quarto, tollentibus diſpoſitionem hepatis, & cauſam anaſarcæ, vt obſtructionem hepatis, aut duritiem remedijs dictis cap. 24. de obſtructione hepatis, & contrarijs ſanantibus intemperiem frigidam ſimul & obſtructionem, & corroborantibus vt dialacca, diacurcuma, trochiſcis de abſinthio, de rhabarbaro, de eupatorio cum puluere rofatæ nouellæ, aut diarrhodon Abbatis, ſi calida intemperies timeatur. Tympanites curatur quatuor remediorũ generibus

Curatio.

Tympanitæ. ribus, primo, victu calido, & ſicco flatus reſoluente, vt fame, ſiti, exercitatione, pane biſcocto, & cum aniſo, & fuga

Victus. eorum omnium, quæ flatus gignunt: vt ſunt legumina, herbę frigidæ, & crudę, piſces, & ſimilia.

Præparatio. Secundo, apparantibus pituitam: vt rhodomelle, & aliis dictis ſuperius hoc capite de curatione anaſarcæ, quamuis in hac ſpecie ſit minus neceſſaria euacuatio, quam in anaſarca, & aſcite, in quibus multa eſt copia humoris, &

Obſeruandi ſcimen. pauca flatus, in Tympanite verò plus flatus eſt, & minus humoris.

Tertio, vacuantibus materiam frigidam, vt agarico trochiſcato, hiera ſimp. benedicta & ſimilibus tam per os ſumptis, quam per clyſterem iniectis. Quidam medicus doctus, & ſenex curauit pilulis mezereon ſacerdotem quendam ſenem tympanite laborantem. Flatum reſoluunt bal-

Reſolutio. neum ſulphureum, ſalſum; arena calfacta ſole, aut igne:

Puluis. fotus, & ſuffitus per lapides ignitos, & alia dicta tertio genere remediorum ſuperius hoc capite. Puluis hic optime reſoluit flatum; vt &. anili anethi, ſeminis fœniculi, carui, cymini, origani, cinamomi, gariophylorum an ℈.iij. ſac chari ℥.iij. miſce, & fiat puluis. Dosis cochlearium vnum ante cibũ cum vino, & ſummo mane. Diagalanga, diamoſcus theriaca magna, mithridatũ diatrium piperon, diacy-

Sacculi. minũ, & ſimilia reſoluũt, & euacuant flatũ. Sacculi quoque ex ſulphure, ſale, milio, camomilla, kalẽdula, origano, pulegio, anthos & ſimilibus. vẽtri acta cali ii admoti diſſipãt Cucurbitula magna flãma multa vmbiculo affixa va-

Cucurbitula. lenter reſoluit Hoc cataplaſma potentiſsimè diſcutit flatum multis diebus vẽtri ad nodũ; & ſtercoris vaccini colũbini, & caprini an. p. j. puluerij cymini, carui, ameos, baccarum lauri, origani, rutæ ſylueſtris, & anthos an ℥.ſ ſapæ,

Cataplaſma. q.ſ. miſce, & fiat cataplaſma, ad ie aquæ vitæ vncias duas.

Alteratio, & corroborans. Quarto & vltimo, tollentibus hepatis affectionem, mali cauſam per contraria, & corroborantibus hepar de quibus dictum eſt ſuperius quarto genere in curatione anaſarcæ,

farcæ,& de his dicemus in curatione aſcitę. *Curatio aſcitę.*

Aſcites curatur quatuor auxiliorum generibus, victu calido, & ſicco, dicto initio huius capitis. Carnes ſemper ſint faciles coctu, & boni ſanguinis, & magis toſtæ quam elixæ. *Victus. Præparatio.*

Secundo,apparantibus humorem aquoſum,& corruptũ vt ℞. ſyrupi enduiæ compoſiti & de ſcolopendria an ℥.ij rhodomellis ℥.iiij.miſce. Item ℞.decocti,vel aquarum ab ſinthij fœniculi,& capillorum veneris,an.℥.iiij miſce, parato humore hoc vel ſimili medicamento. *Purgatio.*

Tertio, vacuantibus aquas excitantes hydropem, primo,purgatorijs non valentibus,& nocentibus iecori vt ſero lactis caprini:aut ouini,agarico, myrobalanis citrinis, & kebulis ſimul,puluere hieræ ſimplicis vel hiera ſimplici,ſucco,aut puluere braſicæ marinæ (quam vulgus ſedanellam,Arabes cachitam vocant)citra moleſtiam purgante aquam, & hepate roborante quæ duo ſunt ſumme neceſſaria ad curandum hydropem. Doſis eſt à drachmis duabus vſque ad drachmas quatuor & ego exhibui drachmas ſeptem frequenter mane laboranti hoc genere hydropis,& feliciter ſucceſsit. Aliquando hic morbus ob ſui vehementiam eget valentioribus purgantibus, etiam ſi ab ijs iecur lædatur:inter quæ ſuccus radicis ireos dempto ſedimento ab omnibus laudatur. Doſis à drachmis duabus vſque ad drachmas tres ſemel in hebdomada, dummodo inter has vacuationes valentes iecur corroboretur puluere diarrhodon Abbatis, vel trochiſcis de rhabarbaro, vel ſyrupo de abſinthio, vel puluere hepatis lupi,vel alimento ex vuis paſsis,ex auellanis,& ex limacibus.Hoc ſucco ireos multi hydropici deplorati fermè ſanati ſunt. *Duoneceſſaria. Laus ſedanellæ. Valenter purgantia. Hepar corroborata. Laus puluris ireos.*

Pilulæ de ſerapino, de euphorbio, & mezereon potenter purgant aquam, ſed moleſte, & violenter quare ijs non niſi raro, & coacte vtendum eſt. Doſis eſt ab ſcrupulis duobus vſque ad drachmam vnam. Succus quo- *Moleſte purgantia*

que

Elaterium.

que cucumeris agreſtis ſiccatus, quem elaterium vocant, potentiſsimè purgat. & omnium maximè durat, autore Plinio, ſeruatur enim centum annis integer.

Sauanarola experientia.

Sauanarola medicus ſua ætate celeberrimus dabat ſcrupulum ſemis huius ſucci ſicati menſe Auguſti, & mixti cum ſpeciebus elephanginis redactis in pilulas cum ſucco abſinthij, & multos curauit hoc medicamento. Syrupus hic ex decocto radicis cucumeris agreſtis eſt efficax in curatione hydropis & aſcitæ & eruditiſsimus doctor meus Iacobus de Leon Completi Architiclinum illuſtris Comitis de Salinas hydropicum confirmatum curauit; ℞. radicis cucumeris ſylueſtris ℥.iiij. decoquatur in libris duabus aquæ ad dimidium, deinde accipe melliis libras duas, aquæ libras octo, bulliant per ſe ad dimidij vſque conſumptionem, cui percolato adde libram vnam decocti radicis cucumeris ſylueſtris percolati quoque & fiat ſyrupus, addendo in fine pulueris dragagati vnciam vnam, cinamomi electi drachmã vnã. Doſis quolibet mane cochlearium vnum.

Doctoris de Leõ ſyrupus eximius.

Galenime dicamẽtũ.

Medicamentũ bene paratum ex cantharidibus in maxima hydrope, tam aſcite, quam anaſarca, ex Galeno purgat per vrinam valenter aquoſum hunc humorem, ſed ijs non vtendum, niſi cum alia non contulerint.

Valeſci curatio.

Valeſcus tamen de Taranta vir doctiſsimus, & magnæ experientiæ hoc medicamento multos laborantes, & Anaſarca, & Aſcite ſanitati reſtituit. Caſtigantur cantharides abſciſis capitibus, & pedibus, non alis (vt quidam male docent contra Hippocratem & Plinium, & veritatem) accipe ergo vnam cantharidem abſque capite & pedibus, quatuor ſeminum frigidorum maiorum mundatorum an. ℥.ſ. ſacchari candi violati ℥.i. gumi craſsi, vel dragagati ℥.vj. miſce, & fiat ad modũ pulueris. Doſis eſt vnciavna ſumpta mane: ſed defende veſicam admouendo ei lac caprinum vel oleum roſatum, tepidum: narrat enim Aetio cap. de dolore capitis ſexto ſermone, cantharides capiti admotæ nocent veſicæ, & quod magis incredibile videtur,

Error quorundam.

Veſicæ defenſio.

quidam

quidam chirurgus Mediolanensis bis sanguinis profluuio correptus fuit per vrinam solū portando cantericē ex cantharidibus in Byrsa. Tria grana alkekengi in puluerē redacta cū vino albo curant hydropē, vacuando per vrinā.

Viscātha-rtaū quā-ta sit.

Quæ per vrinā clemēter purgāt, & corroborāt iecur, sunt diacarcoma, dialacca, & trochisci de rhabarbaro, hi enim obtinent principatū in hoc curādo morbo, quibus curatus fuit excellentissimus Dux mediolanensis Franciscus Dosis à drachma vna vsque ad drachmas duas. Propter illorum amaritudinem fiant pilulæ cum aqua absinthij. Ipsē trochiscis curauī ego magnificā vxorē magnifici Francisci Marci, quæ laborauit principio ascita cū febre termē habitudinali: cui dedi præter hos trochiscos multis diebus lac asinę, quę pasceretur herbis diureticis, lac enim non nocet hydropi, vt multis grauissimis medicis placet, præsertim si ab ea animāte emulgeatur, quæ pascatur herbis diureticis. Ideoq; à quibusdā laudatur lac caprarū arabica rū propter pastum. Clysteres acres purgant hanc aquositatem, & flatum. Vacuatio hæc tutior est aliis purgationi bus: quare frequēs illorū vsus est vtilis, & necessarius. Hic clyster vel huic similis est optimus; ℞. furfuris, camomillę flichados an. p. j. rutę & saluię an. m. hellebori agarici, & turbit an. ℥. ij. carthami ℥. ß. rorismarini, cyclaminis an. m. j. fiat decoctū. De quo percolato accipe libram vnā, olei de ruta, & de lilio an. vncias duas, salis drachmā vnā ß. misce & fiat clyster. Pilulæ hę purgant materiā hydropis; ℞. cinamomi, squinanti, cuscutæ, croci, calami aromatici, seminis apij, fu, prasij, nardi, asari, mastichis, mirrhæ ana ℥. ß. serapini, agarici, an. ℥. ij. euphorbij, turbit colocinthidis an. ℥. j. rhabarbari ℥. ij. aloes ad pondus omnium, misce, & cum succo absinthij fiant pilulæ. Dosis qualibet hebdomada drachma vna. Sex vncię seri caprini cū drachma vna semis pulueris spicæ nardi manę sæpe sumptæ purgāt clemētissime hāc aquositatē. Succus maioranæ cū oxymelle, si manę frequenter sumatur, hydropem hanc curat,

Purgātia per vrinā & iecur corroborā-tia.

Historia.

Altera ne minus in signis.

Lac an noceat hydropicis.

Clysteres laudātur.

Clyster op timus.

Pilulæ.

Serum ca prinum.

Maiorana

Prasium. curat, purgando aquositatem. Idem facit succus prasij de-
ſiccatus, & miſtus cum vino albo. Idem præſtat ſanguis
Cõturnix. coturnicis. Reſoluunt ventris aquoſitatem omnia ſupe-
De tympanite. perius dicta in reſoluendo flatu in tympanite, quamuis
Fopica. valentioribus egeat aſcites cum difficilius vacuetur hu-
Cataplaſmata reſoluentia. mor, quam flatus poſita pariliate. Hoc, aut ſimilie cataplaſ-
ma eſt optimum in reſoluendo; ℞. foliorum althææ m.j.
radicum cucumeris ſylueſtris, & ireos an. ℥.j. ficus ſiccas
numero 20 omnia decoquantur in vino albo, & fiat cata-
plaſma; vel ℞. fellis tauri, aut hirci, an partem vnam piperis pul-
uerizati, partem ſemis, cum melle, fiat admodum cataplaſ-
matis, quod per dimidiæ horæ ſpatium admoueatur ven-
tri, ne vehca, aut viceta intumeſcant; vel ℞. ſtercoris bu-
buli, & capriſci an p.j cineris querciui, & vitis an p.ſ. ſalis,
ſulphuris an ℥.ſ. baccarum lauri, ſtaphiſagriæ an ℥.j. Ex
Cauteria. his decoctis cum vino fiat cataplaſma, cui adde vnguenti
Aragon, & marciaton an. vncias duas. Cauteria multa
ventri ſæpe admota non profunda purgant hanc materiã,
Hiſtoria. & his curauit quidam Agatenus ſuos valentinos nobiles.
Idem præſtant cauteria tibiis infixa, vt per ea materia va-
cuetur, quia illarum vlcera hydropem difficulter curantur ni-
ſi prius hydrops tollatur. Aliqui ſeroto ſetaceo immittit,
Inciſio prudenter facta. vt eo multis diebus, & ſenſim vacuetur materia. Poſtre-
mo, ſi æger fuerit ingenis & ſatis roboſtus, incidione ei ex-
Exemplũ. trahatur hæc aquoſitas, non vna eductione, ſed multis &
ſenſim ad vires conſeruandas, præcedente tamen mortis
præſagio, ne nobis aſcribatur: ita præſente Sanamarola, &
aliis doctiſſimis medicis Patauij, Ioannes Ludouicus vi-
triolique artis doctor eximius ſexagenarius ſubita facta in-
ciſione in manibus chirurgorum interijt. Eodem tempo-
Alterum exemplum admirandum. re quædam mulier quinquaginta annos nata laborauit
aſciate ſex annis, & ex caſu in lapidem fuit vulneratus
ventre eius, per quod vlnus ſubitò omnis aquoſitas eua-
cuata fuit, incidit illa quidem in animi deliquium, ſed poſt
in procodochæo Patauino bonis alimentis priſtinam re-
cuperi

recuperauit sanitatē. Quæ res digna est admiratione: fiat igitur incisio musculi obliqui dextri ascendentis, si primo fuerit hepar affectum, & sinistri, si iam prius cute deorsum revulsa, vt post incisionem, & aliquā aquę extractionem locum naturalem repetens foramen obturet, ne aqua affluat largior, vel immisso syphone in hiatū. Acua autem quotidie bis, aut ter syphonis operculo ablato mittatur, tunc æger roboretur cibis optimis.

Quarto, affectionem hepatis causam mali tollentibus per contraria & corroborantia hepar, vt pulnere diarhodon Abbatis hepate lupi, & alijs iam dictis superius. *Alteratio & corroboratio.*

De Hydrope.

CAPVT. XLIIII.

Scholium.

HYDROPS omnis. *Hydrops nomen ex aqua assumpsit: in omnibus enim hydropis speciebus, aqueus generatur humor. Quod in tympanite, in quo id difficile videtur etiam verū est, quia in eo humor est paucus in abdominis regione coacervatus apparet. Hydrops symptoma est, tumor scilicet præter naturam ventris, aut totius corporis sequens aliud symptoma, quod si actio ieceris deprauata. Morbus ad quem sequitur, est intemperies frigida secoris. Hæc vel primam in eo generationem habet, quando a ieceris schirro, aut obstructione fiunt per consensum ea adnexa, ex affectu iecoris, ventriculi intestinorum, & pulmonis. Ha enim partes refrigerata, per vim frigiditatem transmittunt, venis causa* *Hydropis nomen.* *Hydrops symptom. est.* *Morbus*

aut gibba partis iecoris, & inde eius carni. Iecur etiam frigiditatem concipit ex immodica sanguinis per hæmorrhoidas euacuatione, aut suppressione, sicut ex suppressione mensium, quorum immoderata euacuatio, nec hydropem, nec cachexiam efficit, ex Galeni sententia, lib. de curand. per sang. missionem, cap. 15. eo quod menstrua euacuatio secundum naturam fieri solet. Frigida iecoris intemperies in Hydrope, aliquando à causa calida ortum habet: in febribus enim ardentibus (etsi raro) etiam in principio visus est Hydrops. Qui malum signum est, ex eo enim colligimus adeo esse intensum calorem vt vitiata coctione iecoris, aquosa humiditas in eo pro sanguine generetur. Quod si Lucius, & alij seguntur Alexandrum, frigida (quibus hunc Hydropem curari aiunt) post febrem concedant, grauiter errabunt: non autem si eis vtantur vt febrem curent. A causis externis, etiam potest hydrops nasci, potu aque frigide, aut natatione in ea. Existimo autem aërem frigidum, hydropem nunquam effecisse, eius enim vis non potest integris viribus ad iecur vsque penetrare, præsertim cum eius tenuitas non sinat principium magnam, & perdurantem actionem excercere. Iam cum hydrops, refrigerato iecore fiat, inde pro maiori aut minori refrigeratione, tres hydropis differentiæ orirum habent. Prima dicitur hydrops tympanites, in qua in iecore ex gua est mediocritas, ita vt chyli maiorem partem, in optimum sanguinem mutet, & alteram qua minor est in eo quam: ex qua in cauitate naturali, multum flatus eleuant partes, adeo vt in ea nullus flatus & paucus humor collectus sit. Secunda nominatur æscites, in qua iecur maiorem habens frigiditatem, & imbecillitatem quam in prima, ex chylo paucum sanguinem, etsi optimum generat, & simul multam aquam: qua cum sanguine non est multum permixta, eo quod iecur, vt ea separet, aliquod seruat robur.

Immodica euacuatio menstrua non facit hydropem.

Hydrops à causa calida.

Causæ externæ hydropis.

Prima hydropis differentia.

Secunda.

Hæ

Hac aqua per tecoris carnem, in cauitatem à peritonæo circumscriptam permeans, eam replet: quæ non contingit aqua ex destructione rerum in tecoris cauernata, non quia est parca, vt sentit Valleſius lib. 5. de loc. affect. cap. 6. ſed quia non generatur in tecore, neque in eo moram facit. Tertia differentia hydropis, ea est quam anaſarcam & leucophlegmatiam appellant, in qua maximam habet tecur frigiditatem, quam in ſupradictis: ita vt ſanguis non opimus, (ſicut in duobus primis.) Sed totus ſitioſus generatur, est enim aqueſus, aut pituitoſus potus, quia pituitoſa humiditas in tecore præter naturam generata, ob imbecillitatem partis non potuit à ſanguine ſeparari. Atque hæc est cauſa, ob quam omnes partes corporis, male nutriantur & humiditate madeant. *Qua in parte maxime mirandum est Valleſium libro 4. aphorismorum & lib. 4. epid. comment. 42 anaſarcam, minore in tecore frigiditatem, quam alias hydropis differentias ſcripſiſſe. Ex his tribus differentijs, etſi in temperatæ minor ſit intemperies, est tamen in ea maius periculum, quam in reliquis: non ratione affectus, ſed curationis: quia ſtatum diſſuetudinis (quibus ſuratur) calida cum ſint, de nouo ſtatum generant.* Tertia. Valleſius.

Secundo apparantibus pituitam. *In hac ſola hydropis ſpecie, quæ dicitur anaſarca, licet nobis ante purgationem præparare humorem: quia pituitoſus & craſſus eſt. Non autem licet in alijs differentijs (niſi propter obſtructionem id efficiamus) cum ex humore aqueo tenui fiant.* In quo hydrope præparandus humor. An ſit ſedanda ſuppreſſa in anaſarca.

Tertio vacuantibus pituitam. *Multi ſequuti Galenum lib. 4. de rat. vic. in acutis cum ſint anaſarca ex ſuppreſſione menſium, ex hæmorrhoidibus, aut alia priſtina euacuatione, quæ do incipit Venam ſecant. Quod diſſuadendum nobis videtur, imo falſum: quia in eo recurritur ad reſrigeratum eſt, & ſanguinis miſſio ex accidenti*

refrigerat. Dices sequetur ex sanguinis missione, alia maior utilitas, quæ est movere suppressam euacuationem, aut minuere plethoricum humorem, à quo refrigeratum fuit iecur. Respondeo, non posse, tam tunc oportune, eo uti remedio, si consideremus missam sanguinariam adeo depranatam, & validam iecoris intemperiem. Hoc quamuis ita sit possimus tamen Galenum (vt par est) excusare, si dixerimus ipsum per principium anasarca cachexiam intellexisse. Cum ergo in anasarca, potiusquam humor in omnibus partibus contineatur, omne euacuationis genus in eo tentandum est. Inf rne per alnum. Per vrinam radice petroselini, asparagi, & alijs diureticis medicamentis. Per cutem etiam fricationibus cum melle, balneis sulphureis, vel sponte nascentibus aliis, arena calida, fricatione cum oleo irino, sub sole tecto capite & similibus. Iecur roborabis, & simul humorem discuties. Vnguento in hac forma parato. Rx oles absinthij, & irini an. ℥ ij. Ostr. sque dialthea ℥ j. ℈. cera parum fiat vnguentum.

In anasarca omne euacuationis genus tentandum.

Taxatur auctor.

Cantharides non probat auctor, timens earum vehementiam: quasi eam, quantitate, & mixtione, non possimus minuere & corrigere. Proinde eo omisso res sic distinguenda est. In hydrope ascite & tympanite, faciendus est vsus cantharidum, quia humor in cauitate naturali inclusus, non poterit per vrinam purgari. Si vero sit anasarca, in qua humor in venis continetur, earum vsus commodus erit, expurgabitur enim per vrinam. Non quod cantharides id præstent (vt male sentit auctor) sed medicamenta vrinam mouentia, cum quibus cantharides miscentur, tantum vt sint vehiculum. Neque est quod timeamus, totas eas integras assumere, cum Galenum libris simpli. cap. de cantharidibus sub scripto-rem habeamus.

Cantharidum exhibitio.

Medicamenta ad hydropicos.

Quarto tollentibus disposition em. Hydrops vt impurissimum solet fieri ex obstructione iecoris & lienis: quem post purgationem cum agarico, in eo qui fit ex obstructione iecor

iecoris: & cum confectione hamec in altero, vtere vnguentis, capitibus de obstructione iecoris. & lienis descriptis, & hac confectione Rz. diacurcumæ, & dialacca Isac, ana ʒ. j. troch. chorum de absinthio, & de rhabarbaro an. ʒ ij. conserua capillorum Veneris ʒ. j. cum syrupo de bizantijs fiat confectio.

Inascite aqua non est præparanda.

Secundo apparantibus humorem aquosum. *Ex Gal. 4. acutorum com. 11 3. humor in ascite, aqueosus est & tenuis, non ergo egebit præparatione, si memor es eorum quæ primo Scholio docuimus.*

Varia aquæ purgatio.

Tertio vacuantibus aquas. *Nonnulli, vt educant aquam in hydropicis, vtuntur brassica marina, quam vulgo soldanellam appellant: eam exiccantes & ex puluere assumentes singulis diebus, ʒ. j. vsque ad ʒ ij. (si vires constent) cum mulsa & decocto eupatorij. Alij ex eius succo, expresso & percolato, ob eius tenacitatem: cũ melle aut saccaro syrupum parant, cuius ʒ. j singulis diebus propinare solent. Alij tithimalum marinum (quem duo corides tithimalum paralyon nominat) exiccant, & eius pulueris ʒ. j. vno quoque die, cum mulsa aut decocto eupatorij exhibent. Alij vtrosque dictos puluere permiscet, ad dentes propter suauitatem semẽ anisi, carui, & fœniculi. Quæ omnia etsi euacuent humorẽ aquosum, non ominus tamen succus radicis iridis principatũ hac in parte habet, cui vni debetur desiderata aquæ euacuatio: potêtet enim eam educit, minusque prædictis omnibus molestus est ventriculo. Præcedentibus ergo syrupis (si opus fuerit) purgare poteris succo iridis, agarico trochiscato, diaphœnicone & alijs. Potionem in hunc modum paxare poteris, Rz. succi radicis iridos ℥ ij. aquæ mulsæ ʒ ij. misce. Aut ex eodẽ succo iridis conseruam efficere poteris hoc modo Rz. radicis iridis rectè excorticatæ lib. 1. mellis ʒ xxiij. fiat cõserua ea ratione qua fit caro cidoniorũ, quæ in vase vitreo ponatur commiscendo semen anisi, fœniculi & carui: cuius vnum cochlearium singulo mane assumet. Quamuis*

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Nota hãc hydropis curationẽ.

Verum ſi in hydrope, humorem eſſe eu acuandum, magis tamen attentos eſſe oportet ad roborandũ iecur & lienem, quàm ea medicamenta quæ humorem euacuant, ne humectata cum ſint, imbecillitatem viſcerum augeant, atq; hæc eſt cauſa ob quam ſæpe medicorum plus ad humorẽ quàm ad iecur reſpicientium, ægroti in peius ſemper abeãt & miſerè moriantur. Curabitur ergo recte hydrops, ſenſim enacuantes humorẽ medicamentis benignis, et ſimul viſcera roborantes. Quoniam ſæpe ſit morbus longus, longo tẽpore oportet aſſumere medicamenta, potiſſimum ea, quæ à nobis modo deſcribẽtur. Tria enim ſunt, in quibus tota hydropis curatio poſita eſt. primũ mane ſumendũ eſt, ſecundum noctu, & tertiũ eſt ũguentum, quo regionẽ ventris inungemus. Medicamentũ quod mane aſſumi debet, parabitur hac ratione. Noctu ex lacte aſinæ, aut in eius defectu ouũ, & in huius defectu capræ extrahe ʒ vj ſeri, in quo in ea claues numero duos, trochiſcorum de cupatorio, & de capparibus an. ʒ ß cũ pauco cinnamomo apponas. Hoc ſerũ mane aſſumatur, ita vt ager neque ad prandij horã abſtineat à cibo. Eſt hoc medicamentum clementer purgãs, & obſtructiones, & viſcera roborans. Aduerte tamen prædictos trochiſcos de tertio in tertiũ diẽ, recẽter eſſe conſtruẽdos.

Medicamentũ mane aſſumẽdum.

Medicamentũ noctu aſſumẽdum.

Medicamentũ noctu aſſumendũ, quatuor horis poſt cenã eo hora qua ager dormire ſolet ſtatim erit: quo tempore ſi iecur (ſcirro careat) aſſumat tria cochlearia confectionis Andromachæ deſcriptæ, quæ dicitur typhoides, ſuperioribus ʒ vj ſeri albi ſereni, & medicamentum ad hepar permeet. Ideius compoſitionis laudes, lege apud Galenum lib. 8. de comp. medic. ſecundum locos. Vnguentum hoc eſt. ℞ ũguenti de Althea ʒ ij olei nardini, & abſinthij ana ʒ iij. olei laurini ʒ vj. ℞ ũguenti aragon ʒ iij. ũguenti marciaton ʒ iij miſcentur omnia, & cum pauca cera fiat auſter in ũguentũ, quo calidorigo ventris inungatur. Atque hæc de curatione iſtius affectus. Solum ſupereſt ne cum ambitione decipiatur fugere eſum lactis in tympanise propter

Vnguentũ.

Taxatur auſter in ũguentũ, quo calidorigo ventris inungatur.

Atque hæc lactis exhibitione.

flatum

flatum in alijs verò quia non poterit recte concoqui, & sic acescens, intemperiem frigidam augebit.

De lienis obstructione.

CAP. V. I. XLV.

LIEN perinde, ac hepar obstructione quoq; laborat, quod bifariam contingit aut obtu rato eo meatu, per quem homoris melãcholici, qui sanguinis velut limus est, ad splenẽ fit derivatio vt hepar purgetur, & sanguis purior reddatur: aut eo, qui eundem humorem ad ventriculum erudat. Causæ cap. de hepatis obstructione dictæ iam sunt. Notæ hæ sunt. in primis Galenus quinto de locis affectis cap. 7. solo colore cognoscebat hepatis, & splenis affectam nulla audita præteritorum accidentium enarratione: imò (quod grauius est) non inuestigato viscerum affectu per tactum: hoc tamen intellige cum ab hepatis, vel splenis vitio sit icterus. Si obstructio in eo meatu fiat, qui crassum, atrumq; sanguinem ad splenem mittit, nullius in splene tumor, aut grauitas sentitur: cutis tamen color, præsertim faciei nigrior euadit adeò, vt ater icterus sæpe oriatur impuro scilicet sanguine per corpus fuso. Quod si non huius, sed alterius meatus, qui ad ventriculum atram bilem defert, obstructio infestet, & tumor, & grauitas sinistri hypochondrij adsint, & ventriculus ea commoda nõ sentit, quæ eum humorem: in ipsum delatum sequuntur: hæc sunt constructio eius atq; corroboratio: cuiuscunq; tamen meatus obstructio sit, qui sic afficiũtur, timorem, atq; stultitiam patiuntur, spiritus præterea difficultatẽ, & somnos turbulentos habent, & hepar per consensum ijs quam primum lædi tur, vnde in a quam intercutem sæpe incidũt, præsertim si lien induratus fuerit consentiente iecore, vt

descriptio.

Causs.
Notæ.
Galeni peritia.

Vtilitas succi melãcholici in ventriculũ delati.

docet Galenus ſexto de locis affectis capite primo.

Curatio obſtructionis. Lienis obſtructio curatur quinque remediorum generibus, quemadmodum hepatis obſtructio, ſed valentioribus, propter maiorem diſtantiam, & partis ignobilitatem.

Indicatio ex natura partis. Conſideranda ſunt ergo, quæ diximus cap. 42. in 4. tamen genere remediorum præcedenti ſoli ex aceto, tamariſco & ceteræ ſimul decocti, sbis in die ventriculo vacuo vn

Topica. gatur lien hoc vnguento, aut huic ſimili; ℞. oleorũ amigdalarum amararũ, & de capparibus an. ℥ij. armoniaci diſſoluti in aceto ʒ.iij. vnguenti Aragon, & dialthææ com

Fomentũ. poſitæ an. ℥ ℈. ceræ. q. ſ. miſce, & fiat vnguentum. Scirrhus

Vnguentũ lienis curatur quinque remediorum generibus, primo, vi

Scirrhi curatio. ctu tenuante, & mediocriter calido, ne parte tenuiori re

Victus. ſoluta augeatur durities. Sint ergo cibi boni ſuccи, & facilis concoctu, & tenuis ſubſtantiæ, & humidi vt iura pinguia cum radice petroſelini vel fœniculi, vel foliis ſra phani, & ſimilibus.

Præparatio. Secundo, apparantibus materiam terreſtrem hac, aut ſimili mixtura; ℞. ſyrupi de ſcolopendria ℥.iiij. ſyrupi bu glоſſæ, & rhodomellis an. ℥.ij. miſce. Item ℞. aquarum aut decoctionis bugloſſæ, capilli Veneris, ceteræ & tamariſci an ℥.iiij. miſce.

Purgatio. Tertio, vacuantibus hanc materiam melancholicam hoc, aut ſimili potu; ℞. confectionis diaſenæ ℥. ℈. confectionis medicaminis hamec ʒ.iij. agarici trochiſcati ʒ.j

Potus. ſyrupi bugloſſ. ℥.j. aquæ borraginis q. ſ. miſce, vel ſi magis amat pilulas; ℞. pilularum indarum, & de fumoterra an. ʒ ℈. diagridij, grana iiij. cum aqua bugloſſæ fiant pi

Pilula. luiæ ſeptem.

Mollitia. Quarto, curantibus duritiem internis, & externis mol

Sumcda. lientibus; vt ℞. caricas numero xx. vuarum paſſarum ſine granis p.j foliorum maluarum, & althææ an m.j. ſeminis lini, & fœnugræci an. p.j fiat decoctum in libris ſex aquæ ad dimidium. de quo percolato accipe libras duas ſemis & cum libravna mellis fiat ad modum ſyrupi non perfe

&è de

ctè decocti. Adde syrupi de scolopendria, vncias sex. Dosis quolibet mane vnciæ quinque. Lien bis vel ter in die vngatur hoc, vel simili vnguento; ℞. olei sesamini, & amigdalarum dulcium an ℥ j. olei de capparibus ℥ ß. axungiæ gallinæ, & anatis, medull. cerurum vituli an. ℥. ij. ß. dialthææ simplicis & hyssopi humidæ an. ℥. i ij armoniaci dissoluti in aceto ℥ ij. ceræ quod sufficit, misce, & fiat vnguentum, ante tamen vnctionem semper lien hoc, vel simili fotu præmuniatur; ℞. caricarum, vuarum passarum sine granis, seminis lini & fœnugræci an p j radicis althææ, & tamariscí an. ℥ j. ß. aceti albi lib. iiij. fiat decoctum ad medietatem. Lieni hoc aut simile emplastrum imponatur; ℞. emplastri de meliloto, & filij Zachariæ loco ceræ quod sufficit extendatur super alutam ad formam linguæ bubulæ, adde armoniaci dissoluti in aceto drachmas tres, pulueris radicis ireos drachmam vnam.

Admouenda.

Curatio.

Fomentū.

Emplastrū

Corroborantia.

Quinto, corroborantibus lienem, vt trochiscis de rhabarbaro, & de capparibus simul & puluere diarrhodon Abbatis cum syrupo de scolopendria: & hoc aut simili fotui ℞. radicis scolopēdriæ. m. ij. radicis capparis. p j. rosarū m. j. aceti chalibeati lib. ij. fiat decoctū ad medietatē.

Fotus.

De Lienis obstructione.

CAPVT XLV.

Scholium.

LIEN perinde. *In toto hoc capite, solum est quod addas, sanguinis missionē (cuius auctor nullam fecit mentionem) vt reuellas ab obstructione sanguinem prauū nempe melancholicum. Quod si non fuerit melancholicus à sanguinis missione abstinebis.*

De

De suppresione vrinæ.

CAP. VT. XLVI.

descriptio. SAPPRESSIONEM vrinę Greci ischuriam nominant, ea fit, quoties lotium in totum supprimitur, ita vt eo ægrotantes nihil reddant. Hæc fit nonnunquam propter

Causæ. vesicę imbecillitatem, cum id, quod in ipsa cõtinetur, comprehendere non poſsit, ita, vt exprimat. Interdum etiã obstructo inferiori meatu à crasis humoribus, aut ab impacto lapide, aut à pure, aut à caruncula, vel calculo ibi genito, aut à sanguinis grumo. Aliquando accidit ab inflammatione, aut aliquo alio huiusmodi tumore præter naturã. Quorum occasione vel angustior reddi tur meatus, aut in totũ obstruitur. Propter obtusũ quoq; vesicæ sensum suppressam vrinam aliquando vidimus, & Galenus de quodam scribit cui torpente vesicæ sensu ob male affectos neruos vrina fuerat cohibita. Accidit & sanis sæpe, vt ait Actius, vrinam ipsorũ cohiberi, aut ob negotiorũ importunitatem aut in cõcionibus aut foro iudicia rio, aut somnis, si diutius continuerint lotiũ. Hactenus de

Nota ex imbecillitate. causis, nunc de notis agamus. Si ab imbecillitate vesicę vrina supprimatur, frigidã eius in tẽperiẽ cõsiderare oportet, & nũ ipsa manu cõpressa vrinam reddat si enim hoc cõrigerit, & insuper eã intẽperie frigida laborare ex propriis notis coniicimus, argumentũ certissimũ habebimus

Ex obstructione. suppressionis vrinę causam vesicæ imbecillitatem extitisse. Si obstructus inferior meatus, fit à glutinosis humoribus, ante actam vitã disquiremus, nũ in otio educatus sit,

Ex calculo (vt inquit Galenus) quibus hic affectus est multis cibis crasis, viscosos; humores generare valẽtibus fuerit vsus. Si à lapillo notam ex ipsius corpore deprehendimus. Si à pure

Ex pure. gabimus

gabimus per proprias notas nũ in renibus, vel in parte ali qua renibus ſuperiori a ceſſus aliquis fuerit, qno abrupto pus in reones, & veſicã fuerit trãſmiſſum. Præterea nũ veſica malo aliquo laborauerit, ex quo ea puris generatio poterit prouenire. Si à carũcula, aut callo genito ex præcedentibus vlceris notis colligitur. Si à ſanguine in grumũ cõcreto orta ceſſit ſanguinis per eam partẽ excretio. Atq; in huiuſmodi cõiecturis maximus eſt æneæ fiſtulæ vſus, ſiue lapidis interpoſito, ſiue g'utinoſorũ humorũ, ſiue caruncu la, aut grumoſi ſanguinis obſtructus meatus fuerit, ex eo quod traiecto catheterẽ (ſic enim ænea fiſtula Græcis appellatur) mingitur ſæpe obſtrumẽtis rei veſtigia apparent. Si oborta inflãmatio, aut tumor aliquis meatũ vrinæ angustiorem reddat, aut omnino obſtruat, vt in eo accidit, qui vulneratus in ea parte, quę femen apellatur, (eſt autem ſpatium anum, & penem intercedens, Græci perineon, dicunt) vrinæ paſſus eſt ſuppreſſionem, vt refert Galenus primo de locis affectis cap. 1, notæ facile patent. Reliquas cauſas ex ægrotantis ſermone diſces.

Ex carun cula.

Ex ſangui ne.

Aenea fiſtula vſus.

Curatio ſuppreſſæ vrinæ ex inflãmatione.

Si ab inflammatione renum, vel viarum vrinæ fiat, curatur, primo victu tenui, & ſimili victui dicto cap. 41. de curatione inflammationis hepatis.

Reuulſio.

Secundo, auertentibus per ſanguinis miſsionem ex venis tibiarum, aut pedum autore Hippocrate aphoriſ. 36. ſexti libri, &. 48. ſeptimi. Confirmat id Galenus commentario 36. ſexti libri aphoriſmorum quamuis in libello de curandi ratione per ſanguinis miſsionẽ doceat poſſe in morbis renumtam venas brachiorum, quam tibiarũ ſecari, licet Arabes, & plerique alij non contemnendi medici tam in initio inflammationis renum quam veſicæ primo ſecant venas brachiorum deinde tibiarum, ſi æger ſit multo ſanguine repletus, ne prius ſectis venis pedum trahatur ad infernas partes à toto, augeaturq; inflammatio.

Arabum opinio.

Tertio, vacuantibus bilem vt rhabarbaro, caſia fiſtula, manna, tamarindis, & ſimilibus: vt ex medullæ cas-

Purgatio.

recens

recens extractæ ʒ.vj.infusionis ℈.iiij.rhabarbari in aqua endiuiæ per noctem bene factę syrupi violarum ʒ.j.aquę bugloss.q.s.misce,& fiat potus.

Topica medocriter frigida. Quarto,partiaffectæ sunt sæpe admouenda non repellentia stupica,ne claudantur meatus:sed temperatè frigida,vt sunt lac caprinum, ouinum, oleum rosatum, & similia.

Resolutio. Vltimo,digerentibus, & resoluentibus, vt oleo camomillæ, de semine lini, & decocto radicis althææ, & similium:de quibus actum est cap.4i.

Sublatio aliarum causarũ. Si sola intemperie fiat,curatur contrarijs alterantibus. Si à vesicę imbecillitate corroborantibus:vt fotu vini rubri,& similium.Si à lapide renum aut vesicæ per illorum abscissionem,de qua capite sequenti loquemur. Si à callo genito in vijs vrinarijs curatur per resectionem calli, per medicamenta temperatè corrodentia impoũta callo, seu carni additæ, candela cerea vel tenui ligno petroselini: hæc tamen à prudenti chirurgo sunt experta,eligendaq; ne vlcus fiat in vijs vrinarijs. Quidam Lusitanus Romæ nostris temporibus multos curauit laborantes hac vrinæ difficultate : & inter alios Valentiæ curati sunt perfectè nobilis Gaspar Aguilar, & filius magnifici Ximen Peres de Pertusa.Si fiat à grumis sanguinis, vel à pure implente vias vrinarias,curatur primo sanguinis missione, si fuerit æger sanguineus,per sectionem basilicæ dextræ, deinde, si opus fuerit,purgatione.Postea mollientibus,& aperientibus vias vrinarias,vt balneis, fotibus,vnguentis, & cataplasmatis,quæ dicemus capite sequenti.

Historia Valetinæ.

Curatio si fiat à grumis aut à pure.

Vltimo vero , curatur dissoluentibus , & vacuantibus grumos sanguinis medicamentis necessarijs, vt theriaca magna aut mithridato à drachma semis vsque ad drachmam vnam cum vncijs duabus aquæ rubeæ tinctorum, vel milij solis,vel ℞. coaguli hædi ʒ.ß aquæ quinque radicum ʒ.v.syrupi capillorum Veneris ʒ.j.misce,& fiat potus.Si fiat à pituita crassa obstruẽte vias vrinarias,curatur primo,

Si à pituita.

primo, victu calido, attenuante, & aperiente de quo sequē- *Victus.*
ti capite loquemur;

Secundo, apparantibus materiam frigidam breui tem- *Praparatio brevis.*
pore propter necessitatem, quamuis pituita egeat per se longa, & magna concoctione; vt ℞. rhodomellis ʒ.vj. de cocti capillorum veneris, vel fœniculi ʒ.ix misce hoc, vel simili medicamento sumpto primodie summo mane, meridie, & duodecima hora noctis.

Tertio vacuantibus medicamentis phlegmagogis, vt *Purgatio.*
vncia vna hierę simplicis vel drachma vna semis agarici trochiscati; vel saltem vacuetur hoc, aut simili clysftere: *Clysfter.*
℞. foliorum vtriusque malvæ, & parietariæ an. m. j. furfuris, camomillæ, seminis lini, fœnugræci an. p. fiat decoctum, de quo percolato accipe vncias ix. olei sesamini, & amigdalarum dulcium an. ℥ j ℈ butyri recentis, & benedictę an. ʒ. j salis ʒ.j. misce, & fiat clysfter. Vacuatio que *Quæ vacuatio sit tutissima & suauissima.*
fit per clysteres, est tutior in his, & similibus affectionibus præternaturam, tutissima autem, quæ fit per suppositoria, quæ minorem extensionem in intestinis efficiunt, minusque comprimunt vias vrinarias.

Quarto, prouocantibus vrinam primum mitioribus, vt *Vrinæ prouocatio.*
compressione imi ventris, glande aeri ex sale, aut felle, aut frictione peritonæi, & pudēdi prope ignem, pedilo immisso in primā virilis membri partē, qui motu titillet, & irritat expultricem facultatem sopitam, aut ægri iacentis supra dorsum tibiæ, & pedes in altum sæpe, & valide moueantur quæ si non sufficiant, pecten illinatur oleo scorpionum, & Lilij cum pinguedine cuniculi, vel imponatur *Vnguentū*
parietaria frixa, vel apium vel hoc vnguentum ʒ ℞. olei scorpionum ʒ.ij. olei sesamini & axungiæ cuniculi an. ʒ. j. croci pulverizati ʒ.j. cerę q. s. misce, & fiat vnguentum *Fotus.*
Valentior est fotus imi ventris ex spongia cum camomilla, radice althææ, semine lini, fœnugræco, origano, pulegio, abrotano, mentastro & similibus: & incessus ex de- *Spuma saponis.*
cocto prędictorum, & similium. Spuma saponis vmbilico admota

admota vrinam prouocat, sed valētius Galerus vetus (quo vtuntur fullones, genibus impositō ad lanam oleo imbuēdam apparandam) cum acero acri, calido, vmbilico admotus. Oleum amygdalarum dulcium, vel sesaminum cum saccharo vrinam prouocat, meatusq; reddit molliores, & ideo prius his vtendum, vel hoc. ℞. decocti maluæ syluestris ʒ iij. butyri recentis, & mellis an ʒ j. misce, & fiat potus; vel ℞. pulueris seminis dauci ʒ ß. aquæ mellis solis ʒ ij syrupi de duabus radicibus ʒ j. misce & fiat potus; vel, ℞. pulueris corticum ouorum ē quibus pulli egressi sunt ʒ j. saccharī candi ʒ ij. vini albi optimi ʒ ij. misce, & fiat potus, vel valentius ℞. decoctionis capitum allectorum, vini albi optimi ʒ vj. decoquantur ad medietatem: cui per colato adde theriacæ magnæ ʒ j. In hyeme & sene tutior est hic potus, vel ℞. corticem limacum parum adustarum ʒ ij. decocti capillorum Veneris ʒ iij. vini albi ʒ j. misce, & fiat potus. Hoc potu multi ex suppressione vrinæ morti propinqui sunt ad pristinam sanitatem restituti. Vnum alken kengi valentior, & certissime vrinam prouocat. Vide historiam ab Arnaldo de Vilanoua traditā, quā demonstrat Cardinalem quendam affectum suppressione vrinæ quatuor diebus hoc vino fuisse curatum à medico quodam indocto, & nullius ferè nominis, qui ex paupere diues factus est hac sola curatione. Fiat virum alkekengi hoc modo, accipe poma rubra (quæ ab antiquis dicuntur solanum rubeum) quo tempore vinum fit, quum hæc poma rubescunt, vt cerasa; & sunt plena granis parvis, similibus granis ficuum, habentq; tum saporem bonum cum amaritudine quadam, conseruanturq; per annum filo appensa: & vbi hoc caremus vino, accipe quinq; vel septem poma in puluerem redacta, & vino albo parum decoquantur: quod percolatum bibat æger. Vrinam quoq; prouocat calamus gallinæ oleo tinctus, si meatui penis inseratur, vel cādela cerea, vel algalia argentea à viro experto, (quam catheterem appellant Græci) vt si à vesica ac penis extremita-

Galerus fullonum.

Quæ priora esse debeant.

Potus varij.

A tempore et ætate eo indicatio.

Laus potus.

Historia eximia.

Vim alkekengi confectio.

extremitatem sit aliquid impediens exitum vrinæ, facilius in vesicam redeat, sed hoc non est faciendum nisi à viro docto, & in hoc multum exercitato, ne viæ vrinariæ exulcerentur, vt sæpe fit. *Admonitio.*

De vrinæ suppressione.

CAPVT. XLVI.

Scholium.

VRINÆ SVPPRESSIONEM vrinæ. Vesica pars est instrumentaria quæ vrinam seruat, quo ad molestium sentiat ab eius multitudine, aut acrimonia, vt cenim eam excernit. Vrinæ excretio propria actio est. Vsi autem quatuor symptomata solet accidere, cùm non fit actio, cùm male fit, & cùm depranate. Quando non fit actio, dicitur à Græcis *Ischuria* hoc symptoma ischuria, à latinis vero vrinæ suppressio, de qua disputat auctor præsentis capitis. Ischuria sumitur dupliciter. sumitur. propie, aut propie. In propria vrinæ retentione, in qua libet parte sit affectus: hac ratione, obstructio vrinæ, à lapide, arenulis, sure, aut humore crasso facta, vrinæ transitum impediens, ischuria dicetur. Eam cognoscemus ex eo, quod in regione pubis nullus in vesica appareat tumor, quæ vacua est: tum quia nullum est irritamentum ad vrinam excernendam. De hac ischuria non agitur hoc loco, sed de illa quæ propie sumitur, in qua vrina in vesica sa. contenta, non potest excerni. Causæ illius ischuriæ ex Galeno lib. 3. de caus. symp. cap. 2. duæ sunt, imbecillitas vesicæ & angustia meatus per quem vrina excernitur. Imbecillitas vesicæ ab intemperie calidissimum sui gradum ostendum habet. Angustia meatus duas suas causas præclusionem & obstructionem.

Præclusio

Preclusio etiam duas habet causas. Prima est tumor præter naturam, qui in cernire vesicæ ortus, ipsam cogit concidere. Secunda est Siccitas. Obstructionis quinq; sunt causæ. Prima est grumus sanguinis. Secunda pus. Tertia lapis, ad quam reuocari possunt arenula, & crassa excrementa quæ cõmunem habent materiam. Quarta corpulẽtum tuberculum cervicis vesicæ, aut meatus urinarij, ex vlcere non rectè curato ortum: quod nostris temporibus ex morbo gallico sæpiẽter accidere videmus. Quinta callus in eisdem partibus. Qua ratione hæ distinguantur, & curẽtur, & quod præter dictas ischuria causas soleat esse alia dua, nempe sensus exiguus vesicæ, & immodica quantitas urinæ in præsenti capite habes ab auctore rectè tradita. Dysuria, ita est urinæ difficultas, ab eisdem caulis fit, a quibus ischuria, sed remissorius.

Sanguinis missio in renibus inflãmatis.

Secundo auertentibus *In* sanguinis missione, quæ in renibus inflammatis exercetur, hac ratione distinguens, habebis conciliato: Galeni locos. Si in flammatio hoc est tumor præter naturam sit recens, cum in parte paucus sanguis sit collectus, & multus fluat, sanguinem mitte ex basilica, maiorem enim ex ea factes reuulsionem. Si vero sit inflammatio inueterata, cum in parte multus sit iam concretus humor, & paucus fluat: nunc ex pede sanguis missus iuuabit, multo humore ex parte affecta euacuato. Quod examinauis ita sit Galenus tamẽ in methodo semper, ex pede secat venam.

Curatio ischuria ab humore crasso facta.

Tertio vacuantibus bilem. Consueuit auctor semper, in quolibet inflammatione purgare bilem: nescio certe qua ratione ductus.

Si fiat a pituita crassa. *Si* ischuria ab humore crasso, originem ducat; primo sanguinem mittes, propter venarum affectum, hac enim ratione minuemus humorem obstruentem ne fluat ad renes. Deinde si occasio locum det præparabimus humorem, cũ oximelle, rhodomelle, & alijs, & sic cum purgabimus, cum pilulis paratis ex. Z. i. bene dicte

dicta cum aqua fœniculi. Dices nonne purgabis elleboro, ea *An sit purgandum elleboro.*
ratione qua docet Galenus lib. 6. epy. par. 1 sent. 6. Respondeo non licet, quia ex eodem Galeno, in ellebori assumptione debet fieri magna corporis præparatio, qualis non poterit exerceri in ischuria, ob urgentiam symptomatis: bene tamen in eo, quem dolorem grauem in renibus, per multos dies perdurantem, pati videmus. Post purgationem balnea, in sequenti capite descripta, vtilia erunt. Quæ si non profint, in balneo medicamentum ex cantharidibus constitutum, exhibebis ℞. cantharidum præparatarum g. vij. (quantitatem pro virtutis robore aut imbecillitate augens, aut minuens) cum aqua passinaca fiat potio. *Balnea. Medicamentū ex cantharidibus paratum.*

Quarto prouocantibus vrinam. *Optima aliqua medicamenta hoc in loco proponuntur; solum aduerte nullum ex his imponendum umbilico, sed pubi, aut perineo. Medicamentum etiam ex alliorum capitibus, tanquam ingratum omittatur, sicut illud, quod ex corticibus ouorum, tanquam inutile.*

De renum calculo & vesicæ.

CAPVT. XLVII.

RENVM, & vesicæ calculi duplex est causa, altera, vt materia: altera vt efficiens Materia, est humor viscidus, & pituitosus in ventriculo ob assiduas cruditates genitus. Efficiens tum renum, tum vesicæ calor materiam adaffans, & in lapidem indurans. Differunt inuicem hi lapides: nam renum minores sunt, friabiliores, asperiores, & rubri: vesicæ, contra; & quantum ad colorem attinet, albi sunt, aut paulum ad cineris colorem declinant. Præterea illis prouectæ ætatis homines sæpius quam *Causa. Materia. Efficiens. Discrimē.*

Puerorum natura.

pueri; his pueri, quam ætate prouecti frequentius corripiuntur. Voraces enim sunt pueri, cibisque largius vtuntur, & nulla temporis, ordinis, & illos sumendi habita ratione: quiescere à cibo ingesto non possunt perpetuoque mouentur: vnde crudũ alimentũ per venas, & vniuersum corpus distribuitur. Mollia verò cũ sint illorũ corpuscula, & facilè cedentia, obturari renes non patiuntur. Crassissimę igitur vrinæ in vesicæ amplitudine nullo impediente recipiuntur, ibiq; velut in vino fex, & in aqua limus, crassum illarũ sedimentum subsistit, & à caliditate, quæ multa in pueris est, cogitur desiccatũ, & lapidescit: quo fit vt frequentius in vesicæ lapidem pueri incidant, quem cùm patiuntur, vrinas habent aquæ similes, in quibus subsident saburosa quædam: ipsi insuper assiduè pudendũ scalpunt, idque vel laxũ, vel intentũ præter rationem. Vrina repentè aut in totum supprimitur, aut non nisi guttatim redditur. Sæpè etiam comitatur ani procidentia: certius tamen nullum signum est, quam digitus immissus in rectum intestinum: sic enim, num lapis vesicam infestet, & quãtus ille sit, detegitur. Renum calculus sic deprehenditur: renẽ grauis dolor, & infixi aculei instar, nullo foris tumore apparente infestat. Spina ægrè inflecti potest, crus stupet: quòd è directo laboranti reni respondet. Vomitus præterea, & cibi fastidium adest. Vrina incohante obturatione pauca, & aquosa mingitur, post in totum supprimitur. Aluus cum iam nihil excernat, ad egerendum ſubinde mouetur. Calculo è renibus emoto vrina subsidentiã arenosam habet, & sanguis plerunque excernitur, ob violentiam videlicet asperioris calculi exclusi. Porrò cùm dolores coli sæpe cum nephritide confundantur, non ab re fuerit signa quibus inuicem distinguantur, proponere: sunt autem, quæ sequuntur. Renũ dolor, breue occupans spatium, vno loco innititur immobilis: aut saltem per vreteres declinans ad vesicam protenditur: colicus verò magnam apprehendit sedem, hac illac reuoluitur, & ab vno latere incipiens in alte-

Nota. Sabulum Scalpit.

Suppressio Procidentia ani.

Nota calculorum renum.

Distinctio doloris coli & renũ

alterum fertur, dolore interim ventriculo per tranſitum infeſtato. Præterea colicus affectus à cibo intenditur, nephritis remittitur. Denique in colico dolore vehementior eſt ac magis frequens & vomitus, & nauſea: per vomitum verò excreta tum bilioſa, tum pituitoſa ſunt, quibus aſſumpti cibi aliquid admixtum videtur. Sunt & alia ſigna, ſed breuitati ſtudentibus hæc ſufficiant. *Differunt loca.*

Curatio. victus.

Lapis in renibus, & veſica gigni prohibetur: primo fuga eorum, quæ augent pituitam in corpore, calculi ſcilicet materiam: qualia ſunt alimenta frigida, craſſa, lenta, & difficilia concoctu, vt caſeus, præſertim antiquus, ſalſus panis azimus, animalium partes pingues, & neruoſæ: vt ſunt inteſtina, ventriculus, cor, & ſimiles partes: aues aquaticæ, ſus, bos, lepus, hircus, piſces, præſertim grãdiores, legumina deptis ciceribus: herbę frigidæ, & crudę, cibus largior, & à cibo ſomnus, venus, labor, & balneum, & animi perturbationes, vt ira triſtitia, timor, & ſimiles, quę omni tempore nocent: ſumendi ergo ſunt cibi parcius, quam pro appetentia, bonique ſint ſucci, & faciles concoctu qualeſ ſunt puſſus gallinaceus, gallina, motacilla, quæ dicitur à quibuſdam cauda tremula, coturnix, perdix, hœdus, carnes arietinę præſertim in Hiſpania, & ſimiles. Potus ſit vinum album, aqua liquiritiæ benè dilutum, vel aqua cinamomi, vel aqua ſola optimi fluuii, aut fontis, vel pluuia lis percolata lapide Balearico, vel ſaltem fine arenoſa, & terreſtri reſidentia. *Que noceant.*

Reuulſio.

Secundo, pituitam genitam nobis praua victus ratione vtentibus (ne ad renes fluat) retrahentibus, & auertentibus vt iniecto bis in hebdomada clyſtere hoc leniente, vel ſimili; ℞. decocti maluarũ, radicis althęę, ſeminis lini, & fœnugræci lib. j. butyri recentis, & benedictæ an. ℥ j olei ſeſamini, & camomillæ ana ℥. ij. ſalis ℥. j. miſce, & fiat clyſter, vel ℥. j. medullæ caſſiæ fiſtularis ſumpta in hebdomada: vel ℥. j. diacatholicon, ſemel in hebdomada ſumpta; vel terebinthina benè lota aqua capilli Veneris, vel

Clyſter lenitiens.

Caſſia.

Catholicõ.

Terebinthina. Pilulæ.

vel maluæ,& poſtea cum ſaccharo mixta;hæc enim ventriculum,inteſtina, renes, & veſicam purgat ſine alicuius partis detrimento.Vel pilula vna elephangina,aut ex hiera ſimp.ſingulis diebus,vel alternis ſumpta.

Diuretica pituitosā materiam expellētia

Tertio,pituitoſam materiam,ſi vijs vrinarijs hæſit, ne in renibus, aut veſica lapideſcat, expellemus vreticis, vt drachmis ſex decocti maluæ ſyluestris cum vncia vna ſachari candi,vel vncijs quinque decocti cicerum, & liquiritiæ,aut vnciis ſeptem ſeri caprini,decoctionis liquiritię cum vncia vna ſemis ſacchari candi, vel vncijs octo iuris galli gallinacei decrepiti decoctionis liquiritiæ, maluarum & capilli veneris,ſeminis lini,& fœnugræci.

Alteratio.

Quarto,temperamus calorem harum partium, calculi cauſam effectricē emulſione,quatuor ſeminū frigidorum maiorū,ſyrupis violato,nenupharino ſummo mane ſumptis,oleo violato tepido renibus, & veſicæ ſæpe admoto, lacte caprino,vnguento ſantalato,& ſimilibus vitamus tamen aſtringentia,ne materia calculi retineatur, ſæpe,prę ſertim æſtate lumbos aëri aperimus,pelles,plumas,cæteraque,calorifica contingere lumbos prohibemus.

Expende.

De curatione calculi renū.

Calculus concretus in renibus ſi dolorem efficiat vbicunque fuerit, ſed potiſsimum in vreteribus, expellentibus curatur, frangentibus ſcilicet lapidem, lubricantibus, aperientibus, dilatantibus, & vrinam prouocantibus:prius tamen obſeruare oportet neceſſariam eſſe corporis euacuationem ante vretica, & lapidem frangentia medicamenta,ſiue per ſanguinis miſsionem, ſi dolor fuerit magnus æger carnoſus,ne partes dolentes inflammentur,ſiue per vomitū,ſi vētriculus abūdauerit cruditatibus: ſiue per clyſteres ſi inteſtina,& meatus propinqui,ſiue per alia medicamenta purgantia,ſi fuerit his opus,ne trahantur excremēta à ventriculo,vel alijs partibus advias vrinarias & ibi augeatur dolor vel vrina omnino ſupprimatur.

Sanguinis miſsio.

Vomitus

Clyſter.

Clyſter potionis ante ponendus.

Secundo,conſideranda ſatis eſt, tutiorem eſſe purgationem,quę fit per clyſterem lenientem,& parum acrem, ea,quæ

ta, quę fit per potionem purgantem, seu pilulas præsertim, si sit paucus clyster, ne suo pondere extendens comprimat vias vrinarias, doloremque in ipsis augeat: quia medicamentis purgantibus, præsertim valentibus moti humores per corpus à partibus dolentibus attraherentur. Nõnulli hãc euacuationẽ per suppositoria, seu glãdes faciendã esse tutius censent, quos ego non omni ex parte laudo.

Cur potia non probentur.

Opinio nõnullorum.

Dolor in primis sedandus.

Tertio, sciendum est necessariam esse ante lapidis fractionem doloris curationem omni auxiliorum genere, potionibus videlicet, clysteribus exiguæ quantitatis, fotibus, vnguentis, cataplasmatibus, & balneis vt hoc, aut simili potu; ℞. decocti radicis althææ, foliorum malvæ ℥ & seminis lini ℥.ij. sacchari ℥.j. misce, & fiat potus; vel ℞. olei amigdalarum dulcium recentis ℥. iiij. sacchari ℥. j. misce, vel ℞ decocti camomillę, & radicis althææ ℥.vj. sacchari ℥.ij. misce, & fiat potus. Hic vel similis clyster dolorem harum partium curat, intestina purgat, ac vtramq; viam lenit: ℞. parietariæ, foliorum malvarum, bismalvæ an. m.j. seminis lini, fœnugræci, & camomillæ an. p. fiat decoctum, de quo percolato accipe ℥.vj. olei sesamini, & desemine lini an ℥.ij. benedictæ, & butyri recentis an. ℥.j. salis ℥.j. misce, & fiat clyster. Dolor quoque curatur hoc, aut simili fotu ex decocto seminis lini, fœnugræci, camomillæ, meliloti, radicis althææ, malvæ, parietariæ, & similium. Inde facit hoc, aut simile vnguentum sæpe renibus & vesicæ, & vijs vrinarijs admotum, ℞. olei scorpionum, sesamini, & camomillæ an. ℥.j. axungiæ cuniculi ℥.ij. mucilaginis, seminis lini, & fœnugræci, & pulueris croci ana. ℥.j. ceræ quod sat est misce, & fiat vnguentum. Vel admoueatur hoc, aut simile cataplasma bis in die renibus, & vesicæ; ℞. foliorum parietariæ, senationum, apij, & herbæ medicæ, hoc est alfalfa ana m.j. decoquatur omnia, deinde cum oleis scorpionum, & de semine lini sufficientibus fiat cataplasma, addendo farinæ camomillæ, fœnugræci, & de semine lini,

Potus.

Clyster.

Fotus.

Vnguentum.

Cataplasma.

an. ℥. ß. axungiæ cuniculi, vimlis & gallinæ an. ℥. ij. croci pulverizati ʒ. ij. Optimum quoque est in hoc genere remediorum sæpe admouere renibus, aut vesicæ parietariã, vel herbam medicam diuisam in partes parvas, & parum cum vino albo decoctam, vel rotem marinum cum cineribus calidis, & pauco vino, quod à nostris fœminis dicitur tabalet. Tortella ex ouis quinque, aut sex cum aqua nasæ bene permixtis: & postea frixa cum cepæ albo diuiso in partes minimas, & cum pinguedine porci, & oleo scorpionum iuuat multum. Incessus vsque ad vmbilicum in balneo per semihoram ex decocto radicis althææ, seminis lini, fœnugræci, parietariæ, camomillæ, ficuum, quinque radicum diureticarum, foliorum aliorum & capparum, capilli veneris, liquiritiæ, & similium. Et dum æger sedet in balneo, bibat potum aliquê lapidem frangentê, de qua postea dicemus, his peractis si dolor augeatur, aut si vehemens, nec spem vilam frangendi lapidê det sine periculo fieri, nec narcotica sunt necessaria mixta medicamẽtis enematis, vel clysteribus, vel potionibus, semper attente considerando, quæ diximus in vsu narcoticorum capitibus superioribus, præsertim cap. 40. de curatione colici doloris in hoc tamen dolore drachma vna theriacæ magnæ fermè recentis sex, vel octo mensium est tutior aliis narcoticis, quia simul sensum morbi eripit, vrinã pronocat, & lapidem frangit; vt ℞. theriacæ magnæ sex, vel octo mensium vsque ad annũ ʒ. j. aquæ capilli veneris ℥. ij. syrupi de duobus radicibus ℥. j. misce, & fiat potꝰ. His sic admonitis accedamus ad medicamenta, quæ lapidem frangunt & vrinam pronocant, quorum quædã à qualitate manifesta id faciunt, alia tantum à substantia, seu proprietate alia sunt, quæ à proprietate, & qualitate simul manifesta. Quæ à manifesta qualitate agunt, arrata, non

Tabalet.

Tortella.

Incessus in balneo.

Narcotica

Theriaca tutior.

Potus.

Fragentia lapidem à qualitate manifesta

vehementis caloris: quia vehemens caliditas exicando, & resoluendo lapidem duriorem faceret: incisio enim in his maior solet esse caliditate: quæ tamen lapidem re-

num

num frangunt (præter panca) possunt vesicæ lapidem frangere, quamuis maiori vi egeat lapis vesicæ ob magnitudinem, duritiem, & distantiam maiorem. Medicamenta quæ recte lapidem renũ, aut vesicæ frangunt, multis facultatibus, ac naturis egent, quę raro vel nunquã in simplicibus reperiuntur. Primo, vrinam prouocant, ac humores secum ad vias vrinarias trahunt. Secũdo in renibus, aut vesica ipsa, vel facultates earum tempore debito detinẽtur, vt possint lapidem frangere. Tertio, renes, & vesica ab ipsis corroborantur, vt postea lapidem fractum expellere possint: hoc Galenus docet. 10. de compositione medicamentorum secundum locos. Simplicia quæ lapidẽ renum & vesicæ frangunt, à gramissimis & antiquis medicis, & à me sæpè experta haec sunt, vinum scilicet, præsertim album, radix graminis, semen maluae syuestris, ceterac, capillus veneris, pentaphyllon, radices cannarum, blitis, crocus, cinamomum, polium maius, cicera nigra, radices quinque diureticae, asparagi scilicet, petroselini, fœniculi, bruscr, & apij raphanus, bdelium, cortex ciperi Aegyptij, cortex radicis capparis, armoniacum, ameos, saxifragia, vrtica, chamaepitys, milium solis, amygdalae amarae, nuclei ceraſorum, grana hederae, nuclei persicorum, siliqua fabarum, eryngium, cuius vim in hoc morbo vide apud Aetium. Aquæ seu decoctum ex his, & similibus quantitate vnciarum quatuor vsque ad vncias sex cum melle in hyeme, & saccharo in aestate ventriculo vacuo est exhibendum: semper tamen praecedat lenitio, & mollificatio viarum vrinae per oleum sesaminum recens, vel amygdalarum dulcium cum saccharo tando, vel per decoctum maluae syluestris cum butyro, & melle vel per terebinthinam bene lotam.

Discrimen renum & vesica.

Simplicia lapides frãgentia.

Lenitio præcedat.

Sunt etiam & multa alia valentiora medicamenta lapidem fragantia, vt lapis Iudaicus (de quo Dioscorides quinto libro capit. nonagesimo tertio) quamuis praeparatus in lapide marmoreo, admodum sepli,

Valentiora.

Lapis iudaicus.

lapidem veſicæ frangit cum vncijs quatuor ſemis decocti diuretici, vt capilli veneris: aliqui tamen, vt Galenus nono de facultatibus ſimplicium medicamentum, lapidem ſolum renum frangere exiſtimant. Quidam huius lapidis præparati drachmam ſemis præbent cum pauco vino albo.

Cinis ſcorpionum. Cinis ſcorpionum aſſatorum validè, & violenter calculum veſicæ frangit pondere granorum quatuor hordei cum vino malua tico. Ego nō auderem eo vti: oleum tamen ſcorpionum pectini admotum ſæpe confert, & eius iniectio per penem.

Lapis ſpongiæ. Lapis ſpongiæ renum tantum calculos frangit, vt quibuſdam medicis grauiſsimis placet. Dioſcorides tamen ſcribit frangere etiam veſicæ lapidem. Cuius doſis eſt à drachma ſemis ad drachmam vnam cum pauco vino, vel decocto aliquo vretico.

Lapis lyncis. Lapis lyncis calculos renum, & veſicæ frangit. Doſis eſt drachma vna cum pauco vino albo, aut liquore aliquo vretico.

Cinis leporis cōbuſti. Cinis leporis combuſti valenter frangit lapides renum, & veſicæ. Doſis cochlearium vnum, vel drachma vna vſque ac drachmam vnam ſemis. Forma comburendi leporem tradita eſt à multis, & à Matthæo de Gradi, capit. de lapide renum, & veſicæ, & ab omnibus fermè pharmacopolis cognita eſt: Plinius tamen libro vigeſimo octauo ſcribit renes leporis exiccatos lapides renum, & veſicæ frangere.

Cinis corticum ouorū gallinaceorum. Cinis corticum ouorum aduſtorum, à quibus pulli ſunt egreſsi, valenter frangit lapides renum, & veſicæ, à me ſæpe eſt expertum hoc medicamentum. Doſis à drachma ſemis uſque ad drachmam vnam cum vino albo, vel aliquo alio liquore vretico.

Sanguis hirci. Sanguis hirci præparatus valenter frangit lapidem renum & veſicæ, eſt expertus à multis, & à me, facileque obtinet principatum in curando hoc morbo. Eius doſis

doſis eſt à dracma ſemis vſque ad drachmam vnam.

Cinis motacillæ,quam caudatremulam vocant, valenter,frangit lapides renum,& veſicæ, & caro huius auiculæ tam elixa,quàm toſta habet eandem facultatem. *Cinis motacillæ.*

Lapis hominis,vel porci lapides renum frangit,autore Galeno,ſed aliorum ſententia renalis lapis frangit renum lapides,& veſicæ calculus comminuit veſicæ calculum. A me non eſt expertum medicamentum,neq; à meis præceptoribus. *Lapis hominis, vel porci.*

Puluis cimicis lapides quoq; frangit. Doſis drachma ſemis cum vino albo,vel aliquo alio liquore vretico. Nõ ſum expertus:viuæ tamẽ per penem immiſſæ vrinam prouocant,quemadmodum pediculi. *Puluis cimicis.*

Puluis oſsium meſpilorum lapillos renum,& veſicæ frãgit. Doſis à drachma ſemis vſque ad drachmã vnam. Eſt à multis,& à me hic puluis ſæpè expertus. *Oſſa meſpilorum.*

Puluis corticum auellanarum frangit lapidem. Doſis drachma vna. Decoctum etiam earum eadem vi pollet. Eſt expertum medicamentum. *Puluis corticum auellanarum.*

Puluis anſeris combuſti cum pauco vino albo frangit lapidem,vt aliquibus autoribus placet. *Puluis anſeris.*

Puluis pullorum hirundinum combuſtorum frangit lapidem. Doſis drachma vna.Carnes eadem facultate præditæ ſunt. *Pullorum hirundinum puluis.*

Lapides inuenti in capitibus gallorum, & columborũ veterum frangunt lapidem cum pauco vino albo.Doſis à drachma ſemis vſq; ad drachmam vnam autore Plinio lib.30.Chriſta galli gallinacei habet eandem vim,vt quidam arbitrantur. *Lapides gallorum gallinacei ceorũ, & columborũ.*

Puluis veſicæ muſtellæ frangit lapidem. Doſis drachmæ duæ. *Puluis veſicæ muſtellæ.*

Puluis veſicæ apri cum vrina exiccatæ(Plinio autore libro decimoquinto)frangit lapidem.Multi alij volunt ſolam vrinam apri hac eadem vi præditam eſſe. *Puluis veſicæ apri.*

Puluis cornucerui aſſati frangit lapidem.Doſis drachma vna. *Cornu cerui.*

ma vna.

Pulvis foliorum mori. Puluis foliorum mori valenter frangit lapidem. Dosis drachma vna.

Pellicula interior. Pellicula interior ventriculorum pullorum gallinaceorum frangit lapidem: vt docet Plinius lib. 30.

Lapides vesicæ fellis bouis. Lapides inuenti in vesica fellis bouis frangunt lapidem.

Renes asinorum. Puluis renum asinorum frangit lapidem, vt scribit Plinius lib. 28.

Cinis glandium. Cinis glandium frangit quoq; lapidem, vt docet Plinius lib. 24.

Lumbrici. Lumbrici terrestres frangunt lapidem, autore Plinio, lib. 30.

Lapides hepatis apri. Lapides reperti in hepate apri lapidem quoque frangunt, vt vult Plinius lib. 28.

Cinis Erinacij. Cinis Erinacei combusti rumpit lapidem, præsertim si reperiatur in ijs rubum, cuius rubi fructus habent hãc vim, vt ego sum expertus. Dosis à drachma semis vsq; ad drachmam vnam.

Stercus columbinum. Stercus columbinum mistum cinamomo, & theriacæ magnæ frangit lapidem: vt ℞. pulueris stercoris columbini, cinnamomi, & theriacæ magnæ an. ʒ. ß. aquæ capilli Veneris ʒ ij. syrupi de duabus radicibus ʒ j. misce, & fiat potus.

Pulvis scarabei. Puluis scarabei combusti, & apis fortiter cõminuit calculum. Dosis ab scrupulo semis vsq; ad drachmam semis.

Cinis leporis. Cinis leporis, & præsertim capitis valenter frangit lapidem, & carnes eiusdem habent eãdem vim, si comedãtur.

Pulvis cãtharidum et cadarũ, & noxia earum. Puluis cantharidum præparatarum, cicadarum, & noctilucarum valentissime frangit lapides, & eo non est vtendum, nisi cùm alia non suffecerint. Præparandi forma scripta est cap. 44. de curatione hydropis: quam etiam hic decreui indicare. Accipe duas, aut tres cantharides demptis

Forma præparandi cantharides. capitibus, & pedibus tantum, vt Hippocrates, & Dioscorides docent, & non alis, vt Arabes volunt, benè pistas: quibus adde dragagant, & gummi Arabici in aqua maluarũ dissoluti.

diſſoluti, an drachmas tres: poſtea in vmbra exiccentur, & eodem modo bis, vel ter infundantur omnia in decoctum maluarum, & tãdem fiant trochiſci. Quorum doſis eſt ab ſcrupulo vno cum pauco oleo ſeſamino, vel amygdalarũ dulciũ, vel decocto maluarum.

Compoſita.

Compoſita medicamenta, quæ lapides renum & veſi-cæ frangũt, parari poſſunt omnia neceſſaria, & vtilia huic morbo, melius quàm ſimplicia, vt ſuperius diximus. Et quãnis ſint multa à doctoribus tradita, in præſentia nobiliora & magis experta trademus: vt ℞. cineris vitri, cineris ſcorpionũ, cineris canis nabati, cineris leporis, ſpongiæ, ſanguinis hirci præparati, cineris corticum ouorum, à quibus pulli egreſſi ſunt, lapidis Iudaici, gummi nucis, acocis, acori, an partes æquales, ſeminis petroſelini, dauci, pulegij, gummi Arabici, ſeminis althææ, & piperis, an. partem vnam, & ſemis, mellis q. ſ. miſce, & fiat confectio. Doſis, drachmæ tres cum aqua, vel aliquo decocto vrtico. eſt medicamentum expertum & ſaluberrimum. Hoc quoque medicamentum eſt optimum, & ab eruditiſsimis medicis probatum: ℞. lapidis Iudaici, gummi ceraſi, lapidis ſpongiæ, corticis meloni, liquiriciæ, an. ℥ iiij. ſeminis dauci, vitri cõbuſti, abrotani, an. ℥. j. medullę granorum pini, & amygdalarũ dulcium, an. ℥ iiij. mellis q. ſ. miſce, & fiat confectio. Doſis drachmæ tres. Hoc etiam medicamentum eſt vtiliſsimum, & valenter frangit lapides renum, & veſicæ: ℞. ſanguinis hirci præparati, lapidis Iudaici, lapidis inuenti in veſica feminis vaccę aut tauri, aniſi, aſari, amygdalarum amararum, ſeminis cucumeris, bdellij, coſti, an. æquales partes, mellis quod ſufficit, miſce, & fiat confectio. Doſis drachmæ duę cum decocto rubeæ, vel aſari, vel camomillę. Hoc medicamentum Galeni 10. de compoſitione medicamentorum ſecundum locos valenter frãgit lapides, & purgat renes, & veſicam, & dolores curat: ℞. caſsię ligneę ℥ ij. ſeminis apij ℥ iij. myrrhę ℥. x. piperis ℥ ij. olibani ℥ iij. lapidis de ſyria maſculi, vel fœminę

Lapides frangẽtia.

Cõfectio ſaluberrima.

Altera cõfectio.

Tertia.

Quarta.

fœminæ ʒ j. seminis pastinacæ, aniſi. an. ʒ ij. ſpiciæ nardi ʒ ij. amygdalarũ amararum, aſari. an ʒ iij ſtoracis, ireos. an. ʒ iij. ſeminis papaueris albi ʒ ij. ſeminis cyperi ʒ ij. mellis quod ſufficit, miſce, & fiat confectio. Quidam medicus eruditus laudat non parum ad lapides frangendos cibum, qui fit ex hepate pulmone, renibus, & teſticulis cum priapo hirci, cũ croco, cinnamomo, & melle, & poſtea imple inteſtina hirci hac mixtura. Doſis ſunt duæ, aut tres bucellæ. Habet tantam vim hoc medicamentum ad lapides expellendos, vt non ſolum à renibus, & veſica, ſed ab annulo comedentis fracti omnes excutiantur. Res eſt monſtroſa. ſi vera eſt. Præter ſupradicta quatuor medicamenta compoſita ſunt, multa alia à doctoribus laudata, & probata; inter quæ litrontipon à drachma vna vſq; ad drachmas duas, theriaca magna, & mithrydatium, electuarium ducis, dialacca, & diacurcuma ſunt magis in vſu, & magis experta: quamuis multa alia ſcripta ſint, & etiam componi poſsint ex ſimplicibus ſuperius dictis, & ſimilibus: ſemper tamen, vt ſuperius admonuimus, præcedant hæc vretica, & que lapidem frangunt mollientia, & anodina externa, & interna: de quibus iam ſatis diximus. Sed præter illa vtilis erit hic, aut ſimilis clyſter ſemel, vt minimũ in die: ℞ florum camomillæ, p. iij. meliloti, fœnigræci, ſeminis lini an. p. ij. ℔ ſeminis fœniculi ʒ ℈. olei lib. vj. vini lib. j. decoquantur omnia ad vini conſumptionem, poſtea conſeruetur oleum percolatum. Doſis cuiuſlibet clyſteris vnciæ ſex. Sæpe in die, vel ſaltem ter vngatur pecten, femur, & tota regio veſicæ, & renes, ſi opus fuerit, hoc vnguento; ℞ axũgiæ capi ʒ j. axungiæ anatis, gallinæ, & cuniculi. an. ʒ ℈. axungiæ vrſi, medullæ cruram vrſi, vel vituli, & threriacæ magnæ. an. ʒ iij. emplaſtri ſilij Zachariæ ʒ vj. olei ſcorpionum, lumbricorum, camomillæ, & anethi. an. ʒ ℈. ceræ. q. ſ. miſce, & fiat vnguentum. Sæpe quoq; admoueatur parti dolenti veſica porci, vel hirci plena ſequenti oleo; ℞ olei lib. j. florum camomillæ. p. j. ℈. vini optimi lib. ℈. decoc

Medicus cuiuſdãcibus, aut bolus.

Obſeruatio.

Clyſter.

Vnguentũ

Veſica ad mouenda.

ſ decoquantur omnia donec vinum conſumatur: cui percolato adde olei lumbricorum de lilio, & ſeſamini, an. ℥ iij. olei ſcorpionum ℥ ij. miſce, his impletur prima veſica.

Ad implendas alias veſicas ℞ florum camomillæ, melilo ti, vtriuſque ſtichados, iuæ arteticæ. an. p. j. foliorum vrticæ. m. ij. parietariæ. m. iiij. radicum althææ ℥ ij. maluarum. m. ij. ſ. ſeminis lini, fœnigræci, & milij ſolis. an. ℥ j. ſeminis fœniculi, & carui. an. ℥ iij. liquiriciæ ℥ j. ſ. fiat decoctum in libris duodecim aquæ, donec tertia pars conſumatur.

Balneorũ vſus moderatus.

Inter ea, quæ maximè vtilia, & neceſſaria ſunt ante vſum, & in vſu vreticorum, ſunt balnea vſq; ad vmbilicum ex decocto rerum dictarum ſuperius, quæ vias vrinarias aperiunt, molliunt, & dolores ſedant: hæc tamen temperatè, & non in frequentiſsimo vſu conferunt, ne pars dolens, & ægra fiat nimis apta ad recipienda excrementa totius corporis, & humores, & iterum generentur lapides: ſemper tamen ventriculo, & inteſtinis vacuis oportet ingredi balneum. Præter hęc balnea, quæ fiunt ex rebus vreticis, & lenientibus, ſunt alia multa naturalia balnea calida, ſulphurea, vel ſalſa, quæ habẽt vim manifeſtam, & occultam prouocandi vrinam, & lapidem frangendi: quæ quotidie experimur apud Italos, Gallos, Hiſpanos, & precipue inter Vaſconiam & montes Perinæos ſunt optima balnea dicta de Cauteres. De his Philoſophus vigeſima quarta particula problemate vltimo.

Proble. vltimo. 24. part.

Cauté diuretica eſſe exhibenda.

In exhibendis vreticis medicamentis debet eſſe prudens medicus, & non audax: ſed ſemper: ſi fieri poteſt, ab ijs abſtineat, præſertim valentibus, niſi vrgente dolore, & præſente calculo, & neceſsitate: quia ſæpe ex vſu eorum immodico fiunt vlcera, vel ardor vrinæ profluuium, & tandem alij morbi pernicioſi.

Cucurbitula.

Cucurbitula renibus admota mouet lapidem, & poſtea admota per vreteres verſus veſicam ducit ipſum ad eam.

Si vrina ſupprimatur.

Aliquãdo lapis inter veſicam, & penem infixus vrinam ſupprimit; & inſtrumẽto argẽteo dicto catheter, ſeu algalia im

lia impellenda est ad vesicam vel scapo petroselini, vel calamo galline, vel candela cerea. Si verò appareat, ferreo instrumento extrahatur. Aliquando necessaria est incisio in pene. Si fuerit prędurus, & magnus lapis in vesica sola incisione extrahi potest: hęc tamen facienda est à viro perito, & docto: incisio verò pro magnitudine lapidis erit facienda, quę cognoscetur immisso digito per anum: & postea curetur vlcus per consolidantia, & glutinosa, & per cibi, & potus abstinentiam. Si sanguis in vesicam descenderit, ibiq; coalescat, antequã putrefiat, theriaca magna, vel coagulo hœdi cũ decocto liquiricię euacuabitur prima.

Incisio, & eius curatio.

De Renum calculo & vesicæ.

CAPVT. XLVII.

Scholium.

RENVM & vesicę calculi. *Vrina sequẽter supprimitur a renũ calculo, aut vesica. Proinde breuiter, qua ratione huic malo occurrendũ sit, explicabo. Prius autẽ scias velim me consulto omittere multa, quæ in calculi disputatione proponũtur (ea enim habeo diffusse scripta, in lib. de simpli. med. fac. quem imprimendũ statim, domi seruo) solũq; supponere, materiã, causam efficiẽtem, & generationẽ calculi, vt inde colligamus essentiam, medicamentorũ quæ ipsem cõminuere nata sunt. Calculi materia est humor crassus, siue sit pituita, aut melancholia. 3. de alim. fac. cap. 6. siue puriletta substãtia epy 6. par. 1. cõ. 15. Causa quę calculũ efficit est, calor immodicus quãtitate, aut tẽpore: nõ autẽ frigiditas, vt male voluit Valleſius, lib. 6. epyd. non considerans ex Galeno, ac proinde ex veritate, viuente animali non posse, tantũ frigiditatẽ intendi, vt ex*

Calculi materia. Causa efficiens. Valleſius errat. Modus generationis calculi.

ut ex ea aliquid concrescat in duritie. Generatur calculus, calore euaporante humidã partem crassi humoris, & reliquã concrescente, ita ut si ille concretus humor in renibus morã faciat, ab altero augeatur, quoad lapidis magnitudinẽ ex arenula acquirat. Lapis in renibus generatus, & detentus, dolorem grauẽ efficit, 6 epy par. 1 sent. 6 qua. 1 renes non sentiunt nisi per membranã. Vallesius eodem loco existimat, magnũ lapidẽ, quãdo excidit ex carne renis, acutũ dolorẽ inducere. Id colligit ex eo quod hunc dolorẽ difficile distinguere possumus, a colico dolore. Qua sententia facile refutabitur, ab eo qui considerat, carnẽ renis esse in consilio, ac proinde neq. a magno lapide posse acute dolere, quod exẽplo inflammationis docet gal 6 apho com. 5. addit in carne renis non posse generari lapidẽ, quia deficit locus nẽpe cauitas. Et ita Galenus. 6 epy. agens de lapidis generatione, semper eius meminit: accedit quod si in carne renis lapis generaretur, non posset ad ureterẽ permeare. Probatio etiã infirma est, quia cũ principiũ ureteris, sit iuxta colon, dolor a lapide in eo cõcreto existatus, bene poteris a nobis colicus iudicari, præsertim acutissimus cũ sit, Ureteres enim multũ sensiles ex natura sunt. Hunc uenũ dolorẽ neophytum appellamus. Quẽ Vomitus primo pituita, & deinde bilis aruginosa comitatur. Ratio hæc est. Hic dolor ad se attrahit sanguinẽ, & spirituũ magis, quibus destitutus ventriculus debilitatur, & cũ sit potissima naturalis officina, cã eo minus in cibis autẽ quæ sumit iuxta renẽ, a calidate bilis adurit & si aruginosa, quæ ad ventriculũ languidum expulsa vomitu euacuatur. Franciscus Vallesius 7. epy. cõ. 59, dubitat, qua ratione lapidis existẽte in uno rene, aliquis fiat urina: aut suppriminatur: si verũ est ex Galeni sententia partes gemmas affines esse, ut una lasa altera agentes. Respõdet Venas emulgentes, simul oriri ex vena cana, ac proinde raro unũ renem, a lapide cogere, quin alter, a crassis succis & acidis obstruatur. & deo urinã suppriminí, aut colatã per unius renis parenchymã ex-

Dolor grauis renes non sentiunt nisi per membranã. Vallesius eodem loco errat.

Nephritis Vomitus in nephritide.

Dubitatio a Vallesio proposita.

Solutio eiusdem.

excerni. Hoc autẽ intelligẽdũ eſt, in affectibus dolorẽ generatibus, quia in indolẽtibus bene poteſt eſſe affectio in vno rene, altero nõ ceſſante ab actione. Quod confirmat in bone, quẽ totũ renẽ corruptum habuiſſe & per vrinã excretum, ſe vidiſſe teſtatur, qui vrinam altero rene ſolo reddebat. Quid ſi in vreterem prodijt lapis, & ſupprimatur vrina? id inquid fieri quia ob dolorem perit nixus muſculorum abdominis, qui ad reddendam vrinam neceſſarius maxime eſt. Hæc Valleſius. Quæ omnia falſa ſunt, inprimis cum reſpondet, emulgentes venas acaua oriri, ac proinde affecto vno rene alterum affici, rem falſam ſuppoſitionis; nempe ſimul debere affici duos renes, hoc enim eſt contra experientiam, quia tudies experimur lapide in vno rene exiſtente, alterum renem rectè operari, ea ratione qua affecto vno oculo ſæpe, alter illeſus ſeruatur. Neque diſtinguit rectè, quia ſiue ſit affectus dolorificus, ſiue indolens, affecta vna parte reliqua optimè aget. Preterea ſi duo ſunt renes, & duo vreteres, quis ſibi poterit perſuadere lapidem, vnum vreterẽ obſtruẽtem ſupprimere vrinam. Ratio ex nixu muſculorũ deſumpta nil perſuadet, quia muſculi abdominis non habent veſicam ſubiectam, qua intra oſſa pubis latitat, & ſic poteſt comprimi ſolum quando repleta eſt, a muſculis rectis, ea parte qua oſſibus pubis adhærent. Adde vrinam excerni a facultate naturali, quæ expultrix dicitur. Tum ſi propter dolorem ceſſat muſculorũ nixus, debuit etiam in colico dolore ceſſare, & eadem ratione vrinã ſupprimere. Experimẽtum etiam illud, quod adducit, corrupti renis & per vrinam excreti tanquam impoſsibile omittendum eſt, ſi enim vreteres tenſi ſeruantur a renibus, ren corruptus per quam partem ingredi poterit vreterem laxatum? tum ſi rẽ corruptus, vrinam nõ attrahebat, qua ratione renis fiſtula deducebantur ad veſicam? omiſſo ergo hac in parte Velleſio, qui controuerſiam ponit vbi nõ eſt: dico naturã duos fabricaſſe renes, vt impeditam vnius actionem, alter ſuppleret (non vt & eluis

Refutatur Valleſius.

Dubitationis ſolutio.

voluit Valleſius ne facile obſtruerētur) & inde ſequi eſſe impoſſibile (recte ſe habente collo veſicæ) a lapide in vno rene contento, poſſe vrinā ſupprimi. Quod ſi vrina ſuppreſſa contingat, neceſſario in duobus renibus erit obſtructio: aut ſi in vno tantum rene ſit lapis (quod ex dolore colliges) excrementa craſſa in veſiccam delapſa obſtruere eius collum & impedire vrinæ tranſitum. Qua ratione diſtinguatur, dolor nephriticus, a colico capite de dolore colico explicatum habes.

Calculus concretus in renibus. *Medicamenta renes expurgantia.*

Quando aliquis ſolitus eſt lapidem in renibus generare, eo tempore quo arenulas emittit, neq; dolore cruciatur, poteſt habere vſitata aliqua medicamenta renes expurgantia: qualia ſunt mel cum vino albo, mel cum puluere oſſium meſpilorum, lecoctum paſtinaca cum melle, aqua diſtillatitia florum fabarum cum melle, & ſimilia. Si lapis exiſtat in vreteres acutum excitans dolorem, dilatantibus viam indigemus, ſimul etiam poſſumus frangentia lapidem aſſumere. In dolore hoc nephritico auctor ſanguinem mittit, ſi æger ſit carnoſus: quaſi ſolum oporteat ſecare venam in plethoricis affectibus? Secabimus ergo venam in magno dolore, non propter dolorem, quia hic cū deiciat vires potius eā impedit: neq; propter morbum, quia lapis ſui ablationem indicat, qua ſanguinis miſſione, excerceri non poteſt: ſed propter morbū magnū qui futurus timetur, nempe inflamationē. *Sectio venæ.*

Secundo conſiderandum. Non recte hoc in loco rem explicat auctor, quia ſi multus humor contineatur in venis, potius medicamento purgante per os aſſumpto euacuabitur, quam clyſteribus lenibus. *Taxatur auctor.*

Tertio ſciendum eſt *Dolor nephriticus aut* vrget, *aut non.* Si vrget, cum deiciat vires, ad ſe trahit curationē, & ideo ſedandus eſt. Quod commode præſtabit hoc vnguentū, extensum poſitum in ilibus ſupra locum dolentem. Rx oleī ſcorpionum, & camomillæ ana ℥ij. vnguenti aragon, & axungiæ gallinæ ana ℥ j. Philonij maioris ℥ ij. ceræ *Curatio doloris vrgentis.*

parum fiat vnguentum. Hoc dilatat partem emollientibus, & ſtupefacit narcotico medicamento. Poſſumus etiã vti aliquo ex dictis oleis, cum gra. iij. oſtij pexnixto. Per os aſſumere poteſt ager theriacam magnam, quando fermẽtationem patitur, quo tempore ſtuporem inducet, quia epium adhuc ſeruat vim: aut ℥. j. Philonij maioris (quod poſt duos annos totius eſt) cum aqua paſtinacæ, aut fenuculi, vt permeet. Quod ſi neq; remedijs dictis cedatur dolor, in balneo (quod ſtatim deſcribetur) bibat medicamentum narcoticum: aut, ſi hoc non poſſit, aſſumat, quæ vim habent calculum comminuendi, oleum amigdalarum dulcium, cum melle, aut ſaccaro candi appellato, quod etiam habet lubricandi vim: pulvis etiam oſſium meſpilorum, vulgo azerolles vtilis eſt, ſicut & hæc potio ℞ Diatrionipon. ℥. j. ℈. pul. elec. ducis. ℥. ℈. cum. ℥. iij. aqua paſtinacæ, fiat potus. Si dolor non vrget curatio a cauſa ablatione incboabitur, propellentes lapidem a renibus ad veſicam, medicamentis quæ calore & humiditate laxando, vrete res dilatabunt. Hoc exterius applicatis, & clyſteribus pſtabis. Exterius multis poteris vti vnguentis; illud, quod paulo ſupra deſcripſimus ab eo auferentes Philonium, accommodatum eſt. Sicut & hoc alterum. ℞ Vnguenti agrippæ ℥. j. olei ſcorpionum. ℥. ij. olei rutacei. ℥. ℈. cerę parum fiat vnguentum, cui adde axungia cuniculi. ℥. ij. His inungatur diu regio, & ſuperponantur herbæ medicæ folia, a caliditate moderate madentia, vulgo alfalfa ab ſa ſuor. Clyſteres parare poteris ex ruta, anetho, faniculo, maluis, furfure, ſemine lini, & fœnugreci: decoctioni addens, benedictæ confectionem, caſſiam, ſaccarum rubrum, oleum rutaceum, aut butyrum. Quod ſi his remedijs dolor non remittitur, ad balneum vniuerſale deuenendum erit, paratum ex aqua, in qua lauer ſu ſicc vulgo crexenaſes, parietaria, altheæ, malua, & ſemen li nis bulliserint: ita vt ex eiſdem herbis meatus vrinarij fricentur, vt dilatentur. Quod ſi ager noluerit ingredi balneum,

Curatio nephritidis cũ non vrget dolor.

Exterius applicãda

Clyſteres.

Balneum.

balneum, prædictas partes, eadem aqua fouebit, spongia, vel lana. Si his omnibus peractis lapis semper resistat, neq; excernatur, imo suppressionem vrinæ efficiat, paucos ab ea liberari videbis. Quod si descendat ad vesicam lapis, & ibi vrinam supprimat (quod ex pubis tumore intelliges) veteres solebant anea fistula, lapidem a meatu amouere. Sed quoniam nimium est doloris cum instrumentum hoc, præstabit id cerea candela, oleo amygdalarũ dulcium (obdolorem) inuncta efficere. Si vero per vrinæ meatum excernatur lapis, eisdem medicamentis vtere. Quæ si non prosint & lapis in medio vrinæ quiescat, extrahendus erit sectione recta per meatum facta, cauẽdo semper ne fistulosa vulnerentur corpora, quia non poterit vlcus ad cicatricem venire.

Si lapis in vesica vrinã suppримat.

Si sit in vrina meatu.

His sic adnotatis accedamus ad medicamenta. *Nullũ* datur medicamentum a tota substantia lapidem frangẽs: quia lapis non est morbus, tota substantia nobis contrarius, ac proinde pellis leporis cremata, lepus decollatus, aut viuus in fictili vas crematus: leporis renes cremati, cimicis singula aquilinæ palumborum, testae cochlearum stercus murium, cinis cancrorum, vermium terrestrium, & passerculi: calculus, quem quis prius reiecerit, lotium capræ montanae, cicadae aridae, hepar asini, & similia a practicis descripta somnia sunt. Erunt ergo solum ex medicamẽta lapidem frangentia, quae calida modice sunt, & tenuium partium, hæc enim penetrando per lapidis substantiam, eam dissidere possunt. Calculi vesicæ difficulter aut nulla ratione possunt frangi propter loci distantiam, ob quam in transitu exolvitur medicamentorum vis: ac proinde ad chirurgiam veniendum erit, aperientes vesicæ colium, & calculum extrahentes. Quam sectionem multi nostris temporibus, felici successu exercent.

Non dãtur medicãmẽtum tota substãtia frãgẽs lapidẽ

Medicamenta lapidem frãgentia.

Calculi vesicæ non possunt frangi.

De Ardore vrinæ.

DE CVR AND. MORB.

CAPVT XLVIII.

Descriptio

ARDOR vrinę, quam medici & ſtrangu-
riam,& ſtillicidium vrinæ nominant, tum
fit,cùm ęgri aſsiduè admeiendum irritan
tur,vrinaq; paulatim, & guttatim reddi-
tur. Prouenit propter vrinæ acrimoniam,

Causa.

quam ipſa acquiſiuit vel ob caliditatem hepatis, aut rerũ acrium vſum, maiori tamen ex parte ob bilem commixtam,quam natura ſæpe per eã,partẽ expellit: à quacunq; tamen cauſa proueniat, ea qualitate prædita eſt vrina, vt & ad meiendum continuò ſtimulet, & renes ſæpe,atq; ve ſicam exulceret. Nonnunquam etiam accidit hæc paſsio ex vlceratione veſicæ,aut, ex abceſſu rupto vel in renibus, vel in veſica. Puris enim acrimonia idem, quod de vrina

Nota.

dictum eſt,præſtare poteſt. Cæterum ſi ex acri vrinæ qualitate hoc contingat,vrinę ſunt biliioſiſsimæ, & vniuerſus corporis habitus, & reliquæ etiam notæ biſem teſtantur. Si vel ex vlcere,aut abſceſſu,ex proprijs tũ vlceris, tũ abſ

Vtendæ eſſe medicamenta lapidẽ frãgentia.

ceſſus notis hoc ipſum dignoſcitur. Monẽdi in hoc morbo tyrones in medica arte ſunt, ne cõniuentibus,quod aiunt oculis cauſas huius mali inſpiciant:decipiuntur enim paſsim credentes ex veſicæ calculo oriri, vnde medicinas cõminuendis calculis accommodatas miſeris ęgrotãtibus miniſtrant,quod in eorum pernicię vertitur:augetur enim per ea medicamenta,quæ calida facultate ſunt prędita,vrinæ acrimonia:vnde vlcus aut in renibus,aut in veſica generari neceſſum eſt,ideoq; iugi cruciatu torqueri,qui in tã

Hiſtoria obſeruãda

impias carnificũ manus inciderunt: quemadmodũ cuidã meo tempore contigit, qui initio remedia neceſſaria fugiens, poſt empiricorum omnia remedia amplectens in vrinæ multitudinem lapſus eſt, & eos morbos,à quibus deinde periti medici leuare minimè potuerunt.

Curatio.

Stranguria,ſi à calculo fiat,curatur ijs,que diximus ſuperiori capite,Si ab vlcere,abſtergentibus, mũdificãtibus,

& incar

& incarnantibus (vt ita dicam) vlcus: de quibus cap. 28. de curatione ſputi ſanguinei diximus: quanquam hic miſcenda ſunt, quæ clementer ad vias vrinarias alia medicamenta deferant. Si ab acrimonia, auferentibus cauſam. Primò, ſi bilis eſt vrinæ mixta, vtcunq; frigido, & humido, vt vſu lactucæ, portulacæ, cichoreæ, vtriuſq; malue, cremoris hordei, & ſimilium: quatuor tamen ſenna frigida maiora ſola nocent prouocando vrinam. Prodeſt fugere acria, ſalſa, acetum, coitum, labores animi, & corporis. *Si ab Acrimonia curatio.* *Quæ fugienda.*

Secundo, ſanguinis miſsione per ſectionem venæ hepaticæ dextræ euacuando ſanguinem plenitudini & robori reſpondentem. Hęc refrigerat hepar, bilem vacuat, & à vijs vrinarijs auertit. *Sectio venæ.*

Tertio, purgantibus bilem prius ſumpto ſyrupo roſarũ ex infuſione ſiccarum cum aqua portulacæ per tres, aut quatuor dies ad tollendam bilis acrimoniam, & caliditatem, medicamentis clementibus; vt caſsia fiſtulari, manna, tamarindis, myrobalanis citrinis, & rhabarbaro, vt hoc aut ſimili potu; ℞. medullæ caſsiæ fiſtularis recens extractæ ℥ j. rhabarbari electi infuſi per noctem in aqua endiuiæ ℥ iiij. ſyrupi violarum ℥ j. aquæ borraginis, q. ſ. miſce, & fiat potus. Et quia morbus eſt diuturnus, hac confectione fiat vacuatio frequens; ℞. medulę caſsiae fiſtularis recẽs extractae ℥ j. medullae tamarindorum, & diaprunis ſoluti ui, & conſeruae roſarum recentis, an. ℥ ſ. mucilaginis ſeminis pſyllij aqua maluarũ extractae ℥ iiij. pulueris diarhodon Abbatis ℥ ij. ſacchari diſſoluti in aqua roſarum ℥ iiij. miſce, & fiat confectio. Doſis qualibet hebdomada cochlearia duo. Hoc etiam, vel ſimili clyſtere purgatio frequens eſt vtilis; ℞. foliorum maluarum, lactucae violarum, & portulacae, an. m. j. hordei ex corticati. p. j. ſeminis pſyllij, & cydoniorum. an. ℥ ij. fiat decoctum: de quo percolato accipe vncias decem, cui adde olei violarum vncias tres, caſsiae fiſtularis praeparatae vnciam vnam, vitellos ouorum numero duos, miſce, & fiat clyſter. *Præparatio.* *Purgatio.* *Potio.* *Confectio ad ſyſum.* *Doſis.* *Clyſter.*

Ex ſolo lacte omino, vel caprino clyſter eſt optimus, & eius frequens vſus vtiliſſimus huic morbo.

Alteratio B. alneæ.

Quarto, refrigerantibus hepar, renes, & totum corpus internis, & acrimoniam vrinæ tollentibus, & externis auxilijs, vt balneo ſolius aquæ tepidæ, electuario diatrium ſantalorum, diarhodonis Abbatis, conſeruis violarum roſarū, nenupharis, & acetoſæ; aquis, vel decoctopor tulacæ, endiuiæ, cichoreæ, acetoſæ, & ſimilium. Vnguento ſantalato hepar & renibus bis in die admoto; vel hoc, & ſimili vnguento; Rx. oleorum roſarum, nenupharis, & violarum aqua roſata lotorum. an ℥ j. mucilaginis ſeminis pſyllij, & cydoniorum aqua roſata extractæ. an. ℥ ij. ſantalorum omnium, & trochiſcorum de camphora. an. ℥ j. ceræ q. ſ. miſce, & fiat vnguentum. Vſus longus vitellorum ouorum recentium cum ſyrupo violato tollit vrinæ acrimoniam, & ſtranguriam. Puluis hic curat quoq; eam; Rx. ſeminis papaueris ℥ j. ſeminis lactucæ, & portulacæ parum toſti an. ℥ iij. puluerĭs liquiriciæ, quatuor ſeminum frigidorum maiorum mundatorum an. ℥ j. ſacchari candi violati ℥ iiij. miſce, & fiat puluis, qui cum ouo recenti ſummo mane, vel cum iure ante cibum quantitate vnius cochlearij ſumatur. Syrupus de mucilaginibus ex Matthæo de Gradi curat hanc vrinę acrimoniam, & prohibet vlcus fieri in vijs vrinarijs: eſtq; medicamentum ſingulare, optimum, & expertum, cuius hæc eſt deſcriptio; Rx. ſeminis althææ, maluarum, & cydoniorum. an. ℥ j. dragaganti ℥ ij. infundantur in aqua tepida decoctionis maluarum, ſeminis papaueris albi, & granorum alkekengi. an. quantum ſufficit: poſtea fiant expreſſiones dictorum ſeminū, & dragaganti, de quorum mucilaginibus fiat ſyrupus; vt Rx. prædictarum mucilaginum ℥ j ℈. decoctionis prædictæ ℥ iij. ſacchari optimi ℥ ij. miſce ad vnam doſim, quæ per ſex, vel octo dies exhibenda eſt: & ſi fuerit vehemens caliditas, adde parum mucilaginis, ſeminis pſyllij. Aliquando in maxima acrimonia, & caliditate vrinæ oportet ſy

Vſus Gi uellorum o uorū Laudatur.

Puluis.

Syrupus eximius.

tet syringe argenteo per penem lac ouinum sæpè iniicere, vel aquam plantaginis, vel hordei decoctum cum mucilagine seminis psyllij, vel cydoniorum, vel collyrio albo Rhasæ sine opio, & in maximo dolore cum opio. *Injicie dá per syringem.*

De Ardore vrinæ.

CAP. XLVIII.

Scholium.

ARDOR vrinæ quam medici *Stranguriam* latinè *Vrinæ stillicidiũ* dicitur, *in quo vrinã parũ & frequẽter reddimus, lib. 5. apho. cõ. 53.* *Quod symptoma propium est vesicæ depuatæ expellentis vrinam. Neq; eum loquimur de strãguria critica. Cuius meminit Hyp. p. epy. par. 1. sẽ. 41. in qua humores acres, per renes ex toto corpore expurgãtur Causa symptomatica strãguriæ, ex Galeno sẽtẽtia lib. 3. de caus. symp. cap. 2. duæ sunt imbecillitas facultatis retentricis vesicæ, & vrina acrimonia. Imbecillitas vesicæ fit ab octo ĩtemperiebus, quatuor nudis ex lib. 3. apho. cõ. 16. & potissimũ a frigida. 7 apho. cõ. 48. aut a quatuor cum fluxione humoris. 3. apho. com. 16. Acrimonia vrinæ varias habet causas. Prima est abcessus ruptus in renibus, aut alijs partibus, & per vrinam expurgatus. Ad hanc causam reducenda est bilis acris, quæ permixta cum vrina strangurtam efficere solet: de qua intelligendus est Galen. 3. apho. com supradicto, cum scribit intemperiem primo calidam, secundo calidam & siccam, & tertio humidam acrem reddere vrinã. Quo loco, vbi Galenus habet humidam, lege siccã, quia humida [illegible] impossibile non nisi acris generatione, quæ ipsum generare*

Causa strangu-ria duæ.

Imbecillitatis vesicæ causa.

Varia causa acrimoniæ vrinæ.

Prima.

Secunda. poſſit. Secunda cauſa eſt pituitoſum ſimulq; ſalſum ex-
crementū. Hoc autem ſalſum redditum eſt, non a putredi-
ne, ſed ex permixtione ſalſæ ſeroſæ humiditatis, hoc eſt ♀-
rinæ quæ ſalſa eſt. pituita enim, craſſa & glutinoſa cum
ſit, habenſq; permixtam ſalſum ſeroſum ſubſtantiam, de-
tineatur in ♀eſica, magis irritat, quam faciat ♀rina ſola.

Tertia. Tertiam cauſam ſtranguriæ addit Gale. 6. de loc. affec. 4. ♀lcus in ♀eſica, aut meatu pudendi. Vbi per meatum pudendi intellige ♀eſicæ principium, quod ceruicem ♀eſicæ

Excuſatur Galenus. apellant. Poteſt tamen aliquis hoc in loco Galenum tan-quam diminutum accuſare, quia omittit lapidem, & a-renulas, a quibus ſtranguria excitari ſolet. Cui ſatisfaci-mus ea ad acrimoniā reuocantes, quia reuera arenulæ, & lapis caliditatē & ardorem habent: aut ad ♀lcus, quia hæc in tranſitu per corpora ſentientia (ſaltim laxis) ſua aſperitate moleſtiam inducūt. Quod ſi lapis in ceruice ♀eſicæ contineatur, ſtranguria etiam cauſa eſt, quia ob-ſtruens, & ſi non omnino, liberum ♀rinæ tranſitum im-pedit. Si acrimonia ♀rinæ, quæ ſtrāguriam facit, a pure ab-ceſſus rupti ortum habeat abſtergemus

Curatio ſtrāguriæ ab acrimonia ♀rinæ facta. ♀lcus renis, mulſa permixta cum decocto paſtinacæ, & maluarum paſtina-cæ, vt ſit ♀ehiculum, maluarū ♀ero propter acrimoniam. Mūdato ♀lcere (quod ex pauco puro, minori fatore ♀rinæ, & pauco ſanguine excreto colliges) cicatricem inducemus cū decocto capitū glū-iū, aut malu orij, addito pauco mel-le aut ſaccharo cando, vt penetret. Exterius ad conglutinandum illines, ♀nguento commiſtum, cum pauco aceto, vt penetrare poſſit. Alia etiam ♀nguenta ex oleis mirtillorū, roſarum, & cidoniorum, cum pulueribus mirtillorū, corticis mali granati, & ſimilium, quæ adſtringere nata ſunt, cōſtruere poteris cum pauca cera. In acrimonia ♀rinæ aperta ſalſa, aut bile, ſanguinē mittes propter ♀enarū affectū ſui etiā, quia ſanguis miſto, ex accidēti refri-gerabit euacuato humore calido. Secundo præparabis hu-moreſi ſit pituita, oximelle, rhodomelle & alijs, cū decocto

maluarum

maluarum, & liquiritiæ acrimoniam. Si sit bilis, non eget præparatione, quia tenuis est. Tertio purgabimus bilem, gaßia simul cum electuario de succo rosarum, & syrupo rosarum alex. ex 9 infusionibus: pituitam vero diacatholicone, diaphenicone, & agarico cum prædicto decocto. Aduerte tamen, in ardore vrinæ ex pituita falsa maximæ vtilitatis esse, vsum therebentinæ abstinere: si eam à ʒ. ij. vsque ad ʒ. & cum syrupo violaceo assumamus. Renes & iecur in stranguria vnguento refrigerante illines, cerato sandalino, aut ceroto refrigerante Galeni cum pauco aceto. Hoc etiam ℞. ceroti sendalini ʒ. iij. olei nenupharini ʒ. ij. aceti ʒ. & ceræ parum fiat vnguentum. Neque omittendum erit balneum aqua tepida, quod excrementa renum refrigerat, & dilatat vias, vt ipsa euacuari possint. Syrupus de mucilaginibus à Matheo de Grad. compositus, maxime ardorem extinguit: si tamen non sint in renibus crassa excrementa: Tunc enim permiscebimus cum eo oximel aut paucum oximel schilliticum. Syrupus hoc modo parari poterit. ℞. seminis alchaa maluarum & cidoniorum ana ʒ. j. dragaganti ʒ. ij. infundantur in aqua decoctionis maluarum, seminis papaueris, & granorum Alkekengi, ana. q. s. deinde fiat expreßio dictorum seminum, & dragaganti: de quorum mucilaginibus, & decocto prædicto q. s. cum saccharo albißimo conficiatur syrupus bene coctus. Huius assumet mane ʒ. ij. cum hoc decocto ℞. decoctionis maluarum liquiritiæ, seminis papaueris & granorum Alkekengi lib. i. Si stranguria à lapide aut arenulis oriatur, curabitur ea ratione qua diximus cap. superiori.

Aliquando in maxima acrimonia. Si instrumento argenteo ab auctore posito, liquorem immittas, non perueniet ad Vesicam, sed peteris construere catether, quod habeat longitudinem quindecim digitorum, ita vt in parte superiori sit latius.

Catether construendus.

De

De mictu sanguinis.

CAPVT. XLIX.

Caus. SANGVINIS mictus sæpe à causis exterioribus fit, nonnunquam etiam ab interioribus. Exteriores sunt casus, & ictus maxime cùm partibus, quæ iuxta vrinæ instrumenta sunt inferuntur: rumpitur enim ex hac occasione vena aliqua in illis locis, vnde sanguinis mictio contingit. Præterea rerum calidarum, vini, & immoderata corporis agitatio, & ea omnia, quæ sanguinem attenuare, & ad renes & vesicam propellere possunt, hoc malum pariunt. Internæ sunt corporis plenitudo, hepatis imbecillitas, renum in attrahendo valida facultas, eorundem, atque vesicæ exulceratio. Calculus porrò in renibus, aut abscessus aliquis, & naturæ iudicium, quam crisim appellant, causæ sunt. Si à causis externis proueniat hoc malum, ægrotum, quod millies dictum est, interrogabimus. Si ab internis, in causarum cognitionem sic deueniemus: si corporis plenitudo in causa fuerit, per methodos superius traditas, maximè cap. de cephalalgia signa patebunt. Si hepatis imbecillitas, vrina emittitur cruenta, carnium recens cæsarum lotioni non absimilis. Si renum in attrahendo robur, vrina pari ratione cruenta, sed aliquanto albidior. Si exulceratio renum aut vesicæ, sanguis puri commixtus, & modicus excernitur: ad hæc dolor sentitur circa locum, cuivicus ineſt. Si calculus renū aut abscessus, signa ex proprijs capitibus mutuari oportet. Si naturæ iudicium, iuuari ab ea re laborantē cernimus.

Externæ.

Internæ.

Curatio. Mictus sanguinis, qui à redundantia fit, vel criticus, nisi vires deijciat, non est supprimendus. Si fiat ab vicere corrodente, curetur prius vicus: si ab immodico coitu, instauratione

ſtauratione & glutinatione ſuccurrendum eſt. Si à recenti ſolutione, victu frigido aſtringente, ſanguinis miſſione, & aſtringentibus medicamentis externis, & internis curabitur: de quibus dictum eſt capite de ſanguinis profluuio è naribus, & hic quoque de ijs agemus. Si ab imbecillitate retentricis facultatis remũ curabitur, primo victu frigido aſtringẽte: ad quo capitibus de curatione profluuij ſanguinis è naribus, & de curatione ſputi ſanguinei. *Si ab imbecillitate curatio*

Secundo, ſanguinis miſsione, à quacunque fiat cauſa, dempto coitu, per ſectionem venæ iecorariæ. *Sectio Venae.*

Tertio, concoquentibus bilem, vel pituitam, vel atram bilem, ſi alius humor fuerit ſanguini mixtus, quem cognoſces colore, & multis aliis argumentis. *Præparatio.*

Quarto, vacuantibus per medicamenta dicta cap. primo, & cap. 21. de profluuio ſanguinis è naribus. *Vacuatio.*

Quinto, aſtringentibus, & glutinantibus internis, & externis, vt ſyrupo roſarum ex infuſione ſiccarum, myrtillorum, cydoniorum cum aqua, vel decocto plantaginis, portulacæ, & ſimilium, lacte ouino chalybeato cum pauco bolo Armeno, conſerua roſarum antiquarum: vel hac mixtura: ℞. micletæ, conſeruæ roſarum antiquæ an. ʒ. j. puluꝛis coralliij rubri præparati, Karabe, lapidis hæmatitis præparati, ſpodij, dragaganti, corticum glandium, boli Armenici, quatuor ſeminum frigidorum maiorum mundatorum an. ʒ. j. ſyrupi roſarum, quod ſufficit, miſce, & fiat confectio. Doſis cochlearij vnũ cum aqua portulacæ, vel plantaginis ſummo mane, & omni hora, præſertim vacuo ventriculo. Renibus, & veſicæ admoueatur vnguentum ſantalatum, vel cerotum ſantalatũ, & panni linei perfuſi hoc, vel ſimili liquore; ℞. ſucci plantaginis, & portulacæ, ana ʒ. iiij. aceti roſati ʒ. j. miſce. Aliquando neceſſaria ſunt narcotica ſimul & aſtringentia, vt ſunt trochiſci de ſpodio, de terra ſigillata, & de Karabe, quorum doſis eſt à drachma ſemis vſque ad drachmã vnam. Et in maximo ſanguinis mictu ſequẽs potus eſt neceſſarius: *Aſtrictio & cõgluti natio. Aſtringentia. Confectio. Vnguẽtũ. Potus.*

E. phi-

℞. Philonij Romani ℈. ij. syrupi papaueris ℥. j. ℔. aquæ portulacæ ℥. j. misce, & fiat potus. Si sanguis in vesica coalescat, curatur per medicamenta dicta cap. 28. de sputo sanguinis, qualia sunt theriaca magna, coagulum hœdi, & similia.

De mictu sanguinis.

CAPVT. XLIX.

Scholium.

SANGVINIS mictus. *Omnes causæ mictus sanguinis reducendæ sunt ad tres illas, quas capite de sanguinis è naribus profluuio, ex Galeni sententia proposuimus.*

De Diabete.

CAPVT. XLVI.

Descriptio

DIABETES à quibusdam fluor vrinæ dicitur, ab alijs hydrops matulæ, & dipsacon à nonnullis nominatur: differt non parum ab vrinæ multitudine: nam in syncera diabete potus non mutatur, vt in lienteria cibus, expellitur. In non vera, quamuis aliquando vrina potum superet, mutatur tamen, & non sunt omnia signa veræ diabetis. Puella olim Mediolanēsis per sexaginta dies singulos sexdecim matulas vrinę mictu impleuit, cum biberet circiter tres ampullas, corpus tamen persanatæ puellæ parum conciderat magno exempli miraculo; medici illius

Historia inaudita.

illius temporis credebãt aerem in vrinam conuerti. Hæc igitur spuria diabetes, si non curatur, in synceram transit, quæ à Galeno tantum bis visa est, & à me quater, ab Aegyptijs tamen sæpe, siue propter cœlum, siue propter aquã Nili. Est autore Galen. 6. de locis affectis cap. 3. affectus renum propius, in quo tantus inest vrinæ fluor, vt totum corpus exhauriatur, quo quicquid bibitur, quale sumptum est, tale per vrinam redditur: qua parte simili est hæc affectio ventriculi, inteſtinorumque læuitati, illi proportione respondens.

Causa. Prouenit ex imbecillitate retentricis facultatis renum, attractricis verò magno robore: attrahunt enim ad se renes vehementer aquosum id excrementum, quod in sanguine est, quod cum retinere ipsi præ imbecillitate non possint, ad vesicam demittunt, quæ res cum continuo fiat, continuus quoque adest vrinæ fluor, adeo vt poculenta omnia nulla sui qualitate mutata per vrinam continuò excernantur. Comitatur sic affectos sitis vehemens, & quę *Signa.* satiari alicuius liquoris hausta non possit, vnde etiam assiduè bibere cupiunt, aut bibunt, nec ab re: cùm id quod fuerit iniectum, continuò ad renes, & vesicam delabatur. viscera præ nimia caliditate exuri videntur: tumor autem magnus lumbos, testes, ac coxas infestat. Quod si amplius viscerum calor increuerit, superior venter corrugatur, & venæ, quæ in ipso sunt, attolluntur. Vniuersus habitus corporis grascilescit, & tabe quadam generali afficitur.

Curatio. Multitudo vrinæ, quæ propie non est diabetes, si à potu largiori fiat, curatur abstinentia potus. Si à qualitate salsa, & acri cibi, & potus, vt largo esu alliorum, cæparum, & porrorum, abstineat ab iis. Si à frigore externo calidis internis, & externis, de quibus dictum est cap. 31. de imbecillitate, vt ascites curabitur. Si à paralysi, per ea quæ diximus cap. 13. Si à musculo rupto, vel dilacerato, curatio est difficilis, & fermè impossibilis, vt in quibusdam à partu laborioso vidimus. Si autem inuitis vrina excidat, vt pueris, &

ris,& aliis quandoque dormientibus, causa auferatur per euacuationem, si sit humor calidus medicamentis cholagogis, de quibus cap. 1. & aliis multis locis dictum est: deinde per refrigerantia dicta superiori cap. & in hoc incuranda diabete. Si sit humor frigidus pituitosus post illius concoctionem,& vacuationem per ea,quæ dicta sunt capite 1.& etiam cap.13.de paralysi, curabitur his pilulis; ℞.castorei,myrrhæ,mastichis, thuris,pyrethri, copularum glandium, an partes æquales, cum syrupo myrtillorum fiant pilulę septem pro drachma. Dosis drachma vna. Hi trochisci,autore Arnaldo de Vilanoua,sunt optimi in hoc affectu, quibus curatus fuit inuenis affectus diabete, & vrinæ profluuio in lecto; ℞. rosarum, spodij, an. ʒ. v. seminis portulacæ, liquiritiæ, boli armenici, fumac. ana ʒ. j. seminis lactucæ, coriandri, santalorum, berberis an. ʒ. ß. dragaganti, gummi Arabici,balaustiæ.an. ʒ.j.cum succo malorum granatorum acidorum fiant trochisci.Dosis drachma vna in die cum syrupo rosarum,& aqua chalybeata.

Expituito so humore curato.

Pilula.

Trochisci meiẽtibus in lecto.

Curatio ex diabetis

Diabetes, seu transitus vrinæ non mutatæ curatur sex remediorum generibus; primo, victu refrigerante, & astringente,demptis cidoneis,quæ vretica sunt,& ex eorũ esu sereniſsimus Rex Neapolitanus Alfonsus incidit in diabetem: vehementer enim nocent huic morbo calida vretica,& etiam animi corporis labores,& coitus. Potus sit aqua chalybeata non frequens, neque magnus quamuis caliditas immodica ipsum semper appetat,&eo egeat: quare si potus multę aquę frigidę euomatur,est utilis:refrigerat enim,& humectat vẽtriculum,iecur,& renes,à quorum immodico calore attrahitur potus non mutatus.

Victus.

Historia.

Reuulsio & refrige ratio.

Secundo,auertentibus,& refrigerantibus simul,vt sanguinis missione per sectionem basilicæ in initio cum vires ad sunt & frequenti vsu clysteris huius vel similis; ℞. foliorum lactucæ,violarum,maluarum, & portulacæ an. m.j.hordei præparati p. j. fiat decoctum, de quo percolato

Clyster sepe iniẽciendus.

lato accipe libram vnam,cui adde olei roſatum,& papa-
ueris an.ℨ.ij.caſsiæ fiſtularis præparatæ,& diacatholico-
nis an.ℨ.j facchari rubri ℨ.j.℈.miſce,& fiat clyſter. *Concocti.*

Tertio,concoquentibus bilem,vt ſyrupo roſarem,vio
larum,myrtillorum,& papaueris,& acuis vel decocto por
tulacæ,lactucę,burſæ paſtoris,& ſimilium. *Purgatio.*

Quarto,vacuantibus bilem,vt caſsia fiſtulari,tamarin-
dis.manna,rhabarbaro myrobalanis citrinis,& alijs,ſi o
pus fuerit,valentioribus;vt ℞. medullæ caſsiæ fiſtularis,&
tamarindorum an.ℨ.℈. rhabarbari electi infuſi per noctẽ
in aqua endiuiæ ℨ j. diaprunis ſolutiui ℨ.iij. ſyrupi roſa-
rum ℨ.j.aquæ bugloſſæ.q.ſ.miſce,& fiat potus.

Quinto,refrigerantibus hepar,renes, & totum corpus
internis, & externis, vt electuario diatrion ſantalorum, *Alteratio.*
diarbodonis Abbatis,diamargaritonis frigidi, conſeruis
roſarum,violarum,nenupharis,& acetoſæ,& trochiſcis de
camphora,& alijs multis,vt hac mixtura ℞. mucilaginis, *Confectio.*
ſeminis pſyllij, aquæ roſarum extractæ ℨ. j. conſeruæ ro-
ſarum ℨ. ij. conſeruæ acetoſæ, violarum, & nenupharis
an.ℨ ℈.trochiſcorum de camphora,pulueris diatrium ſan
talorum,& diamargaritonis frigidi, an.ℨ ij. ſyrupi myr-
tillorum,quod ſatis eſt,miſce,& fiat confectio. Doſis duo *Balneum*
cochlearia quolibet die ſummo mane cum aqua,aut ce- *laudatur*
cocto refrigerante.Balneum aquæ tepidæ eſt in hoc gene *ſed non a-*
re optimum auxilium bis in hebdomada ventriculo va *quæ frigi-*
cuo. Multi etiam viri prudentes balneum aquæ actu fri *dæ.*
gidæ ab vmbilico ad partes inferiores laudant:ego tamen
niſi in iuuene, & aſſueto , & aſtate non auderem eo vti.
Hepati,& renibus admoueantur epithemata, & vnguenta *Epithemata*
refrigerãtia;vt ℞.aquarũ endiuiæ,roſarũ,& portulacę an.
ℨ.iiij.aceti roſati ℨ.ij.ſandalorũ omniũ, & trochiſcorũ de
camphora,an.ℨ.j. miſce,& fiat epithema ad hepar, & re-
nes,quod poſt hoc, aut ſimile vnguentũ ſæpe admoueatur *Vnguẽta.*
æſtate frigidum actu; ℞. olei roſarum, & myrtillo-
rum ana. ℨ. j. ℈. vnguenti populeonis ℨ. ℈. pulueris
maſti

mastichis, thuris sanguinis draconis an. ʒ. j. ceræ, quod sufficit, misce, & fiat vnguentum.

Corroborantia. Sexto, corroborantibus renes vt lacte ouino, vel caprino epoto, & per clysteres sæpè iniecto cum succo renum

Vis lamineplumbea. arietis, & lamina plumbi tenuissima, & perforata supra renes, & lumbos posita curat non solum hoc vrinæ profluuium, sed etiam gonorrhœam.

De Diabete.

CAPVT. L.

Scholium.

Varia diabetes nomina. DIABETES, à quibusdam. *Diabetes variè nominatur Diabetes à celeri vrinæ trãsitu: hydrops ad matulam, ob vrinæ quantitatẽ. Sicut enim in hydrope naturalis cauitas aqua impletur, ita in hoc affectu matula:*

Valleſius errat. *vnde male Valleſius existimat hydropem ad matulam dici ob sitim, cum propter hanc dypsacos appelletur. Diabetes est velox exitus per vrinam eius, quod potatum est,*

Diabetes quid. *eodem à sua qualitate non mutato. Vbi per qualitatem, speciem intellige: quia aqua exorta suam seruans integram naturam excernitur, nec tantillum in colore, odore, aut consistentia mutata. Diabetes est symptoma in a-*

Diabetes est symptoma. *ctione renum lesa: deprauate enim attrahunt, si immodicum eorum motum consideremus. Inde sequitur imbecilla retentio & alteratio, tantã enim vrinæ quantitatẽ non possent continere renes, & ideo nec alterare, quia res quæ alteratur, quieta sit oportet. Morbus, ad quem se-*

Morbus. *quitur hoc symptoma, est intemperies calida renum, quæ vim habet attrahendi. Modus generationis is est.*

Renes

Renes multum appetentes, ex venis trahunt serum: hoc ex iecore, hoc ex intestinis & ventriculo. Orificium autem ventriculi inanitum & suctionis sensum sentiens. Sit immo-uet, hoc est apetitum potus: quo assumpto statim à venis iecore & renibus rapitur, suaque mole irritat renum expultricem. Hic affectus raro contingit ita vt bis tantum eum viderit Gale. & fere lethalis est, quia cum cognoscitur iam egri in magnam imbecillitatem deuenerunt. Quia in principio egre cognoscitur, cum sensim fiat, in augmento quando iam cognoscitur, extenuatos videmus egros, non enim possunt recte nutriri, cum ob defectum vehiculi, alimentum non recte distribuatur.

Mod⁹ quo generatur hic affect⁹

Hic affectus est fere lethalis.

Multitudo vrinæ. *Auctor & alij quandam diabetem non veram fixerunt, & quod petius est curant multam vrinam ex alimentis & alijs causis generatam: quæ, cum non sequatur affectum morbosum, non eget curatione. Neque paralysis musculi vesicæ multam efficiet vrinam, cum non excernatur vna vice multa.*

Error prauorum.

Diabetes seu transitus vrinæ. *Alimenta non solũ frigida sed crassa sint ex Alexandro, ne facile in vrinam mutentur, aut à renum calore attrahantur: Concedantur ergo caro vuilla, pedes arietini, poma, pyra & similia.*

Alimenta in diabete

Secundo auertentibus. *Sanguinem mittes, quando renum calida intemperies, ex calido humore orta erit.*

Sanguinis missio.

Quinto refrigerantibus. *Balneum sit ex aqua, in qua malua, lactuca, oxalis viola & aliæ herbæ frigidæ sint decoctæ. Quibus regionem renis fricabis, quam postea ceroto refrigerante Galeni inunges. Assumet æger per os ℥j. sacchari 10 sacci cum libr. j. aquæ hordei.*

De Lumbricis.

CAPVT. LI.

Differētiæ LVMBRICORVM (vt autor est Gal. tertio aphorismorum, commentario vigesimo sexto) tres sunt differentiæ: quidam enim rotundi, seu teretes sunt; alij latiores alij, quos Græci Ascarides appellant.

Rotundi. Rotundi, seu teretes in superioribus intestinis magis generantur magnitudine palmari, & aliquando maiori, & adeo ventriculū ipsum nonnunquam ascendunt, ibique pessima excitant symptomata: in ipso tamen ventriculo vermes gigni non possunt, vt docent Aristoteles, & Hieronymus Gabucinus libro suo de lumbricis: quamuis in auribus dē tibus, renibus, & matrice aliquando fiant: intestinis tamen magis, & plures generantur: ego enim anno. 1545. vidi puellā nobilē expulisse mille fermè vermes paucis diebus & spatio quatuor horarum quadringentos, quorū aliqui etiā viui, & alij mortui, & vixit, vinito; nunc incolumis, Deo fauēte. Sæpè etiam per os & nares ejiciūtur. Ascarides tenues sunt lūbrici, qui in parte inferiori crassi intestini magis gignuntur, & plurimi manifestè apparēt in iumētis malè cibū concoqui ēibus, quorū malā concoctionē fœtor indicat excrementorū. Latus lubricus rarò accidit, longissimus tamē est, & sæpe per tota extēditur intestina Paulus verò Aegineta lib. 4. cap. 57. & Aetius lib. noni cap 40 affirmant lati lumbrici generationem permutationem esse membranæ intrisecus tenuia intestina ambientis in corpus quoddam viuum, quod continuos stomachi morsus infert. Generantur in humano corpore huiusmodi animalcula ex frigidis, & pituitosis humoribus putredini tamē accōmodis, & vi caloris animatis, perinde ac externis cætera animalia videmus gigni, quæ nō ex semine, sed ex putredine ortum habent. Signa quibus singulas lumbricorum differentias cognoscas, ex Paulo, & Aetio hunc modum desumpsimus. Teretes lumbricos habētes morsu tum vētriculi, tū etiā intestinorū, corripiūtur, & tussi itē arida, & nō magna: verū frequēter irritāti.

Ab Arist. dissentit Amatus Lusitanus cēturia. 1. curatione 6. Historia. Ascarides

Lati.

Causa.

Nota.

Quidam

Quidã etiã ſingultiũt,& dormientes tremũt,& præter rationẽ expergẽuunt, quod nonnulli vociferantes faciunt. atque proſilientes, ſed rurſum in ſoporẽ cõuerſi proſternũtur Pulſum inordinatũ habent, febreſque citra ordinẽ errãtes,refrigeratis extremis partibus augẽtur tertiã,interim quartã die,vel nocte,ſine ratione acceſſionẽ habẽtes. Pueri verò,& grãdiores natu linguã exerũt, atque oculis clauſis ſilentiũ,& taciturnitatẽ amãt,ideoque excitantibus iraſcũtur ob imbecillitatẽ vigilare nequeuntes Quibuſdã, dũ dormiũt,linguę accidit maducatio,& cõformatio oris in modũ lactentiũ,aut accipientiũ cibos: qui aliquãdo etiã dẽtibus ſtridẽt,& cõiuent oculis,qui aliquãdo ſanguine ſuffuſi ſunt,& habẽt faciem,maximè iuxta malas ruboricundã,quę rurſum mutato colore liueſcit:breui verò hęc, & ex internallis fiunt. Quibuſdã in ventriculũ ex inteſtinis aſcendunt nauſearũ ibi,atque vellicationum cauſa futuri: vnde laborantes cibum auerſantur,quos ſi ad comedendũ impuleris, nauſeabundi, quod dentibus terunt,aut non deglutiunt,aut illicò euomunt. Venter nonnunquã corruptos cibos excernit,& tympani modo intumeſcit:reliquum verò corpus tabe citra rationem conſumitur, neque inedia, neque immodica vacuatione aliqua exinanitũ. Multi quaſi delirantes abſurda in ſomno loquuntur, alij decubitum huc illuc mutantes, ex loco ad locum ſeſe viciſſim proijcinnt Qui ab aſcaridibus infeſtantur,vehementem habẽt ani pruritum,ſubindeque ad egerendum irritantur,& poſt excretionem,vt plurimum melius habent. Quibus verò lati lumbrici fiunt,ij morſus in ventriculo vellicantes ſentiunt,& ad cibos potentem,& cui corrigi non poſſit ,appetitum habent: rapiunt enim, atque conſumunt huiuſmodi animalia, quicquid alimenti oblatum fuerit:vnde denuò,cibos aſſumi expedit, alioqui erodentur inteſtina & ideo quædam puella (vt diximus capit 33.)ob vermem duodecim cubitorum incidit in famem caninam. Conſequitur ſic affectos corporis gracilitas, & imbecillitas cum

Hiſtoria.

tarditate: minimè verò fallax signum erit, si cum recre-
Curatio. mentis quædam cucurbitæ semini similia excernantur.

Duplex est lumbricorum curatio, prima eorum generationem prohibet, secunda eos genitos enecat, & expellit: de quorum omnium speciebus, & generationis locis
Præcautio multi multa scripserunt: inter quos edidit librum Hie-
Victus. ronymus Gabucinus Fanensis de lumbricis. Præcautio itaque fit per ea quæ pituitam gigni prohibent, à qua & crudatibus putrescentibus fiunt vermes. Necessaria est tunc alimentorum pituitam generantium priuatio nocerque immodicus cibus, & deprauata victus ratio, vt si cibus crassior præcedat tenuem, si à cibo animi & corporis la-
Vacuatio. bores adsint, vt coitus, præsertim si sit immodicus, & si manus & pedes à cibo lauentur aqua calida. Frequens quoq; vacuatio per picrâ simp non solũ enecat vermes, sed ipsos
Vera cu- fieri prohibet, vacuando materiam pituitosam, & crudam.
ratio. Lumbrici iam geniti curantur primo, victu tenui cali-
Victus. do & ficco, acri & amaro. Aliquando eorum morsus, si fa-
Necantia me sæuiant, rebus dulcibus est placandus.
Vermes. Secundo medicamentis enecantibus à tota substantia, seu proprietate, vel à qualitate manifesta calida in tertio gradu, & amara, quæ sua vi natura eos enecat. Et horum quædam sunt simplicia, de quibus Hieronymus Gabucinus capit. 22. sui operis: & quædam composita, de quibus idem autor capit. 25. loquitur: in præsentia aliqua meliora, & probata scribam, quæ ventri admouentur, sunt
Quæ tutio- tutiora, & infantibus, & pueris magis admouenda.
ra. Sed interna per os aliquando exhibentur: præsertim cùm in superioribus intestinis reperiuntur: aliquando per clysteres, si locus vermium sint intestina inferiora.

Calida Calida medicamenta simplicia, quæ vermes enecant,
simplicia. sunt mentastrum fluuiale, cordumeni, semen porri, nigella, nuclei, & folia persicorum, cortex arboris celsi, & succus eius, radix iuglis, myrrha, aqua rutæ, semen apij cũ lacte aut syrupo acetoso, nasturtium, semen eruce, semen

Alexan

Alexandrinũ obtinet inter omnia principatũ, quę vermes enecãt. Dosis eius cũ aceto infusi drachma vna. Absinthiũ virunq; , abrotanũ, allium præcipuè cum aceto, amygdalæ amaræ, amonium, aristologia, præsertim longa, calamentum, radix camaleontæ, eupatorium, gith, succus lapathij breui tempore, centaurea, costus, enula, lupini, puluis marrubij statim, origani succus, polium, scabiosa valenter, semen vrticæ, hyssopus, Zedoaria, granum milij indum. Succus chelidoniæ, raphani succus, cardamomon, puluis dictami, santoniçum valenter gentiana, semen brassicæ valeter, omnis matricaria; herba, quæ à nostris valẽtinis dicitur cuquera, seu lũbrigera, quę in littoribus inuenitur, & sub aqua maris iuxta saxa nascitur, vt in oppido de Xabea regni valentini, & alijs multis locis: hæc enim vermes hominis non solum interficit, sed terrestres, si imposita ipsis fuerit, vt à pharmacopola fide digno accepi, & nos sæpè experti sumus hoc. Dosis in infantibus est scrupulus semis vsque ad scrupulum vnum cum melle & aqua portulacæ, seu graminis: certãt nostræ fœminę valẽtinę, quę oppinãtur huius herbę vsum vermes efficere cũ sit falsũ, & rationi contrariũ vulgò dicitur à quibusdã coral lina, & à dioscoride lib. 4. cap. 84. marinus moschus, vide quid de ea sentiat Anton. Musa lib. de examine simpliciũ.

Semina Alexãdrini excellentia

Laus herbæ contra vermes, q̃ moschꝰ marinus à dioscoride dicitur.

Error fœminarum.

Frigida simplicia.

Frigida medicamenta, quæ vermes interficiunt, sunt, granum coriandri, si sæpe comedatur, sumac, acacia, hypoquistis, portulacæ semen, & aqua, & succus, malum granatum acidum, cortex mali granati, flos, & radix ipsius, plantago minor, endinia, cichorea, lactuca, acetosa, rubus, lac asinæ, succus citrangulorum, acetositas citri, & omnia acida, quæ pituitosam materiam incidunt.

Composita

Composita medicamenta, quæ vermes interficiunt, multa sunt, vt theriaca magna, mithridatum, syrupus de absinthio, syrupus de menta, syrupus de prasio, syrupus de calamento. Et hic syrupus valente r ipsos enecat; & succi mentastri, succi radicis enulæ, succ. i absinthij, succi rutæ,

Syrupi.

an. ℥.iiij. ſucci lactucæ aſinæ, ſucci cichoreæ, ſucci graminis an. ℥. vj. ſumac cornu cerui vſti ſeminis portulacæ, & corticis granatorum, an ℥.iii. fiat decoctum ad mediam tertiam, de quo percolato, & ſufficienti quantitate mellis, vel ſaccchari in æſtate, & egro bilioſo fiat ſyrupus, cuius doſis ab vncia vna vſque ad vncias duas. Hoc medicamentū potenter vermes interficit, & eſt vtile omnibus; ℞ theriacæ de citro ℥.j raſuræ cornu cerui aduſti, ſeminis Alexandrini an. ℥.ij. ℈. ſeminis portulacæ, corticis mali granati, an. ℥.ij. nigellæ, myrrhæ, ar. ℥.j. theriacæ magnæ ℥. j. ℈. raſuræ eboris, corticis mori ceiſæ, an. ℥. iij. ſyrupi de abſinthio. q.ſ miſce, & fiat cōfectio. Doſis eſt cochleariū vnū cum aqua portulacæ, vel graminis. Hiera ſimp. Galeni ad drachmis tribus vſque ad vnciam vnam vermes enecat, & expellit. Agaricus trochiſcatus habet eandem vim & rhabarbarū quoque, vt ego expertus ſum, Etſi prius bibat lac, vel per clyſterem mittatur, citius peribunt vermes. Si infans habuerit vermes, & noluerit bibere potum ex hiera ſimplici, vel ex alijs medicamentis vermes enecantibus, ventri & vmbilico admoueatur fel arietis, vel bouis, cum pauco puluere aloes lupinorum, centaureæ, coloquintidę & ſimilium. Hoc cataplaſma ventri ſæpè admotum vermes interficit, ℞. centaureæ vtriuſque, abſinthij, polypodij quercini, an ℥.i. centonicæ ℥.℈ decoquātur omnia cum aceto, & poſtea cum felle arietis, vel bouis fiat cataplaſma. Hoc vnguentū valenter eos interficit; ℞. abſinthij, coſti amari, calamenti, origani, pulegij, perſicariæ foliorum perſici, an. m j. decoquantur omnia in aceto, & poſt pinſantur, & percolentur ad modum carnis cydoneorum: cui adde aloes, agarici an vnciam vnam, coloquintidæ vnciā ſemis, olei amygdalarum amararum, & fellis bubuli, quod ſufficit, miſce, & fiat ad formā vnguēti

Confectio.

Hiera.

Agaricus.

Rhabarbarum.

Topica.

Cataplaſma.

Vnguētū.

De lumbricis.

caput

CAPVT. LI.

Scholium.

LVMBRICORV Mvt autor eſt. *Nō eſt q in hoc loco immoremur, inquirētes an eleminthes vox ſignificet, oēs lūbricos: an verō duo tantū eorū genera. Neque an lūbrici in omnibus poſſint generari partibus. Sufficit enim ei qui recte curare volet, ſcire ex Gale lumbricorū eſſe tria genera. Tū lūbricos poſſe generari in vētriculo, renib⁹ veſica, utero et alijs partib⁹. Quod quāuis ita ſit cū i intestinis frequētiſſime, & in alijs partibus raro generētur, proinde Gal. lumbricos in intestinis generari, in lib. de locis affectis ſcripſit. Practici in radice dentiū, vermē generari exiſtimant, decepti ex neruo ibi implantato Lumbricorum ex. 3 apho. com. 26. tria ſunt genera Primum cōtinet eos lumbricos, quos teretes, aut rotundos ex figura nominamus. Qui in tenuibus generati inteſtinis, aliquando ad ventriculū aſcendūt, ubi humores agitantes varia parīunt ſymptomata. Hos per nares & os aliquādo excerni vt demus, quos melius eſſet inferne egredi ex 2. prog ſen. 17. quia gula nō eſt fabricata propter expulſionē. Secundū genus eſt lūbricorum latorū. Hi in duplici ſunt differentia. Quidā adeo magni ſunt, vt eandē inteſtinorū figurā habeāt: et appellātur tenia, hoc eſt faſcia. Vidi ego à Ludouico collado præceptore accerſitus faſciā adeo magnā, vt fere vlna longitudinem attingeret, & adeo cauā vt totā manū includeret. Alij appellantur cucurbitini: lumbrici, ob figurā quam habent ſemini cucurbitulæ ſimilem. Generantur lūbrici lati vt practici ſcribunt ſequi paulum ex interna mēbrana inteſtinorū animata, & mutata in vermē. Cucurbitini vero, ea eadē mēbrana, in latas ſed minores partes animata. Quorum ſententia falſa eſt, quia ſi interna*

Practici errant.

Primū genus lūbricorum.

Secūdum genus.

Paſciæ.

Cucurbitini lūbrici.

Generatio lūbricorū latorum ex prædictorū ſententia.

Refutatur practici.

inteſtinorum tunica animari debet, ex putredine id fiet. Qua autem ratione poterit tam magnum vicus viuente animali in inteſtinis excitari, & quod magis eſt ſine febre? Hi lati lumbrici cum rarò generentur, proinde Galenus 3. lib. aphoriſmo. commentar. 26. eorum non meminit.

Tertium genus.

Tertij lumbrici aſcharides appellantur, in inteſtino recto generari ſoliti. Qui ſimiles ſunt vermibus in ſtercore iumentorũ & caſeo ortis, vehementiſſimos inducentes pruritus. Hi omnes lumbrici tribus differentijs incluſi, conueniunt in materia, & in cauſa efficiente. Materiam habent pituitoſum humorem putrefactum, cuius effatu digna quantitas (generatur enim in ventriculo) in inteſtinis coaceruari ſolet. Cauſa efficiens calor eſt praeternaturam, excitatus in pituita putrescente, ac proinde Galenus libro 3. de locis affect. com. 26. à magno calore eos fieri ſcribit. Si dicis, non videri rationi conſonum, calorem praeter naturam (cuius propium eſt omnia corrumpere) rei viuentis eſſe cauſam. Reſpondeo, illum calorem reſpectu noſtri, eſſe praeter naturam, at reſpectu materia praedicta eſſe naturalem, & in ea certo modo permiſcere elementa, & ideo poſſe rem viuam efficere

Materia lũbricorũ.

Cauſa efficiens.

Obiectio.

Quomodo auferũtur lumbrici.

Secundo medicamentis enecantibus. *Lumbricus pars eſt in corpore addita toto genere praeter naturam, ac proinde auferenda. Auferetur à duobus generibus medicamẽtorum. Primum toto temperamento operatur, cum enim lumbrici animalia ſint, habent ſua venena, coralium cornu ceruinum, lumbricos terreſtres & ſimilia, ſolo experimento cognita. Secundum genus medicamentorũ, qualitate manifeſta lumbricos interficit, amaritudine videlicet 14. methodi cap. vltimo. vel quia amarum non eſt eſculẽtum, ac ideo eo aſſumpto ex defectu nutrimenti moriuntur vermes, vel quia amara eis infeſta ſunt. Alsqui ab acribus etiam, lumbricos interfici ſentiunt. Quorum ſententia nobis non placet, quia ſi loquantur de acribus non eſculentis, ſamma ariũ & alijs decipiuntur, cum hac*

Acria nocent lumbricos interficiũt.

hæc per os non assumantur: si de esculētis, alimenta sunt, poterunt ergo & vermes nutrire. Sentio ergo acria medicamenta non interficere lumbricos, sed medijs ipsis expelli, cum acria irritent. Lumbrici teretes & lati medicamentis per os assumptis oppugnantur; at Aschorides clystere infusis, decocto hordei cum lupinis, & alijs amaris (dummodo non astringant) addita hiera picra.

De Hæmorhoidibus.

CAPVT. LII.

HEMORRHOIDES, vt ex Actio lib. 14. capit. 5. alijsq; grauissimis autoribus colligere possumus, venarum in sede sunt explicationes, dilatationesq; à crebro sanguinis defluxu sic appellatæ, qui nos à multis morbis lœthalibus liberat, autore Hyppocrate lib. 6. Aphorismorum: quamuis Galenus lib. 6. de symptomatū causis, cap. 2. velit omnem sanguinis fluorem præter naturam toto genere esse, excepto eo, qui mulieribus ab vtero defluit: hæmorrhoidum tamen fluor, si ordinem seruet, & non sit immodicus, melancholicū morbum, affectionesq; renum curat, & ipsum longo tempore suppressę hydropem, & tabem faciāt, autore Hippocrate aphorismo. 12. lib. sexti. Quare idem pater, & magister noster Hippocrates lib. quarto Aphorismo 26. sanguinem supra emissum, malum esse, & infra bonum vult: & Galenus in commentario confirmans sententiam, dicit: si ab hæmorrhoidibus, & mensibus fluat. Quidam putant aliquos ex genere Hebræorum hoc sanguinis fluore esse singulis mensibus affectos diuina vltione: alij credunt ob perpetuum timorem ipsos sanguine atro abundare, & ideo hoc sanguinis defluxu indigere. *Descriptio*

Differentiæ. gere. Harum quædam sunt cæcæ, quædam apertæ: cæcæ à Græcis condylomata dicuntur: Manardus tamen lib. 7. *Manardi opinio.* epistolarum dicit condylomata esse tubercula in ambitu matricis sanguinem fundentia à similitudine extremorum in pugno clauso in quatuor digitis nodorum. Nihil ex his sanguinis euacuatur, aut parum: perpetuò tamen intumescunt, & illarum variæ sunt differentiæ & species, ut Arabibus, barbaris, & experientiæ credimus, verrucales videlicet, vuleæ, morales, & vesicales propter variam earum figuram, & naturam sanguinis. Apertæ verò sunt, à quibus certis temporibus defluit sanguis, aliquando seruato, vt diximus, ordine, sæpe non seruato, nec debita quantitate. Et omnes, præsertim cæcæ, reperiantur cum dolore, & aliquando sine ipso.

Causa. Proueniunt vtræq; ex copia, & malitia sanguinis melancholici, cuius causæ externæ, & internæ solent esse variæ, *signa.* vt ex cap. 9. huius libri cognoscere possumus. Signa quibus hoc malum deprehenditur, sunt satis nota: cęcas tamen fæpe comitatur dolor ani, cùm stercus excernitur

Curatio. Victus. Hic fluxus immodicus curatur quatuor auxiliorum generibus. Primò, victu frigido astringęte, & incrassante sanguinem, sensim tamen, & cautè: nam si fuerit antiquus, non omnino est astringendus, cùm ex doctrina Hippocratis *Aetius reprehenditur.* Aphorism. lib. 5. si vna earum non fuerit relicta, periculum est ne fiat hydrops. vel tabes: neq; enim Aetius. 14. sermone, cap. 5. est audiendus, qui contra Hipocratem, rationem, & experientiam docet omnes has venas esse claudendas, post antiquum sanguinis profluuium, si ægri vtantur debita victus ratione. Sit ergo victus similis victui illi, qui *Aduerte.* præscribitur in profluuio sanguinis è naribus, & sputo sanguinis, de quo cap. 21. & 28 dictum est: quamuis hic sit alius lenienda: vnis passis sine granis, prunis damascenis, iure mercurialis, & blitis, ne stercus sua duritie noceat.

Reuulsio. Secundo, auertentibus, vt secta vena secoraria dextra vacuatione larga, & quę respondeat plenitudini, & naturæ ægri.

ægri. Et cucurbitulis hepati, & partibus superioribus affixis, & vinculis, & frictionibus earumdem & fotibus, post sanguinis tamen missionem, vel sine ipsa, si ob virium defectum vena rumpenda non sit.

Ortura-tio.

Tertio, contrahentibus, & glutinantibus ora illarum venarum, & refrigerantibus, & incrassantibus sanguinem sumptis, & admotis, vt syrupo rosarum, malorum granatorum, myrtillorum, cydoneorum, aquis, vel decocto portulacæ, plantaginis, acetosæ, solani, & similium; Conserua rosarum antiqua, conserua cydoneorum. Bolo Armeno, terra sigillata, Karabe, hæmatite lapide, sanguine draconis, spodio, & similibus. Hæc mixtura est vtilis, & necessaria huic profluuio; ℞. micletę, conseruæ rosarum antiquæ. an. ʒ j. ℈. coralij rubri præparati, lapidis hæmatitis, Karabę, gummi dragaganti. an. ʒ ij. sanguinis draconis, thuris, mastichis. an. ʒ j. syrupi cydoneorum. q. s. misce, & fiat confectio. Dosis cochlearium vnum summo mane, & omni hora cum aqua sanguinariæ, vel portulacæ, vel plantaginis. Aliquando necessaria sunt narcotica, si fuerit immodicus fluxus hic. Si supradictis, & similibus non curatur, inter quæ trochisci de Karabe, vel spodio, vel de terra sigillata à drachma semis vsque ad drachmam vnam sunt optimi, & athanasia, & requies magna ab scrupulo vno vsque ad drachmam vnam cum aqua, aut syrupo astringente aliquando seruatis legibus, & ordine cap. 36. descripto de curatione scilicet diarrhœæ est necessarium philonium magnus, vel Persicum, vel Romanum ab scrupulo vno vsq; ad drachmam vnam. Sistit hoc profluuium albumen oui mixtum aqua rosata, & puluere mastichis, sanguinis draconis, thuris, & aliorum medicamentorum astringentium ipsis venis actu frigidum admotum; de his tamen abundè diximus cap. 21. de curatione profluuij sanguinis è naribus. Aliquando in hoc sanguinis profluuio, quemadmodum in alijs, sunt necessaria cauteria, vel medica

Sumenda

Confectio

Narcotica.

Admouenda.

Cauteria. vel medicamenta narcotica, vt ſuppoſitorium ex rebus aſtringentibus cum pauco opio, ſeruata tamen vna, ſi anti-

Si fluxus ſit cũ imbecillitate cõiunctus. quus fuerit fluxus, vt diximus cũ Hippocrate. Si verò ſum ma eſſet imbecillitas virium, totus eſt iſtendus fluxus hic, & poſtea facultate per alimenta optima corroborata iterum poſſet ſcindi aliqua vena ex ijs, ne hydrops, vel tabes, vel mania fieri poſsint.

Emendatio ſanguinis copioſi. Bilioſi. Pituitoſi. Quarto, emendantibus ſanguinem victu, & alijs: nam ſi ſanguis largior ſit in corpore, victu tenui curatur, & ſanguinis miſsione. Si bilioſ^s, victu frigido, & purgatione per myrobalanos citrinas, rhabarbarum, tamarindos & caſsiã fiſtularem. Si pituitoſus, victu ſicco cum temperata caliditate, & aſtrictione, & purgatione per myrobalanos Kebulos, agaricum, & alia medicamenta phlegmagoga: dummodo ipſis miſceantur aſtringentia. Emendant ſanguinẽ poſtea electuarium diatrion ſantalorum, diarhodonis Abbatis, conſerua bugloſſæ, roſarum, & cydoneorum. Scamma ferri debitè præparata, ſæpe videlicet in aceto infuſo, & decocta & exiccata prodeſt: Ejus drachma vna, vel duæ bis in hebdomada ſumpta ventriculum, & hepar roborant, & humorum malignitatem leniunt & caſtigant.

Emendantia ſanguinem poſt euacuationem.

Curatio doloris. Dolor hæmorrhoidum curatur per cauſę abſciſsionẽ, quando non eſt vehemens, nec facultatem nimis reſoluit: nã ſi vehemẽs dolor eſt, amouẽdus etiã erit, vt narcotica, vt ſæpè dictum eſt, non habita ratione cauſę. Dolor, ſi ab in-

Doloris ab inflãmatione curatio. flãmatione fiat, primo, curatur victu tenui, & refrigerante. Secundo, auertentibus, vt ſanguinis miſsione per ſectionẽ baſilicę, & vinculis, frictionibus, & fotibus partium ſuperiorum. Tertio, repellentibus, vt aqua roſarum, portulacę, plantaginis, & candido oui cum oleo roſato, mucilagine ſeminis pſyllij, & cydoneorum. Quartò, in augmento, &

Reuellentia. vigore repellentibus, vt oleo camomillæ, & roſarum infuſo, vel hoc vnguento; ℞. olei roſarum, & camomillæ, aa.

Repellentia & reſolutæ ℥ j. mucilaginis ſeminis pſyllij, & fœnugræci, & ſeminis

althęæ.

althææ an. ʒ ij. ceræ q. ſ. miſce, & fiat vnguẽtum. In decli natione reſoluentibus tantum curatur. Si inflammatio in ſuppurationem tranſeat, ab arte eſt natura corroboranda, & iuuanda: quæ tamen poſt primam dictam tutior eſt duabus alijs, nempe quę in lapidificationem, vel corruptionẽ finiantur: peſsimi enim ſunt hi duo vltimi modi omnium tumorum prẽter naturam, præſertim huius partis, cuius affectus, autore Galeno. 9. de compoſitione medicamentorum ſecundum locos, difficulter curantur quatuor de cauſis. Prima, ob eius ſenſum. Secunda, propter vſum partis: excrementa enim ſua vi acri mouent facultatem expultricem. Tertia, medicamenta vtilia non detinentur tempore neceſſario in ea parte. Quarta, ob caliditatem, & humiditatem partis huius: ideoq; amat hic locus ſiccantia, & refrigerantia medicamẽta; vt ſunt metalla, præſertim tuthiã. Suppurata ergo inflammata parte à natura, & ab arte per medicamenta ſuppurantia, de quibus fermè omnibus Iacobus Hollerius lib 1. cap. 5. de materia chirurgica abundé ſcripſit: mixtura tamẽ ex farina tritici ſine furfure, aqua decoctionis maluarum, & oleo ſatis ſuppurationem efficit, eſt triapharmacum Galeni, & ſi addas parum croci, & vitellos ouorum, erit efficacior: deprehendes pus genitum eſſe per febris, & doloris remiſsionem. Poſt neceſſaria eſt puris extractio aperto ſuppurato loco ferro, aut igne. Tãdem curatur abſtergentibus, & vltimo conſolidantibus: ſed in hoc conſule doctum chirurgum, & ſequere Iacobi Holerij librum ſecundum de materia chirurgica.

Reſolutia.

Suppurationis curatio.

Cauſæ difficilis curationis.

Mixtura ſuppurans.

Extractio puris.

Abſterſio & conſolidatio.

Doloris à ſanguinis plenitudine curatio

Quando dolor hic à ſanguine implẽte has venas abſq; inflammatione, & fluxu fit, quod per tumorem, & colorẽ deprehendes, ſanguis ab illis eſt mittendus, præcipuè ſi egroti ſoliti ſint habere hunc fluxum, quod fiet, primo, magnis frictionibus partium infernarum, & pudendorum: ſecundo, cucurbitulis admotis partibus internis coxarum, & parti, quæ eſt inter anum, & teſtes. Tertio, ſecta vena ſaphena, vel poplitis. Quarto, apertione harum venarum ſã

ceola-

ceola, vel ferro tenuiſsimo. Et ſi ipſæ non appareant exterius magna compreſsione verſus inferiora, & magna cucurbitula fient manifeſtæ Ex ipſis vna, vel plures rumpantur, & ſecundum tumorem vnius, vel plurium extrahatur ſanguinis copia reſpondens plenitudini, id fieri poteſt per hirudines. Quinto, acubus argenteis, vel aureis, præſertim ſi fuerit ſanguis tenuis, vel fœminarum. Sexto, frictionibus per medicamenta acria, qualia ſunt calamentum origani, cyclaminus, piper, nitrum, & fel, quod eſt alijs potentius. Septimo, per medicamenta excoriantia, qualia ſunt folia ficus, ſcylla, & alia lacticinia, & puluis cantharidum, qui eſt alijs valentior in hoc morbo. Octaua per ignem, ſeu cauterium actuale hæc tamen apertior nō fit, niſi cum eſt initium corruptionis, & cangrenæ. Tutius ab eis mittitur ſanguis quarto & quinto auxilijs ſanguinem mittentibus. Emiſſo ſanguine ſufficienti locus affectus curandus eſt mūdificantibus, & abſtergentibus clementibus, & conſolidantibus hoc, aut ſimili vnguento; ℞. vnguēti baſilicōnis ʒ ij, olei de chryſomellis, terebinthinæ abietis, benè lotæ. an. ʒ j. camphoræ, & tuthiæ præparatę an. ʒ j. cerę albę ʒ iij. miſce, & fiat vnguentum Quando dolor eſt ob earum magnitudinem, & fluxum immodicum, & antiquum, curantur exiccantibus, & reſoluentibus poſt debitas vacuationes, & aperſiones Ligatur a earum in radice filo tenui ſeruo ſenſim arctius aſtringendo, donec in totum abſcindantur, eſt probata, & ſatis tuta Apertio earum ſecundum longitudinem per cauteria parua admouendo porci pinguedinem nō ſalitam, donec eſchara, ſeu cruſta decidat: & poſtea ſecūdo, & tertio, & quarto eiſdem paruis cauterijs eodem modo apponendo pinguedinem, donec cruſta, & tota ſubſtantia earum putrida cōſumatur. Alicui in hoc morbo laudant medicamenta corrodentia: ſed ego non laudo ea, neq; ignem actualem. Hæc ſunt experta, & tutiora ad hæmorrhoidas has exiccandas, & ad curanda earum, & ani vlcera, & inciſuras, drachmæ ſcilicet dimidium pul-

Aperientia orificia venarum.

Vnguentū detergens & conſolidans.

Doloris à fluxu immodico, et antiquo curatio.

Quorūdā opinio improbatur.

ueris radi

ueris radicis,vel floris lilij cum pauco vino rubro multis diebus ſumptum.Eandem vim dimidium drachmæ vnius pulueris radicis pentaphilonis cum pauca aqua frigida in æſtate, & calida in hyeme ſæpe mane ſumptum. Iocin fit ſquinantij puluere. Drachmæ duæ gaibaniter ſumptę cum aqua frigida potenter exiccant has hæmorrhoidas. Ego hoc ſum expertus. Puluis capitis piſcis ſaliti, & caſei ueteris qui æquis ponderibus idem facit. Electuarium de ſcoria ferri, & pilulæ de bdellio valenter exiccant has hæmorrhoidas,ſi interius ſumantur.Multa quoq; ſunt quæ admota ano valenter exiccãt,& ſanent has hæmorrhoidas,quorum aliqua meliora,& experta in præſentia adducam, vt ℞.mellis ʒ j. ℈.aceti ʒ j vitreoli viridis floris æris,ruthiæ præparatę, lithargirij,plumbi viti an.ℨ i. mel, & acetum prius ferueſiant,deinde extra ignem miſce pulueres,& fiat vnguentum.vel ℞.radicis hyari ſine cortice.ʒ ij.radicum liliorum alborum ʒ j.℈.pulueris panis porcini,& pulueris panis furfuracei.an.ʒ j.℈.pulueris nucum cupreſsi ʒ j.granorum myrti,ſeminis plantaginis, thuris,ſandaracæ Arabum.an. ʒ ℈ farinæ fabarum.ʒ ij. olei laurini,& de chymomellis.an.ʒ ij.miſce,& fiat ad modum cataplaſmatis addendo parum decocti radicum præcedentium, antequam admoueatur ano fiat fotus cum vino rubro exiccat,& reſoluit has hæmorrhoidas,& repellit humores fluentes ad eas.Balnea naturalia,quæ habẽt vim deſiccãdi, ſunt optima in hoc,vt ſulphurea,ſalſa aluminoſa.Balneũ, vel fotus ex decocto,cãnarũ,ſilipẽdulę,granorũ myrti,radicũ hyari,& ſimiliũ valẽter exiccat.Suppoſitoria,ſeu glãdes ex radice peucedani,vel gẽtianæ.vel hyari,vel ireos valde has hæmorrhoidas exiccant.Suffitus etiã ſtercoris vaccæ, vel ſpolij ſerpẽtis eſt in hoc optimus,& ſufitus huius pulueris ℞.anacardiʒ ij galbani ʒ ℈.ſtercoris colũbini,& ſtercoris vaccini.an.ʒ j.℈.miſce,& fiat puluis.Hoc vnguẽtũ hæmorrhoidas has curat exiccãdo,reſoluẽdo, & aliquãdo aperiẽdo.℞.melõgenarũ in partes paruas diu.farãʒ iiij.radicũ iridis in

Vſ. no proba ſa.

Vnguẽtũ.

Cataplaſma.

Balnea.

Suppoſitoria.

Suffitus.

Vnguentũ

partes paruas diuisarum ℥ ij. olei lib. j. fiat decoctum ad
vini consumptionem: cui percolato adde axungiæ ana-
tis, & gallinæ. an. ℥ j. olei scorpionũ ℥ j. ℈. ceræ. q. s. misce,
Historia. & fiat vnguentum. Ego expertus sum quẽdam nobilem af-
fectum his antiquis hæmorrhoidibus cum dolore veheme-
ti & rhagadibus, seu scissuris post multas vacuationes, & a
uersiones incidisse ex crassa natura, & constitutione cor-
poris in satis macram: curatum tamen fuisse fotu frequen
ti ex decocto rubi, & additione post fotum pulueris eiusdẽ
rubi, & vnguenti pompholygos. Sed quia dolor in hoc
morbo est grauissimum symptoma & ad se omnem cura
tionem trahit, nulla habita ratione causę eius, omni studio
oportet ipsum curare. Quare considera bené, quæ Iacobus
Hollerius scripsit cap. 5. tertij libri: in præsentia tamen ali
Doloris cu qua probata adducemus. Primo, curatur dolor hic, & qui-
ratio. cunq. alius fotu, & lotione frequenti ex decocto croci. Se-
cundo, ex fotu, & vnctione sapæ. Tertio, ℞. pulueris camo-
millę ℥ ij. pulueris anethi ℥ ij. croci pulueriz ati ℥ j: vitel
los ouorum numero. ij. sapæ. q. s. misce, & fiat cataplasma:
quod valentius dolorem curat duobus prioribus auxilijs.
Quarto, ℞. olei rosati ℥ iiij vitellos ouorum numero. iiij.
croci pulueriz ati ℥ j. misce, & fiat admodũ vnguenti, quod
est præstantissimum remedium. Quinto, ℞. olei nenupha-
ris, & camomillæ. an. ℥ j. succi lactucæ ℥ ij. farinæ hordei
℥ j. simul parum feruefiant, & in fine adde croci pulueriza
ti ℥ j. vitellos ouorum numero. iij. misce, & fiat ad modum
cataplasmatis. Si dolor fuerit maximus adde iusquiami,
vel mandragoræ, vel opij ℥ j. Maximum hunc dolorem
curabit etiam suppositoriũ ex solo philonio. Hoc vnguen
Vguẽtum. tum est in hoc symptomate optimum: ℞. olei de nenupha
re, & olei de papauere. an. ℥ j. olei mandragoræ ℥ j. ℈. cro
ci pulueriz ati ℥ j. tuthiæ, ceruſæ, lithargirij. an. ℥ ℈. amydi,
terræ sigillatæ. an ℥ ij. opij ℥ ℈. vitellos ouorum numero
iij. misce, & fiat ad modum vnguenti in instrumento plum
Cataplas- beo. Hoc cataplasma est valentissimum in dolore curãdo:
ma.

℞. radi

℥.radicum althææ lib.ℰ.radicum liliorum ℥ ij.foliorum maluarum,& iuſquiami an.m.j.camomillæ ℥ j.meliloti ſeminis anethi an.℥ ℰ.farinæ fœnugręci,ſeminis lini,& hordei an.℥ j ℰ.olei ſeſamini ℥ iij.opij ℥ j.miſce,& fiat cataplaſma cum decocto herbarum,& radicum præcedentiū.

De Hæmorrhoidibus.

CAPVT. LII.

Scholium.

HAEMORRHOIDES vtex Aetio. *Hæmorrhois nil aliud ſignificat quam ſanguinis euacuationem ac proinde, per quālibet partem cōtingant ſanguinis euacuationes, ſi vim nominis cōſideremus hæmorrhoides dici poterunt. Conſueuerunt tamen veteres medici, fluores ſanguinis per venas ani tātùm, hæmorrhoides appellare, quia per has venas ſolet frequēter ſanguis præter naturā excerni: & ideo exiſtimo Galenum lib.6. epy. par.5.com.25. hæmorrhoides appellare ſanguiſluas venas. Et quamuis hæmorrhoides, quædam ſint cęcæ, & quædam recluſæ: cum frequentius ſoleant eſſe recluſæ, proinde huic affectui, nomen impoſitum eſt euacuationem ſignificans, ſunt enim hæmorrhoides euacuationes per venas ani. Inde videbis male aliquos, hæmorrhoides appellare diſtentiones venarū ani. Hæmorrhoides recluſæ ſymptoma ſunt, in his quæ excernuntur toto genere præter naturam. Morbus eſt inſtrumentarius, in via aut cauitate. Hæmorrhoides cęcæ, dolorem inferunt: qui ſymptoma eſt ortum, ex inflāmatione illarum venarum, & continentium partium, & ex primis ſuis: maxima earum mole colligimus. Cauſa ſupradicti morbi in via, hæ-*

Nomē ex pliciatur.

Hæmorrhoides recæ

Morbus in

Cauſa morbi ſupra dicti.

via, humor eſt varius tamen, & vario modo ad eam perueniens partem. Quia aliquando melancholia, aut ſanguis abundans, a natura expulſa per haſtas venas euacuatur, aliquando vero ex Galeno 6 epy par. 5. cō 25. ſine natura prouidētia, aut conatu, ſanguis aliarū impetu crificiū venæ excernitur. Hinc varias intelligemus Hippocratis ſententias. Quarū vna eſt 33 lib. 6 epy. par. 3 altera vero 11. libri 6 aphoriſmorū: ſi enim per anū venas ſanguis fluens, optimus ſit, & ſolum quantitate peccans, liberabitur ager a pleuritide & perineumonia. Si ſit cacochimia melancholica, aut ſanguis melancholicus, no patientur phagedenica vlceras corrodētia neq; fauncios, neq; exanthemata in cruribus oriri ſolita, quia ſimilia ſunt cum hæmorrhoidibus fluxu neq; melliceliam, nec nephritim a lapide (cuius melancholicus humor eſt materia) ortam. Solet quęri an ab dicis exterius, venarum ani, quas hæmorrhoides appellare ſolent Rondoletius, Altomarus & alij exiſtimant, per partem exteriorem inteſtini recti, diſſeminari exiguas venas a cauæ extas: at per internam partem venas maiores, ex vena porta procedentes. Vnde colligunt hæmorrhoides venas, eſſe ramos venæ cauæ, & venæ portæ: & ita euacuatione humoris, in toto corpore, iecore, & renibus contenti, per venas exteriores inteſtini, qui a cava procedunt excerneriat euacuationem melancholiæ ex hepate per venas interras. Curtius in hæmorrhoidibus, per virasq; venas ſanguinem excerni ſuadet, varo tamen per ramos venæ portæ, quia hi non propter expulſionem ſed propter attractionem fabricati ſunt a natura. Certe ſi exacte rem conſideremus, videbimus omnes hos errare: quia vena ſanguiſua ſe aperiunt in cauitatem inteſtini, aliter non poſſent ſanguinem profundere. Et ideo ſolum vena aporiæ nata, hæmorrhoides dicentur, quia habent ora in cauitatem inteſtini patentia. Adde per hæmorrhoidas venas copioſum excerni ſanguinem aliquando, quem per propagines venæ cauæ per muſculum diſſeminatas, & inteſtini

Cōtrouerſia de ueneris hæmorrhoidalis.

Sententia Rōdoletij & aliorū.

Sententia Curtij

Omnes ſupradicti errant.

partem

partem exteriorem, euacuari non posse ostendit earum par
uitas. Id quod Altomarius scribit, de euacuatione totius Altomarij lapsus.
corporis per hæmorrhoidas fieri scilicet per venas à cauis
ortas falsum est. Nam præterquam quod per illas non po
test fieri (vt diximus) copiosa euacuatio: nil impedit, quo
minus per alias fiat, habentes cum vena porta comunica-
tionem, ob quam frequenter natura solet totum expur
gare corpus. Neq; Curtij ratio concludit, si aduersus Ga- Curtij ra
lenum in lib. de natu fac. ex professo probare, per eas dem tio nulla.
venas, per quas distribuitur alimentum per corpus, fieri
etiam humoris, aut excrementorum euacuationem.

Hic fluxus immodicus curatur. Si in hæmorrhoidibus e Qua se-
uacuetur plethora, aut peccans humor, cum liberentur ho quantur,
mines à supradictis malis, nihil efficiendum erit, quia si suppri-
euacuatio cum commodo animalis exercetur. Si sit exce- mas hæmorrhoi
dens solet cohexiam, & hydropem efficere refrigeratione dibus.
core. Si sit deficiens, & diminuta euacuatio: si suppri-
matur humor melancholicus; fit melancholia, & ieco-
ris refrigeratio: si vero sanguis hydrops, & cachexia
suffocato calore contingunt, sunt pleuritis, peripneumo-
nia, aut in alia parte inflammatio, sanguine ad pleu-
ram, pulmonem, aut aliquam aliam partem decumbente. Cum ergo ex immoderata hæmorrhoidum euacua Curatio.
tione, aut suppressione, tot eueniant mala oportebit dili-
genter occurrere. Si immodica euacuatio sit, simul & re-
cen, tota supprimenda erit. Dubium autem est de inue- Dubium
terata. Hyppocrates 6 aphorismorum sent. 12. in an- de inuete
tiquis hæmorrhoidibus, venam apertam relinquit: de rata fluxione.
tus purgato corpore omnes claudit. Verior tamen est Hip
pocrates, quia in antiquis hæmorrhoidibus natura per
annum consuevit sarcinam deponere: quam consuetudi-
nem si repente mutemus, supradicta mala excitabi-
mus. Quod exemplo confirmauit. 4. epi. 5. senten. 132. de
Alippum (qui hæmorrhoidibus affectus erat) curatum,
insanum reddidum scribit. Dices, nonne si vna vena

aperta relinquatur, totum corpus refrigerabitur? Respondeo maius malum, & citiorem mortem sequi, si eam statim suppremamus. Si hæmorrhoides non fluant, aut nũquam fluxerunt, aut aliquando fluxerunt. Si nunquam fluxerunt, aperiendæ a nobis sunt, videntes hominem lienosum, aut melancholicum. Si fluxerint aliquando, multo melius eas mouebimus, potissimum si videamus ex earum suppressione aliqua mala iam sequi. In fluxu immodico hæmorrhoidum, victum frigidum & adstringentem imperat auctor, & alijcum ipso. Male tamen, quia ea quæ frigida sunt, & adstringentia, stercus indurant: quod magno egens conatu, & forti expressione ad hoc vt expellatur. sanguinis fluxus augebitur. Sint ergo alimenta temperata, aut lenientia aluum propter dictam causam.

Iacotius reprehenditur.

Vnde sanguinis missio exercẽda.

Secundo auertentibus. *Distinctione opus erit si noluerimus errare cum auctore. In immodica euacuatione humorum melancholici ex lienes, basilicam sinistram seca, quæ vasorum & naturæ habet rectitudinem: in ea vero quæ ex toto corpore, aut iecore fit, basilicam dextram. Idem seruandum est in cucurbitularum applicatione.*

Lapsus auctoris.

Tertio contrahentibus. *Omnia medicamenta, quæ ab auctore hoc in loco per os assumenda describũtur, omitte: quia sua adstrictione stercus indurant. Adde ab his non posse obstrui venam reclusam, quæ in ano posita multum distat ab ore: vti tamen poteris illis medicamentis, quæ ab auctore ano applicantur.*

Medicamẽtum ex ri præparat, non est quod vtaris per os: bene exterius apsĉama fer plicatum sequtus Galenum lib. 5. metho. cap. 10. qui eo ex ri vbi vti ciccat vlcera auris & ani.

Quarto emendantibus. *Medicamenta ex scamma ferri præparat, non est quod vtaris per os: bene exterius apsĉama fer plicatum sequtus Galenum lib. 5. metho. cap. 10. qui eo ex ri vbi vti ciccat vlcera auris & ani.*

le.

Septimo per medicamenta excoriantia. *Fel taurinum conuenientissimum anostomoticum est.*

Ligatura a quando prodest.

Ligatura earum in radicem. *Si tenues sunt, ligatura vtilis est: secus si crassæ.*

Aliqui in hoc morbo laudant. *Abstinendum a corrodẽtibus*

tibus medicamentis, quia fluxionem mouent; Et ab igne actuali propter vicinas partes.

Vt ℞ mellis ʒ j. *Omittatur hoc medicamentum, quia vitriolum, & flos aris caustica sunt.* *Error amanuensis.*

Vel ℞ radicis hiari *Si radix hiari, & liliorum, & pulueris pantis porcini aperiendi habent vim, cur ea miscet auctor in hac compositione in qua vlcera ani excicare instituit? Suppositoria deme ab his acria.*

Hoc vnguentum est in hoc syptomate optimum. *Optimum est, sed nõne breuius oleo rosaceo, oui luteo, & opio id præstabis.*

De procidentia ani.

CAPVT LVIII.

VM anus aut propter musculorũ obliquorum sedem sursum reuellentium imbecillitatem, & resolutionem, aut propter ingẽtem in egerendo conatum procidit aliquando ab inflamatione, vel alio tumore præter naturam, cuius curatio necessario præcedere debet reductionem intestini, malum sit nulli nõ notissimum quam procidentiam ani nominamus, barbari exitum ani, aut langaonis dicunt. *Descriptio*

Si ani procidentia sit à sola intemperie contrarijs curatur sedi admotis in forma vnguenti, vel cataplasmatis, vel fotus: in omni tamen quiescat altis clunibus, & iunctis, præcipué ano reducto in suum locum. Si sit ob imbecillitatem, vel resolutionem, seu paralysin musculorum, curabitur primò, victu exiccante, & calfaciente, de quo cap. 13. Secundo, pituitam apparantibus. Tertio vacuantibus medicamentis conuenientibus, de quibus eodẽ 13. cap. egimus: quarto, & vltimo, dissipantibus, & resoluentibus, *Curatio.*

Vnguentū vt hoc, vel ſimili vnguento: & olei coſtini, & caſtorei an. ℥ j. olei rutę ℥ j. ℈. pulueris caſtorei, & anthos an. ℥ j. pulueris maſtichis ℥ ℈. cerę q. ſ. miſce, & fiat vnguentum. Ante cuius appoſitionem pars affecta fotu huius decoctionis præparetur: & camomillę, anthos, ſaluiæ, balauſtiarum, foliorū lauri an. ℈ j. quę cupreſsi, & gallarū an. paria. vj. fiant decoctū in libris ſex aquæ, donec tertia pars cōſumatur.

Si infans, aut puer laboret ani procidentia humidis, & frigidis corporis humoribus pargatis per hieram ſimp. vel agaricum trochiſcatum infudeat decocto ſaluię, abſinthij, ſtœchados, abrotani, rutę, origani, roris marini, facto ex vino chalybeato, & aqua aluminoſa, vel ſulphurea: & vngatur anus vnguento ſuperiori, vel ſimili, & quieſcat multis diebus clunibus elatis, & clauis. Pix comeſta curat ani procidentiam, & eius ſuffitus parti affectæ immiſſus.

Curantia procidentiam ani.

Folia porri, vel thapſi barbati decocta cum vino, & ano admota valenter curant ani procidentiam. Suffitus ex corio anguillæ ſalito eſt optimus in hac ani procidentia curanda. Idem fit ſuffitu plumbi viti. Cinis cineri ſimilis admotus ano curat eius procidentiam, & ſciſſuras. Pilulæ de helleborio ſumptę idem faciunt.

De Procidentia ani.

CAPVT: LII.

Scholium.

Anus quid. Vnde dicatur ſphincter.

VM anus aut propter. *Anus extremitas eſt inteſtini recti, ubi tres muſculi reperiuntur. Prius tranſuerſus, ipſi ano circumuolutus, dictus ſphyncter ab actione: quia conſtringendo anum in voluntarium fœcum excrementarum impedit. Duo alij ſunt obliqui, nō magni*

magni ſed membranoſi, & lati; vtraq; ani parte ſupra prædictum rotundum muſculum ſiti. Horum vſus eſt in magnis contentionibus, euerſam ſedem ſurſum retrahere. Eſt etiam in ano membrana, qua alligatur oſſi ſacro, & lumbis. Ex his facile eſt intelligere, qua hoc capite a doctoribus proponuntur. Procidentia ani tunc dicitur, cum extremitas inteſtini recti, foras delabitur: ita vt non lateat viſum. Morbus eſt in ſitu vitiato. Cauſæ eius erunt omnia quæ laxare poſſunt muſculos, & ligamentum ani; qualia ſunt humida: & quæ paralyſin in muſculis inducere poſſunt, vt frigida: & tertio magnus ad egerendum conatus, qualis teneſmum comitari ſolet. Practici aliam addunt cauſam, nempe inflammationem: decipiuntur tamen, quia inflammatio non laxat, ſed muſculos tendit. Quod ſi in procidentia ani, inteſtinum inflammetur: non poterit reponi, quin prius inflammatio ſedata ſit.

Quid procidentia ani.

Cauſæ.

Practicorum deceptio.

Si ani procidentia ſit a ſola intemperie. *Procidentia ani neq; a calida, neq; a ſicca intemperie fit, quod debuit auctor diſtinguere.*

In hoc morbo non per os applicanda.

Si infans aut puer. *Cum anus ſit pars affecta, ei applicanda ſunt medicamenta. Vnde ea quæ ab auctore per os exhibentur, cum eorum vis non perueniat ad anum omittantur.*

De Procidentia vteri.

CAPVT. LIIII.

Descriptio.

VANDO vterus ita euertitur, vt exterius emineat (autore Aetio lib. 16. cap. 78.) malum fit, quam ipſe procidentiam vteri nominat. Arabes autem præcipitationē matricis, & exitum appellant. Cuius cauſæ

Cauſa.

quàmplurimæ sunt: nonnunquam enim accidit ob casum ab alto decidente scilicet muliere in coxarum vertebras: rumpuntur enim tunc membranæ quædam, quibus vulua propinquis partibus annectitur: vnde procidere ipsam ne cesse est sæpe ob ingẽtem conatum, quo premitur mulier in laborioso, & difficili partu, maximè verò in abortu, vt secundã expellat. Aliquãdo propter inconsideratã partus extractionem, aut nimiam spiritus detentionem, aut immẽ si ponderis elevationem, aut percussionẽ vteri, aut animi vehementes affectiones hoc ipsum accidit: & ob humoris plurimi, ac tenacis defluxum, partumq; frequentiam: laxantur siquidẽ, atq; soluuntur appendices profundo vtero superius inhærẽtes. Iam & sine vlla causa istarum hic morbus cõtingere solet, cũ debilitato corpore mẽbranæ, musculiq; vuluã sustinentes exoluuntur, quod ingrauescente ætate fieri consueuit. Morbus satis per se patet, cùm vterus ipse procidens oculis cerni possit. Procidit autẽ secundũ os eius, & quod pẽdet struthiocameli ouũ similitudine refert maioris tantum, & minoris ratione differens. Causarum porrò notæ tum ex ægrotantis sermonibus, tum ex corporis constitutione notatę intelligentur.

Laborious partus

Labor corporis cõ animi.

Notæ.

Curatio.

Similis est hæc curatio præcedenti: causa enim in illa, & in hac est auferenda, si possit, & vterus loco natiuo est restituendus, nisi impediat tumor vteri magnus, quem dissipabis fotu, & lotione ex decocto cymini, anisi, baccarum lauri, camomillæ, & similium facto vino rubro. Post insperges pulueribus, stipticis, ne recidat, de quibus superiori capite dictum est. Suffitus rerum graue olentium, vt pennarum perdicis, assæ fœtidę, castorei, soleæ combustæ, capillorum, sulphuris, & similium exceptus per vuluam in fundibulo, vel cathedra perforata est necessarius. Ouum sub gallina fractum, agitatum, lanis inuolutum, & vuluæ admotum vterum reducit ad proprium locum: quia vterus maximè abhorret fœtida, & ab iis fugit. Amat non parum redolentia, quare naribus admouenda sunt, vt mos-

Dissipantia flatũ.

Suffitus rerũ graue olentiũ

Vterus maximè amat redolentia.

ut moſchus, ambra, vel alia minoris pretij, vt galia, & flores citranguli, roſæ, violæ, & ſimilia. Cucurbitula magna fixa vmbilico vterum ad proprium locum trahit, & conſeruat. Reducto vtero ad proprium locum cubet clunibus ſublatis in ſublime aliquot diebus, & vmbilico imponatur hæc mixtura: conſeruat enim vterum in propria ſede, confert etiam ſuffocationi, & omni inordinato motui uteri; Rx. alitæ muſcatæ, galiæ muſcatę an. ʒ. iij. ambrę, muſci, an. g. v. vtriuſque ſtoracis an. ʒ. ij. ℈. reſinæ electæ, ʒ. ij. omnia cum oleo ex ſthorace muſceantur, & extendantur ſuper pannum coccineum forma rotunda ad præſidium vmbiculi.

Quæ terũ ad ſuũ locũ trahũt.

Medicamentũ cõſeruãs. Fotemẽtũ in ſuo loco.

De procidentia uteri.

CAPVT. LIIII.

Scholium.

QVANDO vterus. *Vterus ſitus eſt inter intestinum rectum & veſicam lotij: Qui locus maxime acommodatus eſt ad recipiendum ſemen, ad fœtum uſque ad iuſtam magnitudinem ſeruandum, & cum uſus poſtulat, excernendum. Habet uterus uaria ligamenta: Recto inteſtino, & veſica fibroſis quibuſdam & tenuibus anſulis alligatur, ſacro oſſi (vt multi ſentiunt) quibuſdã neruoſis, & muſculoſis uinculis, lumborum etiam uertebris ex Galeno, quod medio peritoneo intelligendum eſt. Prædictis ligamentis ſuo loco ſeruatur uterus, quæ ſi laxẽtur mutabit ſitum ad unum, aut alterum latus declinãs, aut procidẽs propriores exterius. Nunquam tamen, uteri prolapſus contingit eius fundo per os egrediente vt multis placuit:*

Vteri ſitus

Annexus.

Quomodo fiat uteri procidẽtia

hoc enim

Obiectio soluitur. *Hoc enim ab ortu Vteri angustia impeditur. Si obijcis fœtum maiorem per hanc egredi partem. Respondeo non esse parem rationem, quia fœtus ponderosus est, & à natura expellitur. Curationem pete ab autore, solum adde, modum quo Vterus debet restitutus seruari, ne procidat.*

Quomodo Vterus restitutus seruatur. *Seruabitur ergo Vterus repositus à mitella, aut circulo ex ære facto in Vaginam immissa, & cerea candela per ipsum circumuoluatur, ne ad carnem contingat. Aduerte etiam autorem, non recte animi vehementes affectiones, & imbecillitatem corporis prolapsus Vteri causas statuere, quia ab his non possunt Vteri vincula laxari.*

De immodicis mẽsibus.

CAPVT. LV.

Quid mẽsium immodicum dicam pro fluxum.

IMMODICE fluere menses in fœminis tunc dicimus, autore Aetio, quando confertæ sanguinis menstrui copia pluribus diebus effluxerit, quod multis de causis accidit.

Cause. Prima, quia insto tenuior redditus sit sanguis: quæ res ab externis vt plurimum causis euenire solet tametsi ab internis etiã cõtingat. Etenim & legimus ipsi, & vidimus aliquando in muliere, quæ se plus æquo exercuisset, huiusmodi mensium defluxum contigisse, qui multis medicorum præsidijs sisti non potuit, & in mulieribus temperamento biliioso hoc ipsum accidere quotidie experimur. Porrò quæ sint causæ tum externæ tum internæ, quæ sanguinem possint attenuare superfluum esset recensere, cum sæpius dictæ sint, & per se lector facile inuenire possit. Accidit præterea symptoma propter vasa aliqua aut aperta, aut fracta, aut etiam erosa, siue magna ea sint, siue parua. Nonnunquam etiam ob partus grandiores, & post ab ortus, quos vt plurimum mensium immoderatæ

purgatio

purgationes ſolent conſequi. Cæterum ſi à ſanguinis tenuitate oriatur hæc affectio conſiderare oportet anteactam vitam, & eas omnes cauſas tam exteriores, quam interiores, quæ ſanguinem tenuiorem ſolent reddere. Si verò vaſorum accidat vitio, vel quia fracta, aut eroſa ſunt, erúmpentis ſanguinis multitu linem (vt inquit Aetius) conuenit conſiderare: cuius verba hæc ſunt: amplioribus vaſis fractis, aut apertis magna, & conferta ſanguinis copia defluit: ab anguſtioribꝰ verò oppoſitū accidit ſicut ab eroſione paulatim, & cū maximo dolore delabit. Ab aliis cauſis ſi accidat facile ex ægroti ſermonibus deprehēdetur. Cōſequitur hīc affectos cutis decoloratio, appetitꝰ imbecillitas, cōcoctionis difficultas, nōnunquā pedū, & totius corporis tumores qui lā laxi, & generatim ea omnia, quæ excedentem hæmorrhoidum defluxum conſequuntur. *Nota.*

Si immodicus fluor menſium eſt à ſanguinis copia, curatur victu tenui, & aſtringente, vt cydoneis, pyris agreſtis, acetoſa, amydo, & oriza cum lacte amygdalarum, vel caprarum chalybeato, fuga carnium ouorum, & ſanguinem augentium. Secetur vena interna dextra, extrahaturque ſanguis reſpondens plenitudini, & viribus ægri. Si ob bilem mixtam ſanguini, præcedenti victu frigido, & aſtringente, de quo capitibus vigeſimo primo, & vigeſimo octauo, de ſanguinis profluuio è naribus, & de ſputo. Vacuetur bilis cholagogis, vt myrobalanis citrinis, rhabarbaro, tamarindis, caſsia fiſtulari, & ſimilibus; vt ℞. medullæ tamarindorum, & medullæ caſsiæ fiſtularis recens extractæ aā ʒ. ß. pulueris corticum myrobalanorum citrinorum, & rhabarbari electi infuſi per noctem in aqua endiuiæ aā ʒ. j. ſyrupi roſarum ʒ j. aquæ portulacæ quod ſatis eſt, miſce, & fiat potus. *Curatio quādo eſt à ſanguinis copia. Victus. Sectio venæ. Si à bile victus. Purgetur.*

Deinde ſanguis refrigeretur, & ſiſtatur ſyrupo roſarum, granatorum, mytillorum, cydoneorum, de agreſta, & de ribes, & aquis portulacæ, plantaginis, ſanguinariæ, & ſimilium. Dein quolibet die ſummo mane ſyruporum vnciæ *Quæ ſiſtūt ſanguinē.*

Purgãtia pituitam. vnciæ duæ,& aquarum vnciæ quatuor.Si ob mixtam pituitam(quod calor ſanguinis albus oſtendit quemadmodum flauus bilem)phlegmagogis vacuetur vt myrobalanis kebulis,agarico,& alijs;vt ℞. diacatholiconis ʒ.ß.cor ticum myrobalanorum kebulorum,& agarici trochis ca ti an. ʒ.j.diaphæniconis ʒ.ij.rhodomellis ʒ. j. aquæ fœniculi.q.s.miſce , & fiat potus: præcedenti tamen pituitæ aquoſæ concoctione per ſyrupos de abſinthio , & rhodomel cum aqua fœniculi,& abſinthij.Si ob atrãbilem mi-

Atrãbilẽ purgãtia. ſtam quod niger color indicat)vacuetur epythimo, myrobalanis indis,ſebo , & alijs;vt ℞. confectionis diaſenæ ʒ.iiij.pulueris epithymi,& corticum myrobalanorum indorum an.ʒ.j.ſyrupi bugloſſæ ʒ.j.aquæ borraginis. q.ſ. miſce,& fiat potus , prius tamen apparetur bene atrabilis per medicamenta dicta cap.1.& cap. 9. de curatione me-

Auertẽtia lancholię.Facta iam corporis euacuatione,& factis etiam auerſionibus omnibus tum per ſanguinis miſsionem, tum per purgationes,per frictiones partium ſuperiorum,& ligaturas dolorificas,& fotum earundem,&per frequentes

Refrigeratia,et quies Hyſteria. cucurbitulas ſcapulis,& potius mammis affixas . Sanguis omni ſtudio refrigerandus, & incraſſandus eſt , vt quiete animi,& corporis.Scimus enim vicecomitem ipſam Caſtri boni perijſſe menſtruorum immodico fluore , cuius cauſa fuit magnus motus:confecit enim pedibus iter trũ

Stiptica. ſanguinẽ incraſſantia. leucarum , vt vocant , ad viſendam imaginem virginis Mariæ de Serrança. Et alijs etiam omnibus internis , & externis ſtipticis , & refrigerantibus eſt incraſſandus , vt drachma vna pulueris Karabe , & collarij rubri multis diebus ſumpta cum pauco ſyrupo,vel aqua frigida , & aſtringente,vel iure arietis , vel pedum ſuis, vel vituli , vel

Mixtura max me aſtringens amydo prædicto iure decocto, vel lacte chalybeato . Dimidium vnciæ conſeruæ roſarum vetuſtæ cum ſyrupo, vel aqua aſtringente per aliquot dies ſumptum ſiſtit hunc fluxum ſanguinis.Idem fit drachmis tribus micletę,velʒ micletæ,conſeruæ roſarum antiquæ,an.ʒ.j.ß.pulueris ſpo

dij,sanguinis draconis,Karabe,lapidis hæmatitæ præparati,balaustiarũ,rosarum, corallij rubri præparati. mastichis,cornu cerui vsti,thuris,acaciæ, gummi dragaganti,& gummi Arabici an. ʒ.ij,syrupi myrtillorum.q.s.misce,& fiat confectio. Dosis est cochlearium vnum cum aqua plãtaginis,portulacæ,vel sanguinariæ. Vteri loco anteriori, vt & posteriori medicamenta astringẽtia,& frigida actu & potentia admota sistunt hunc sanguinis fluorẽ: vt sunt succi,vel aquæ plantaginis,portulacæ, solani, & similium cum aceto,& bolo armeno,& alijs pulueribus astringentibus Stercus asininum non solum interius sumptum cum syrupo aliquo,& aqua astringente:sed exterius admotum cum aqua chalybeata, & pauco aceto sistit hunc sanguinis,& quemcunque alium fluorem, vt ego expertus sum. Hoc vnguentum est in hoc genere probatum; ℞. olei myrtillorum,cydoniorum,& mastichis an. ʒ.j. pulueris boli Armeni præparati, sanguinis draconis,& trochiscorum de Karabe an. ʒ.j.aceti cochlearium vnum ceræ.q.s. misce,& fiat vnguentum. In vteri cauitatem necessariæ, & vtilissimæ sunt iniectiones medicamentorum astringentium,glutinantium,& ora venarum ruptarum consolidãtium,quales sunt aquæ, vel succi portulacæ, plantaginis, solani,sanguinariæ,& similium: Galenus enim:diebus quatuor solo succo plantaginis infuso per metrenchitas curauit antiquum menstruum fluorem,qui nullo alio auxilio curari potuit. Si his liquoribus addas pulueres astringentes, erit auxilium efficacius Pessarus,seu pessarium longum ex supradictis succis, & pulueribus astringentibus cum terebinthina, vel pice & lana pudendo mulieris affixus valenter sistit hunc fluorem Suffitus stercoris ouini, vel asinini per vuluam susceptus inhibet hoc sanguinis profluuium. Suffitus ranarum combustarum egregie retinet hunc defluxum sanguinis,vt ego expertus sum in excellentissima domina mea duce Cardonæ & Sugurbi anno 1544 hoc fluore affecta septem fermè mensibus,quæ diuino fauore ad pristi

Vtero admouenda.

Assistier cus.

Vnguẽtũ.

Quæ in vterum intus admouenda.

Galeni mẽdacmẽtũ.

Pessarus.

Suffitus.

Historia.

Vngulæ nuia.

ad priſtinam reſtituta eſt valetudinem. Sufficit vngulas nudas ſiſtere mirifice hunc ſanguinem, experti ſumus: quæ uis ab eo fiat per menſem ſterilis fœmina, vt quibuſdam placet. Hoc medicamentum multas nobiles Cottalanas laborantes hoc affectu ſatis antiquo curauit. ℞. corticum duorum ouorum recentium aduſtorum, thuris maſtichis, an ʒ ß. margaritarum electarum coralij rubri præparati Karabe, ana ʒ ij. lapidis hæmatitæ, & ſmaragdi præparati an. ℈ ß. farinæ hordei ſine furfure. p i. albumina quatuor ouorum & ſi opus fuerit, adde parum aquæ chalibeatæ, & fiant duo panes, ſeu placentæ, & coquantur in furno, vt poſſint in pulu rem redigi. doſis huius pulueris eſt

Narcotica vltima auxilia et externa minus periculoſa. Ordointer uorum.

à drachma ſemis v que ad drachmam vnam cum iure pedum arietinorum ſummo mane. Vltimo curatur hic fluor vt cæteri narcoticis ſeruatis omnibus, quæ ſæpe diximus, præcipuè capite. 40. de curatione colici doloris: quia periculoſiora ſunt narcotica interius ſumpta iis, quæ injiciuntur, vel admouentur parti inferiori, & omnibus minus periculoſa ſunt externus admota: inter ea quæ ſumuntur, requies magna vt clementius narcoticum, deinde athanaſia, poſtea trochiſci de Karabe, de ſpodio, & de terra ſigillata, poſtea philonium maius, vel Romanum, vel perſicum, vel Iharſenſeh: hæc tamen nullo modo ſunt admouenda, neque exhibenda, quando facultas eſt imbecilla, ne paucus natiuus calor extinguatur à medicamentis tam frigidis ſed potius facultas eſt roboranda ſucco carnium & iure optimo cum ſuccis cydoneorum acetoſæ, & agreſtæ. Sed quia hoc ſanguinis fluore, & alijs omnibus ventriculus imbecillior redditur, prudenter alimentis frigidis eſt nutriendus æger, ne magis debilitetur, & externis dictis

Monitio.

Ventriculi corroboratio.

capit. 31 eſt corroborandus & nullo modo internis, ne ſanguis calefactus aptior ſit motui.

De

De immodicis mẽsibus.

CAPVT. LV.

Scholium.

IMMODICE fluere menses. *In ea sanguinis euacuatione, quam singulis mensibus vtiliter in mulieribus experimur, hæc omnia considerare opus est. Primo substantiam, quæ euacuatur. Secundo locum, per quem euacuatur. Tertio tempus, in quo incipit, & desinit euacuatio. Quarto quantitatem sanguinis euacuati. Vltimo an possint concipere mulieres illæ, in quibus non fluunt menses.* Consideranda in mensium fluxu.

Quanam sit substantia qua in menstrua purgatione excernitur, ex Galeno facile colligimus: fœmina enim ex lib. 4 de usu part. capit 6 ratione sexus mas est frigidior, eoque, vt alimentũ, quod concoxit, totum assimilare non possit: cui etiã accidit, neque velementibus motibus exerceatur, vt scribit Galenus lib. de vena sec. actuer. Exodus cap. 7. ac proinde in vena copiosum sanguinem coacervat: qui, tempore quo non concepit, a natura (multitudine eius grauata) per uterum (qui pars larguida est) salubriter expellitur, at tempore quo uterus grauidatur, inepta est ipsi fœtui materia. Vnde colliges duo. Primum sanguinem menstruum optimum esse, & ex quatuor humoribus constitutum: quem natura consulto per uterum expellit, quia est alimentum principium nostræ generationis. & alimentum seminis & fœtus. Secundum, ridiculam esse quæ Plinius lib. 7. Pomponius Lætus lib. 15 de sanguine menstruo scribit, cum nihil sit probabilius, quam mulierum præsentia magis menstruosum esse. Quis sanguis menstruatur.

locus

locus per quem ſanguis menſtruus excernitur, Vterus eſt, ad ipſum enim perueniunt Vena magna, & arteria ex ſa-

Venarum Vteri Varius locus.

ſis, quæ ſunt iuxta os ſacrum. Ex quibus quædam inſeruntur in Vterum, per quarum orificia in eius cauitatem patentia (cotylidonas Graci, & latini acetabula appellant, quibus Vena & arteria Vmbilicales dicta adhereſcunt) ſanguis excerni ſolet in Virginibus, & mulieribus quæ nõ

In grauidis & quas Venas ſit hæc euacuatio.

conceperunt. Quædam vero in collum Vteri, & pudendũ diſſeminantur, per quas tempore conceptus ſolet fieri in aliquibus grauidis, menſtrua euacuatio. Non ab interioribus quæ ſunt in cauitate Vteri, quia ab his ſecunda pendent, & ideo nil poſſunt in Vteri ſinum immittere, Vt auctor eſt Galenus libro. 5. aphoriſmo. commen. 60. Ex his intelligemus, an, quæ Iacobus in ſuo ſcholio ſcribit, vera ſint:

Sententia Iacobi.

duo enim perſuadere conatur. Primum eſt, in grauidis fluere aliquando ſanguinem menſtruum, nõ per collum Vteri, ſed per eius cauitatem: in primo tamen menſe, in quo os Vteri multum non eſt conſtrictum, Vt oſtendit ſuperfœtatio quæ eo tempore fieri ſolet. Secundum eſt euacuationem ſanguinis factam per Venas, quæ ſunt in collo Vteri, non eſſe menſtruam, ſed hæmorrhoidalem, quia ſanguis ille craſſus eſt, & Vena ſunt iuxta anum & habent orificia in cauitatem patentia. Ex curatione hoc ipſum probat, quia ſi hæc euacuatio, per Vteri collum facta ſupprimatur, curatur ſanguine miſſo non ex pede, Vt in ſuppreſſis menſibus: ſed ex brachio, ea ratione qua in hæmorrhoidibus ſuppreſſis facere ſolemus. Hæc Iacobus, qui maxime & craſſe deſipit. Primo, quia ſi orificia Venarum

Iacobi reprehẽditur.

in cauitatem Vteri patentia, tempore conceptus, adhærẽt orificijs Vaſorum, quæ per chorion diſſeminantur, non poterit, Vt recte docuit Galenus, ſanguis per illas in cauitatem Vteri excerni. Neque id recte ex ſuperfœtatione probat, quia hæc non ſolum in primo menſe, ſed & in quarto,

Hiſtoria.

& quinto contingit: Vt enim multa taceam exempla, Vxor cuiuſdam doctoris, qui hic Valentiæ regiæ cancellariæ

præ-

præsidebat Gallart appellati. post quatuor menses ab obitu viri filium peperit, & octimo nono mense alterum. Neque enim causa superfœtationis consistit, in eo quod orificium Uteri sit apertum aliquantulum (ut simul etiã Galenus Gallesius lib. 5. epy com. 11.) qua semper euenit orificio ita clauso, ut nec stecilli cuspidem admittat; sed in Uteri attractione; qua tunc contingit, quia dilatatur in coitu a fricatione, & calore orificium Uteri, & ita semen attractum potest Uteri cauitatem subire. Altera Iacotij sententia manifestam habet redargutionem, quod si sanguis per collum Uteri euacuatus, semper ex Venæ cauæ præcedit fluxu, & euacuatur non per Venas in ani cauitatem patentes, quomodo erit hæmorrhoidalis? Præsertim cum non sit sanguis crassus (ut ipse sensit) sed optimus, Venas quantitate grauans. Ratio ex curatione assumpta nil concludit, quia si supprimatur illa euacuatio, quæ in grauidis per collum Uteri contingit, si lædat, non mouemus eam, secantes Venam pedis, ne multo sanguine euacuato, qui inferne habet impetum, fœtus moriatur; sed ex brachio ut euacuemus, reuulsionem. De tempore quo incipit & desinit hæc euacuatio, nil certi affirmare possumus, quia pro quantitate sanguinis, & eius consistentia maxime euariat, in quibus enim mulieribus, multus est sanguis, aut tenuis citius incipit & tardius desinit menstrua euacuatio: contra uero in quibus crassus est aut paucus.

Quod quamuis ita sit, maiori tamen ex parte incipiunt menses. 13. aut. 14. anno, eo quod tunc iam non absumunt fœmina, tantum sanguinem in corporis augmentum: desinunt autem. 45. aut. 50. quo tempore iam sanguis ea copia non generatur, qua possit abundare singulis mensibus. Quantitas sanguinis quæ solet euacuari singulis mensibus, non est certo diffinienda: quia pro natura & victus ratione mutatur.

Causa sucontus a fricatione, & calore orificium Uteri, & ita semen per fœtationis.

Secũdo refellitur Iacotius.

Non omnibus incipit eodem tẽpore hæc euacuatio.

Quãtitas sanguinis euacuãdi incerta.

Ad vltimum (quod in hac disputatione inquirendum

diximus) respondet Aristoteles, bene posse concipere mulieres antequam menses fluant. Aliqui experientiam, ad id confirmandum addunt. Ceterum Galenum habet contrarium Aristoteles, qui libro de Vteri affect. capite. 10. ante mensium eruptionem non posse fieri conceptum scribit, quia semen caret vero alimento, sanguine videlicet: Tum quia tenuis Vterus est, ob vasorum occlusionem & sic decidit semen, aptius enim est ad concretionem asperum quam leue: quod in lignis & lapidibus videre est, quæ si volumus vnire, prius (vt recte dixit Diocles) scalpello ex asperamus. Neque experientia potest dicere contrarium, quia in fœminis quæ sine præcedentibus mensibus conceperunt, tempore coitus motum habuerunt. Prædicta ergo euacuatio menstrua, si tempestiue fiat vtilis est: si vero immodica (quam ex noxa colliges) mala, vt docuit Hippocrates. 5. aphorismorum sententia. 57. menstruis enim largius fluentibus morbi fiunt, refrigeratio totius corporis habitus, fœdus color, tumor pedum, omnium virium imbecillitas, animi etiam deliquium, & conuulsio libro 5. aphorismorum sententia 56. Quod si immoderatus hic fluor in grauidis contingat, fœtus affectur iuxta Hippocratem eodem lib. sententia. 60. Hæc immoderata sanguinis per vterum euacuatio, symptoma est in his quæ excernuntur quantitate peccantia. Eius causæ ex libro 5. aphorismorum commentario 53. tres sunt. Apertio orificiorum vasorum, quæ in vteri cauitatem desinunt, sanguis calidus & tenuis, & totum corpus præter malum habitum, hoc est imbecillitatem à sanguine etiam moderato aggregatum) expellens ad venas vteri. Prima causa est morbus instrumentarius in via. Secunda intemperies calida iecoris, multum bilem generans. Tertia intemperies est, totus habitus corporis valida tamen, aliter ipsius vires non deceret. Præter hos morbos, nullus alius prædictum efficit symptoma, & ideo auctor

Gale. Aristotelis contrarius.

immodicus fluxus sine proma est.

Causæ immodici fluxus menses.

Primacausa.

Secunda.

Tertia.

auctor Rondoletius, Altomarus & alij Aetium se- quri decipiuntur, existimantes eruptionem & Venarum rupturam, menses immodicos efficere: quia immo- dica mensium eruptio, consueto naturæ tempore fit, ea vero quæ ex eroſione, aut rupturæ procedit, quolibet tempore contingere poteſt. Vnde hæc ſanguinis euacua- tio per Vterum nominabitur, non menſium immodica euacuatio. Ea autem ſanguinis præternodum euacua- tio, quæ poſt partum aut aborſum, aliquando euenit, & ex Galeno libro 3. epyd. parte 3. commen. 35 colligimus, menſtrua euacuatio appellatur, quia quod expellitur eſt ſanguis menſtruus, propter fœtum in Vterum immo- ratus. quamuis ille ſanguis diſtinguatur, ab eo qui ſin- gulis menſibus euacuatur, & libro de atrabile cap. 8. docet Galenus, ille enim qui poſt partum expurgatur, porro eſt deſert. ma (nam oppoſitum ſanguinem fœtus attraxit) non ſolum peccans quantitate ſed & qualitate & ita in epydimij ſupradicto loco, hunc ſanguinem melancholicum eſſe ſcribit.

Error mul torum.

Si immodicus fluor menſium. Si ex imbecilli corporis habitu partes grauata expellant ad Vterum ſanguinem, & hac ratione fiat immodicus menſium fluxus, ſecabimus Venam baſilicam dexteri, aut ſiniſtri brachij, vt ea ratione reſert. & ventriculum etiam magnam ſubijciamus ſigillationi, textu 11. p. 3. apho. ſent. 50. ſunt enim communes Vtero & mammis Venæ, hac enim ratione reuellemus ſangui- nem à parte affecta. Alimenti quantitatem minuemus, & corporis habitum roborabimus.

Vere ſe- cetio quan do eſt exer cenda.

Si ob illam mixtam ſanguini. Bilis ſanguini mixta ip- ſum tenuem reddit & flexioni aptum. Sanguinem ergo mittemus & Vtemur ventriculis, & reuellemus. Alimē ta frigida ſint, aut temperata frigidis tamen alterata. Melā bo- lia & ſi- mulia non ſunt cauſa

Si ob mixtam pituitam. Si mala habita & crudita ſanguinem craſſum reddunt, quo modo immodicos men- ſes efficient?

Ratio totæ curãdi hoc ſymptoma

Facta iam corporis euacuatione. *Tota ratio curandi hoc ſymptoma hac ratione procedat. Symptoma hoc aut vrget, aut non vrget, Si vrget ei proſpiciendum eſt alimentis & medicamentis incraſſantibus ſanguinem: Auxilijs etiam repulſorijs. Si vero non vrget cauſæ remedia applicabimus, habitum corporis roborantes. ſanguinem tenuem incraſſantes, & intemperiem à qua procedit corrigentes. Vltimo etiam meatuum laxitatem conſtringentes.*

De ſuppreſsis menſibus.

CAPVT. LVI.

VEM ADMODVM menſtruæ purgationes cum modum excedunt multarum ægritudinum cauſæ ſunt, ita quoque cum in totum ſupprimuntur, multos pariunt morbos, vt ex aphoriſ. 57. ſectionis quintę colligitur de ſuppreſsis igitur menſibus pauca dicamus: ſuppreſſos autem menſes tunc dicimus eſſe quoties cum ſecundum naturam fluere deberent non fluunt debent autem ſecundum naturam fluere in ijs, quæ neque grauidę ſunt, neque infra decimum quartum annum, aut ſupra quinquagesimum conſtituuntur, & præter has etiam illiæ, quæ aut cantatrices ſunt, aut ſaltatrices, aut immodicè ſe exercẽt, menſtruis purgationibus naturaliter carent. Atque vt ſumatim dicam iuxta ſententiam Aetij mulieres calidioris temperaturæ, validiſque exercitationibus addictæ, & agreſtes parum admodum purgantur. Præter has quæ cunque ſuppreſſos habent menſes ægrotare neceſſe eſt ſupprimuntur autem menſes, vel quia ſumma adeſt ſanguinis plenitudo venas replentis, atque obturantis, vel quia ſanguis ſit craſſus, viſcidus, ac lentus, à quo etiam venas obſtrui neceſſe eſt. Nõ purgantur etiã mulieres quæ longa aliqua ægritu-

deſcriptio Quibus fœminis mẽſes non fluunt.

Cauſa.

ægritudine, aut acuta laborant, vt phthisi, quartana hectica febri ardenti, atque alijs id genus. Præterea quæ insigni aliqua vacuatione sunt exinanitæ, vt sanguinis missione, vomitu, sudore sanguinis è naribus profluuio, alui fluore. Ad hæc & quibus puris copia alicunde emanat, & pustulæ in cute efloruerunt. Ob peculiare vteri vitium menses quoque interdum retinentur, verbi gratia, ob pinguedinis copiam, aut carnis excrescentiam, aut callum, aut cicatricem ex vlcere, quod in vtero antecesit. Hæc enim vasorum vteri ora obstruere possunt. Causæ facile patere possunt: generaliter verò quibus menses præter naturam retinentur, dolores circa lumbos femora, collum, sinciput, & oculorum radices accidere solent. Corporis præterea grauitatem, quæ sic laborant, patiuntur, nauseant, cibum auersanturque, fastidiunt, & horridos quosdam per vniuersum corpus discursus habent, quales ijs, quæ conceperunt, accidere solent vrina interdum in nonnullis difficulter redditur, interdum plane supprimitur. Cæterum mensium suppressio si à pituita copiosa, & venarum ora obstruente contingat, videre est laborantem somnolentam, ad omnem motum segnem, colore candidam plumbi quoque interdum colori similem pituitam assidue excreantem, & aliquando enomentem. Vrina quoque aquosa esse solet. *Nota.*

Menses si ob sanguinis inopiam ex inedia, aut victu parco, aut longo morbo, aut alia vacuatione per se constiterint, propriè non sunt suppressi, cieri possunt, antequam mulier redierit ad propriam naturam. Si verò alia de causa suppressi sint per absciscionem causæ euocantur, vt si à siccitate fiat, rebus humidis curatur, non calidis, & exiccantibus, ne augeatur morbus. Si ab obstructione à quaferè sem per fit curatur primo victu tenui attenuante & aperiente, de quo capitibus. 42. & 45. de obstructione hepatis, & lienis. *Curatio quandoex sanguinis defectu fit à siccitate. Ab obstructione si de. Sanguinis mitio.*

Secundo abigentibus causam suppressionis, & obstructionis,

tionis, quæ ſi ſanguis fuerit per ſectionem ſaphenæ, aut venarum pedum abigetur: quamuis Matheo de Gradi videatur primam ſanguinis miſſionem eſſe faciendam ex baſilica, quando corpus eſt multo ſanguine plenum, ne attracto ſanguine multo ad infernas partes augeatur obſtructio. Deinde euocandi ſunt menſes frictionibus ligaturis, & cucurbitulis partium internarum, & coxarum, lotionibus, & fotibus earundem. Vltimo per medicamenta aperientia, & diuretica, de quibus ſtatim dicemus; clementiora tamen in hanc conueniunt, quam in facta ab humoribus pituitoſis, & craſsis, quę primo curatur victu tenuante, & aperiente, vt diximus. Secundo apparantibus pituitã rhodomelle, oxymelle ſimp. ſyrupo de duabus radicibus, & alijs dictis 1. cap. cum decocto. vel aquis eodem cap. dictis ad concoquendã pituitam. Tertio vacuantibus phlegmagogis eodem 1. cap dictis, vt agarico, turbit, diaphenicone, electuario indo maiori, & aliis ſimilibus, vt ℞ pilularum de agarico, & cochiarum an. ʒ. ſ cum aqua fœniculi fiant pilulæ ſeptem. Quarto menſes omni arte ſunt euocandi, cucurbitulis videlicet coxis affixis, frictionibus, ligaturis, & fotibus partium internarum, vt ſyrupo capilli Veneris, de artemiſia, de duabus, & de quinque radicibus quantitate duarum vnciarum quolibet mane ſumpto per multos dies cum aquis duplis, vel decocto radicum diureticarum croci, cinamomi, calamenti, artemiſiæ, ſauinę, & ſimilium. Fotus, & inſeſſus ex decocto medicamentorum ſupradictorum aperientium in tempore conſuetæ purgationis valenter ciet menſes, præcipuè, ſi ſumatur tunc potus, hic aut huic ſimilis. ℞. hæmagogi ʒ. j. aquæ capilli veneris, & ſauinæ, ana. ℥ ij. ſyrupi de artemiſia vnciam vna, miſce.

Matth. de Gradi. Euocatio menſium.

Apituita Victus cõcoctio. Purgatio.

Quę menſes euocãt.

Fotus, & inceſſus.

Potus ad euacuandos menſes euocãs

Et ſi menſes inceperint, ſanguinis miſsio ex poplite, vel pede valenter euocat menſes. Suffitu per vuluam excepto rerum aperientium, & redolentium cum Hippocrate quinto aphoriſmorum. 28 aphoriſmo menſes euocãtur.

Suffitus.

A fotu

A fotu, & inſeſſu vagatur locus anterior, & poſterior yteri hoc vnguento; ℞ olei de lilio, ſeſaminini, & ſcorpionum, an ʒ.j. axungiæ cuniculi, & gallinæ an. ʒ. ij. pulueris croci, ſpicæ, & ſauinæ an. ʒ.j. ceræ quod ſufficit miſce, & fiat vnguentum. Hoc medicamentum valenter menſes euocat. ℞. diacurcumæ, & dialaccæ an. ʒ.j. trochiſcorum de mirrha de capparibus an. ʒ. iij. pulueris ſpicæ, croci & cinamomi an. ʒ.j. ℈ ſyrupi de artemiſia quod ſufficit miſce, & fiat confectio. Dofis cochlearium vnum quolibet die mane cum vnciis tribus decocti, vel aquæ capilli veneris, vel artemiſiæ vel ſauinæ. Drachma vna, vel duæ theriacæ diateſſaron cum decocto, vel aqua prædictarum rerum menſes prouocat, valentius tamen theriaca magna, & mithridatus id efficiunt cum electuario hæmagogo. Hoc medicamentum optime menſes excitat etiam ſuppreſſos ſeptem annis, ℞. mirrhæ, calamenti montani, an. ʒ. iiij. medullæ paſſularum ʒ.ij. rutæ recentis ʒ iiij. ſauinæ ʒ.vj. Ex omnibus contuſis bene, & ſufficienti quantitate mellis fiat confectio. Dofis drachmæ duæ cum decocto rubeæ tinctorum. Peſſi longi ex ſuperiori confectione, & felle tauri cum lana in vulnam & vterum affixi aperiendo venarum ora menſes prouocant. Peſſus ex radice rubeæ tinctorum cum felle tauri vel alicuius animalis rapacis clementer menſes euocat. Idem facit hic, ℞ pulueris caſtorei ʒ.j. ℈. naſci grana iij. olei ſambucini, & terebinthinæ, an. quod ſufficit miſce, & cum lana fiat peſſus longus: vel ℞ medullæ caricarum ʒ. ℈ ſuccimercurialis ʒ.j. pulueris radicis gentianæ, & pulegij an ʒ. ij. pulueris nigellæ ʒ. j. cum pauca terebinthina, & lana vel goſſypio fiant peſſi ſeu peſſarij duo, vel tres longi. Peſſi facti ex armoniaco, opopanace, galbano, ſagapeno, & euphorbio ſunt valentiores ad menſes euocandos aliis dictis ſuperius, præcipue ſi addas cyclaminum, cuius radix valentiſſime menſes ciet, & vt quibuſdam videtur, ſi ſuper eam fœmina tranſeat eos menſes euocat. Si vulua, & vterus ab his, & ſimilibus

Vngentũ.

Mixtura optima in hoc genere

Alia mixtura in hoc poteris ſſima.

Peſſi.

Salix ex clamas.

peſsi,& alijs medicamentis calidis aperientibus afficiantur calida intemperie, initio vlcerum neceſſarium erit
Caliditatẽ curantia. conſilium docti chirurgi. Interim fotus & lotio ex decocto plantaginis, & maluarum iuuat multum hoc affectu vexatos,& vnguentum album camphoratum. Pilulæ hæ
Pilulæ. valenter menſes euocant;℞. muſci, mirrhę an ℈.ij.ſtechados,rubeæ tinctorum,pulegij corticum citri piperis longi corticis caſiæ ligneæ,granorum pœoniæ, calami aromatici an.ʒ.iij.ſpicæ,nardi ℈.j.cum aqua artemiſiæ,fiant pilulæ ſeptem pro drachma. Doſis drachma vna ſyrupus
Syrupus. hic egregie menſtrua mouet;℞. rubeæ tinctorum, artemiſiæ,ſauinæ an.m.ſ.mentę abſinthij, radicum fœniculi, radicum acori,ſquinantij, aniſi, origani, neprite, matris ſyluæ an.ʒ.ſ.gariophyllorum,meliſſæ, linguę bouis an. ʒ.iij.cyperi galangę,calami aromatici,fœniculi, ameos, cymini ruſtici an.ʒ.ij. cinamomi medullæ paſſularum an.ʒ.v fiat decoctum ſecundum artem cum quo percolato,& melle ſufficienti fiat ſyrupus.Doſis vnciæ tres.

De ſuppreſsis menſibus.

CAPVT. LVI.

Scholium.

VERVM AD MODVM menſtruæ. *Ex Hippo.lib. Aphoſ. ſent. 57. Si menſtrua nõ fiũt, ex vtero morbi contingunt, quia ex ſanguine detento proceſſu temporis vterus patitur affectionem ſimilem aut inflammationi, aut areſypelatis aut ſcirro, aut cancro. ex quibus lege conſortij afficitur totum corpus. Et quamuis menſium ſuppreſſio noxia ſit, magis tamen noxia eſt ea, quæ à partu contingit,*

uentingat, eo quod hæc non ſolam abundantiam, ſed ſuſpicionem etiam humorum pariat prauitatem. 3. epy. par 3. com. 73. quia poſt partum, & auctor eſt Gale lib. de atra bile, euacuatur portio ſanguinis deterrima. Solet menſtrua euacuatio, in quibus conſueta erat ceſſare, ob defectum materiæ nempe ſanguinis: in his qua morbo aliquo laborant mulieribus, qua multum ſe excercuerunt, & in quibus copioſa ſanguinis euacuatio præceſſit. De hac menſtr. ſuppreſſione non loquimur modo, quia ſuppreſſionē menſtruum illam apellamus, in qua ſanguine in Venis nō deficiente, eius per Vterum fluor, ab aliqua affectione impedatur. Affectio hæc aut eſt in Vtero, aut in ſanguine. In Vtero Varia eſſe ſolet. Prima eſt, anguſtia Venarum Vteri, a prima conformatione contracta. Quam, affectionem morboſam non licet appellare, cum a natura indita ſit, & morbus innatus non detur: erit autem morbus ſimpliciter, qui eſt intra limites ſanitatis. Secunda eſt Vteri denſitas, qua a frigiditate contrahente corpus Vteri, & Vaſa in eo contenta ortum habet; & ideo non fluit ſanguis, vel ſi fluit tenuis & aquoſus. Quod conſiderans Hippo. lib. 5. apho ſent. 62. mulieres Vteros denſos habentes, non concipere ſcripſit. Tertia eſt cōpreſſio Vaſorum Vteri. Quæ fit aut a tumore prater naturam circumiacentium partium, aut ab omenti multa pinguedine; & in obeſis mulieribus, in quibus deſcendit omentum uſq; ad os Vteri: non curantes hac in parte Veſalium, qui omentum non poſſe uſq; ad os Vteri deſcēdere ſentit. Quarta eſt obſtructio, quæ fit a craſſo, glutinoſo, aut multo humore. Quinta intemperies Vteri frigida denſans Vterum: aut ſicca eum induras. Sexta affectio ſupprimens menſes, traditur a Galeno lib. 5. apho. com. 57. eſt autem robur Vaſorum Vteri, adeo & quod influit non admittant. Quod certe diffi cile mihi videtur, conſideranti Vterum a natura eſſe fabricatum languidum, ut ſarcinam per ipſum deponeret: ſi inteſtinæ proinde per robur non natum, ſed factum a medica mentis

Sanguinis ſuppreſſio cauſa.

De qua ſuppreſſione hic ſit ſermo.

Prima cauſa ratione Vteri

Secunda cauſa.

Tertia cauſa.

Quarta cauſa.

Quinta cauſa.

Sexta cauſa.

Quid per robur Vtebricatum Gal. intelligat

mentis adſtringentibus intelligo. Aliæ cauſæ (quæ ſunt callus, oris uteri diſtorſio, aut inflammatio, carnis excreſcentia, & pellicula ſupra os uteri generata in his, quas vulgo cloſes appellamus) à practicis traditæ nobis non placent: quia non poſſunt impedire menſium euacuationem, quæ etſi per os uteri non fiat, poteſt tamen fieri per venas ad eius collum peruenientes. Tum, quia non poſſum mihi perſuadere, tam magnum callum in utero poſſe generari, vt omnium venarum orificia occludat. Affectus ſanguinis eſt, cum eſt craſſus aut glutinoſus. Quæ cauſa non eſt diſtincta ab obſtructione, quia ſi nullum ſit in venis impedimentum, ſanguis etſi craſſus & glutinoſus fluet & excernetur. Dices, cur ergo Galenus obſtructionem cauſam diſtinctam, à ſanguine craſſo & glutinoſo ſtatuit? Reſpondeo, quia aliquando eſt obſtructio, ſine craſſi ſanguine. Quamuis variæ ſint iſtius ſuppreſſionis ſanguinis cauſæ, vt in plurimum tamen fit ab obſtructione à ſanguine craſſo orta, ac proinde libro 5. aphoriſ. commen. 36. ad exactum menſtruas ſuppreſſiones, duos ſcopos deſcribit Galenus, aperitionem orificiorum vaſorum ad uterum peruenientium, & ſanguinis extenuationem. De hac ergo ſuppreſſione, eſt preſens caput.

Aliæ cauſæ à practicis traditæ nullæ.

Secundo abigentibus cauſam. Vt ſanguinem menſtruũ retentum mouens, non euacues ex brachio, qui eum reuelles, & contrarium motum ab eo quem molitur natura induces: ſed ex pede cum ſanguis per uterum faciat impetum. Vnde medici multi ex medijs ſequuti Aetium, prius ſecant venam brachij vt euacuent venas, & deinde pedis vt moueant menſes. Quaſi euacuatio ex pede, plenius lineam ex vena cauæ ipſa educeret: vbi mouet pedis intellige totam illius partem quæ eſt ab articulatione coxæ vſque ad digitos. Euacuatio ergo (quam vt mouens menſes, exterminans) poteſt fieri, cariſſimique, ad ſang-

Vbi exercenda ſanguinis miſſio.

sanguinis missione, scarificatione fiet, quando mulier candida est, aut simul candida & obesa. Ratio hæc est. Mulier candida habet tenuem, & a quo sum sanguinem (quod eo Hippocrates 6. epyde par. 1 sent. 6. hæc mulieres appellat aquales laborantes) & ita per ierit per locum scarificatum recte egredi. Dices nonne melius egredietur secta vena? Respondeo verum esse, sed ex ea sequi aliud malum, quod est multos spiritus euacuari, at scarificantes, præterquam quod commode fluit sanguis, exigua spirituum fit iactura. In muliere obesa, cum habeat exiguas venas in cruribus, etiam si eas probe inscindamus, non poterit sanguis nec mediocriter fluere: ac proinde eam scarificare oportet. Sanguinis missione euacuabimus expede, si mulier sit nigra, & magis si magnas habuerit venas. Nigræ enim mulieres, sanguinem habent crassum, qui per scarificatum locum, commode non euacuabitur. Hæc Galenus in libro de curatione per sanguinis missionem capite. 11. Videant ergo qui in hoc affectu semper venam secant, & nunquam ex poplite euacuant, an secundum artis præcepta operentur. Euacuatio autem sanguinis missione, sive scarificatione expede facta, non debet excedere, quando iam fluunt menses sed duobus, aut tribus diebus antea, quo tempore futura expectatur euacuatio, vt libro de cura ex per sanguinis miss. capit. 17. docet Galenus; & hoc fecisse medicos Romæ medentes in libro de vena sec. aduersus Erasistrateos cap. 7 scribit. Rationem huius rei hanc esse existimo; Cum in missione sanguinis soleat sequi animi deliquium (quo sanguis recurrit ad cor) si quo tempore fluunt iam menses, ex missione sanguinis, animo linqueret mulier, euacuatio supprimeretur: quod cum non timeamus ante quam fluant ideo tunc euacuare oportet. Hoc verum est cum descientem euacuationem curamus. Ratio Sictus sit extenuans.

in muliere candida scarificatione moliendum est.

Nigræ cur non scarificentur.

Vt sus ratio.

Deinde euocandi sunt menses frictionibus. Amara ca-

Deinde

Quæ euo-cent mẽſes

lida cum ſint & tenuium partium menſes mouent, quam uis etiam habeant partes adſtringentes (vt in abſinthio videre eſt) quia hæc adſtrictio poros internos, qui magni ſunt non occludet. Omnia etiam medicamenta, quæ habent vim inſcindendi, & attenuandi idem præſtant, vt maluæ inſperſa puluere nepetæ, aut pulegij. Poſſumus mane hac vti potione, Rx mithridati ʒ.j ſyrupi capillorum veneris ʒ.j. miſce cum aqua capillorum veneris, & fiat potio. Hæc confectio accommodatiſſima eſt Rx. diacurcumæ ʒ.ij. trochiſcorum de abſinthio, de rhabarbaro, & de myrrha aut de caperibus an. ʒ.j. & quatuor ſem. frig. an. ʒ.j. pulueris diarrhodon Abbatis ʒ.iij. pulueris foliorum ſabinæ ʒ.ij. cum ſyrupo capillorum veneris fiat confectio. Cuius ſingulo mane aſſumet ager cochlearium vnum, cum aqua ſabinæ & borraginis, & ab inde ſe excercebit quoad incipiat ſudor aut difficilis reſpiratio. Solemus in hac valentina ciuitate, in hoc affectu exhibere medicamentum,

Medicamentũ valẽtinũ vſitatum.

ex ſcobe ferri paratum, cum fœlicißimo ſucceſſu. Debet autem hæc ratione parari. Rx. trochiſcorum de abſinthio, & de rhabarbaro an. ʒ.j. antidoti hamagogæ ʒ.j. & artemiſiæ, cinamomi ana ʒ.j. limaturæ ferri præparati ʒ.j. cum ſyrupo capillorum veneris fiat confectio. In hac compoſitione, quamuis limatura ferri videatur baſis, ei tamen non debetur medicamenti totius actio, ſed alijs, quæ propter hanc limaturam melius agunt; cum enim ſit craſſarum partium, in cauſa eſt vt immorentur, & ita tota compoſitio propter limaturam reddatur anoſtomoticum medicamentum. Adueſte vltimo ex Galeno. 4 methodi capite. 7 oportunum tempus exhibendi medicamenta menſes mouẽtia eſſe, ſtatim poſt balneum adhuc intra uuo-luris

De Vteri ſuffocatione.

CAPVT LVII.

VTERI ſuffocationem, alij ſtrãgulatum vteri, alij hyſtericam ſuffocationem, alij ſpirationis ob vterum ablationem, alij vterinam apnœam vocant (quam animi defectio præcedit, vt docet Galenus. 1. de arte curatiua ad Glauconem) quamuis Stephanus Athenienſis diſcrimen eſſe inter apnœam, & vterinam ſtrangulationem velit: fit enim, ipſo dicente, apneæ ex ſuperfluitate ſeminis putreſcentis, prauaſq; quaſdam exhalationes, ac præſertim frigidas ad cor mittentis ipſum, atq; ita ſpirationem inter cipientis. Contingit vero quandoque melancholicas exhalationes, quæ ex ipſo ſemine feruntur ſurſum ad cerebrum recurrere, ſymptomataque melancholica facere. Strangulatio apud eum fit ex ſpaſmo matricis ſurſum tractæ, & per continuitatem inteſtina, ventriculum, ſeptum tranſuerſum, ac reſpiratoria alia membra comprimentis. Sed quia frequenter ab vteri ſtrangulatione fit morbus comitialis, & ſyncope per conſenſum, propria, & vera huius affectus diffinitio erit hęc: malum tunc accidens, cùm vterus vaporis copia ita intenditur, vt modo ſurſum, modo in latus retrahi videatur. Eius duæ in vniuerſum cauſę ſunt retentũ ſcilicet ſemen genitale, & menſtruæ purgationes ceſſantes. Et licet nunquam hæc affectio accidat, quin alterutri horum accepta referenda ſit, frequentius tamen euenire ſolet ſeminis detenti cauſa, & quæ ob hanc cauſam fiunt vteri ſuffocationes, vehementius ſolent affligere, & ſymptomata multo ſeuiora inducere, vt copioſe Gale. diſputat. 6. de locis affectis. cap. 5. Quem locum ſi quis optimè conſulat, multa quæ ad hanc affectionẽ pertinere videntur,

Varia nomina.

Apnœa.

Definitio.

Cauſa.

A ſemine ſæpe eius ſymptomata.

videntur, & speculatione digna sunt, dilucidè à Galeno tra ctata, cognoscet: eos igitur ad eum libru remittimus, qui cunq; diligentes naturæ inquisitores magna interdum ad miratione tenentur quærentes qui fiat, vt cùm in hac affe ctione intercepta nonnunquam respiratio in totum sit, & arteriarum pulsatio intermissa: ægrotans tamen viuat, & paulò post ad solitas operationes, perinde ac si tale quippiam non esset passa, reuertatur. Cur præterea tanta varie tas accidat symptomatum pro intentionis remissionisq; modo differentium, & quo modo dentium semen cũ mo le quam minimum sit, tam graue symptomatum sit causa. Quarũ omnium quæstionum causas ibi legens nos enim breuitati studentes maluimus, his omnibus prætermissis ad ignorum enarrationem conuerti, quam in iis, quæ ad ar
Nota. tis opera non sunt necessaria, diutius immorari. Ex signis igitur alia sunt, quæ ipsam accessionem solent præire, alia quæ comitari. Præire solent & maxime cum accessio pro xima est, mentis torpor, pigritia, crurum imbecillitas, fa ciei pallor, aspectus mœstus. Comitantur hæc, quæ sequũ tur laborantes. Interdum iacent sine sensu immobiles cũ obscuro, paruoq; pulsu, vel omnino sine vllo. Interdũ sen tiunt quidem, & mouentur, integraq; sunt ratione: cæterũ animi defectione, & difficili spiratione laborant. Interdũ vero, & crura & brachia contrahuntur. Adest præterea in clinatio ad somnũ, desipientia, detentio instrumentorum sensus, vox obmutescit, & cõuellitur nonnunquã. Cũ iã in clinat accessio, arbore suffundi malæ incipiunt, & oculi at tolli, atq; aperiri. Humiditas præterea quædã perceptibi lis è mulierebrib⁹ locellis excurrit. Intestina immurmurãt, atq; ventris ipse paulatim laxatur mẽbr, sylliet, sensu, ac motu iã redeũtibus. Per circuitus malũ hoc solet corripe re infirmas, præcipue eas, quæ viduæ sunt, aut alias viri cõ cubitu sunt vsæ, & cũ omni tẽpore possit, maxime inuadit hyeme, & autũno. Reliqua ex Galeno, Paulo, & Aetio sunt petẽda. In accessiõe oportet vniuersum corpus perfricare

& exte-

& extrema præcipuè partes infernas ligare, ægrotamque collocare cernice, & scapulis accliuioribus, & femoribus, & inguinibus decliuioribus. Naribus eius sunt admouēda fœtida, vt funiculus lucernæ super extinctus, plumæ maximè perdicū, laneæ soleæ, cōbusta, capilli, cornu caprę vstū, pix eliquata super carbones, galbanū, castoreū, asa fœtida, vrina multorū dierū, & sulphur, quod valētissimè excitat ab accessione: in qua raro facienda est vacuatio, nisi timeatur suffocatio & mors repentina: nam ad prohibēdā eā necessaria esset sanguinis missio ex sup hæmorrhoidibus, vel vena pedis, præsertim si ex suppressis menibus fit morbus. Quæ etiā sternutamētū faciunt naribus sunt admouēda, & vacuatio per aures clysteres nō est negligēda, de quibus cap. 12. de curatione apoplexiæ. Si à defectu seminis fit, curabit maritus, vel si nō habet, nec possit, obstetrix suis digitis, & rebus aromaticis ad inferiora euocet vterum, & per vuluam frictionibus purget fœmē, si cūra peccatum fieri possit hoc. Hæc mixtura est optima huic rei, Rx. olei de lilio, nardini, & cheyrinhan. ʒ j. galliæ muscatæ, & aliæ muscatæ an. ʒ j. musci, & ambræ an. grana vj. zebet. ʒ ß. misce. In omni tamen causa in ipsa accessione pulsus tinis radicitus, & vi magna sunt attēdendi ad excitandum Idem præstant cucurbitulæ coxis & tibijs affixæ, quæ si magna fuerit vmbilico affixa vterum reducit ad propriā seu cum vaporesq; à capite, & partibus superioribus auertit, trahitq; ad inferiora, sed reducto vtero ad suum locum ad illius conseruationem debitam vmbilico sunt admouenda, quæ diximus cap. 54 de curatione procidentiæ uteri. Vel hoc: Rx. empastum fuchsatice nis quod sequitur ni. ʒ j. galliæ muscatæ ʒ j. musci & ambræ an. grana vj. misce. lenter trahatur omnia cū oleo sambucino, & extendantur super panū coccineum ad formam rotundā pro vmbilico. Morbus comitialis, & syncope, si cum hac vteri suffocatione coniungantur, vt sæpe fit, curantur eo modo, quem diximus cap. 8. & 30. semper tamen habenda est prima curandi ratio

Curatio in accessu.

In accessione est cuacuādū aliquādo.

Si causa est semen.

Optima mixtura.

Medica menium e dorum, & lenter tra hēt ad pro primum lo cum ute rum & cō seruans.

partis

partis eius, quæ prius affecta est, post aliarum, quæ per consensum laborant.

Extra accessionem curatio.

Extra accessionem ipsam curatur per causæ abscisionem vt si ex suppressis mensibus nascatur, adhibeantur, quæ diximus capite superiori. Si vero ex semine detento & corrupto vocetur maritus. Si non possit viro vti, precibus, & ieiunio curabitur. Nutriatur ergo pane, & aqua; menta tamen & ruta, & agnus castus semen minuunt. Ad purgationem vteri iniectus hic liquor admodum clysteris instrumento argenteo est efficax remedium: ℞. aquæ naphæ, seu florum aranciorum lib. j. aquæ ocymi ʒ. iiij. galliæ muscatæ ʒ. ij. galbani ʒ. ij muscí, & ambræ ana grana v. syrupi de artemisia ʒ. iiij. croci puluerizati, cinnamomi & gariophyliorum an ʒ ß. misce.

De suffocatione vteri.

CAPVT. LVIII.

Scholium.

TERI suffocationem, *Per vterum singulis mensibus excerni solet sanguis vt superius docuimus: solet etiam & ex testibus fœmina semen in eius cauitatem immitti, vt ex his duobus principijs (quæ vicem habent causæ efficientis & materiæ) generatio omnis fieret. Inde in corpore solent consortij lege ex vtero tanquam ex radice & alijs morbi produre, cum aliqua ex dictis substantijs in vtero abundat. Si substantia quæ abundat sit sanguis menstruus ob aliquem affectum retentus, cum vteri venæ quæ multæ sunt, & magnæ, repleantur; vteri sequentur retractio, recta, si ex aquo venæ sanguine abundent;*

Vteri retractio quomodo fiat.

si vero

sed vero non ex aque, sed solum vnius partis vena, versus illam partē vteri retrahetur, ita vt semper vterus sursū aliquantulum recuriat. Addo aliquantulū, quia ligamenta non punctim ipsum multū eleuari. Hic sanguis detentus si putrefiat, febrē synochū accendit, quæ ex hac sola parte accidit, ob venas quæ multæ & magnæ sunt, vt docet Gal. lib. 6 epy par. 1 cō 2. Si sine putredine corrūpatur sanguis, si sit bilosus & acris, solet ad principium neruorū mittere vapores, & eo nomine motus conuulsiuos efficere; aut ad cerebrū eos mittēs, conuulsionē vniuersalem quæ dicitur epylepsia. Quod si aliquando vera eueniat conuulsio, id prouenit, quia in corpore dispasito, agitatione humor motus & fluens replebit neruosa corpora. Si sanguis sit melancholicus, ex vaporibus eius cerebrum petentibus, melancholica deliria excitātur, sicut ex pituitoso sanguine sopores. Quod si multi vapores septum comprimant efficient (sicut in grauidis, & his qui ob alimenta copiam distentum habent ventriculum) difficilem respirationem, non autem suffocationem, quam à vaporibus guttur musculos replentibus fieri existimo. Quod colligo, quia quæ hanc affectionem patiuntur mulieres, eas partes habent eleuatas, & manus ipsis adhibent, indicantes molestiam, & suffocationem. Refrigerationem totius corporis, quam comitatur respirationis (quoad sensum) priuatio, sanguis detentus nunquam efficiet: neque Galenus libro 6. affectorū, vbi ex professo de hac materia disputat, id significauit, nisi dixerimus sanguinem aliquando venenatam induere naturam, & eius vapores cordis caliditatem celeriter extinguere. Nam si aliter sanguis menstruus detentus refrigerare posset cor; cum frequenter suppriматur, frequenter etiam cor refrigeraret. At rarissime aut nunquam contingit, vt medico etiam multis annis exercenti medicinam eam videre, & tunc in vidua aut virgine. Si substantia quæ in vtero abundat semen sit, tunc non contingit retractio, quia vapo-

Sanguis menstruus putrefactus & detētus febrē synochū parit.

Symptomata quæ sequūtur ex isto sanguine sibi licuso.

Quomodo suffocatio vteri contingat.

Rondoletij error. rum ſpermaticorũ ſola diſſentio id non poterit præſtare, & ex affec. 6. colliges, quod nõ recte cõſiderauit Rondoletius.

Valeſij reprehenditur. Neq; retrahetur Vterus (vt ſentit Valeſius) eo quod ob appetitum Veneris extendatur ſicut pene in viris: quia ob talem appetitum non retrahitur, imo deſcendit verſus collum Vteri, & cum viris membro iungatur: Quod ſimilitudine oſtendit Galenus libro 1. de ſemine capit. 5. ex Ventriculo deſumpta hic enim quando appetit cum fundo ſuo ad ſtomachum recurrit. Si ergo ſemen retentum

Semẽ putrefactum quæ ſequatur. putrefiat Venerea putredine vapores ex eo aſcendentes, cum toto temperamento contrarij ſint, & corruptrices, calidum innatum cordis extinguentes, totum corpus refrigerantes: vt ſequatur reſpirationis (quoad ſenſum) abolitio, quæ omnino vitiante animali non poteſt ceſſare. Quod ſi ſemen non ita prauè corrumpatur, prout fuerunt vapores ex eo aſcendentes, aut acres, aut aliam habentes qualitatem, ſequentur animi deliquium & alia ſymptomata, peiora quam ſint illa, quæ ex ſanguine retento efficiunt: quia corruptio ſeminis peior eſt ſanguinis corruptione, vt experientia docet in ſymptomatis quæ viuis euenire ſolent. Ex his quæ diximus intelliges, quam male Alexandrinus, Rondoletius, & alij ſequuti, Paulũ, ſuffocationẽ Vteri appellarint Vteri retractionẽ: cũ neque ex retractione ſuffocatio ſequatur, neque in ea ſuffocatione, quæ ex ſemine retento ſit retractio cõtingat. Nec minus errant exiſtimantes ſymptomata in ſuffocatione Vteri euenientia fieri, ex eo quod ſemen, aut ſanguis menſtruus ex retentione, & mora refrigerentur, refrigerentq; Vterum, & ſimul alteratione, aut vapore meum cor, & cerebrum. Non enim eſt neceſſe, vt ſemen, aut ſanguis refrigerentur, quia hac ratione ſemper in ſuffocatione Vteri ſequeretur corporis refrigeratio, quod falſum eſt ſupra dixiſti. Adde ex prædictarum ſubſtantiarum frigiditate, non poſſe ſequi tantam corporis refrigerationem quæ ad pituitoſam frigidam quam frigidiorem eſſe conſueuit. Si

Error Paulí & aliorũ de vteri ſuffocatione.

mun-

nunquam sequitur. Et ita tam magna in corpore frigidi-
tas maiorem causam arguit. Posset quis per contrarium semen uteri suffocatione effici, ubi immoratur? Respondet Rondeletius, non retineri semen in vasis spermaticis, quia ibi conseruatur, aut in eorum alimentum assumitur: sed in cauitate uteri, ubi quando grauat quantitate sua, inter coeundum expellitur. Haec sententia mihi videtur falsa, quia in viris ex retento semine in vasis spermaticis, videmus sequi capitis grauitatem, corporis pigritiam, inapetentiam, & alia symptomata. Secundo si semen in cauitate uteri continetur, ergo per eius os effluet, neque enim retinebitur ab utero cum solum non possit concepcium efficere, sine matris semine. Tertio etiam si non somnier, mulier, si semen peccat quantitate poterit expelli. Dicendum ergo erit semen retineri in vasis spermaticis, & glandulis illis, quarum meminit Fallopius, quae ad seruandum semen videntur facta. Symptomata vero, quae in uteri suffocatione apparent, quem morbum uteri sequuntur? Altomarus uteri suffocationem dicit esse morbum in situ. Qui maxime decipitur, quia ea uteri retractio non laedit actionem, neque ex ea symptomata praedicta lege consueti sequuntur. Aliqui eam interpretum fingunt esse putrefactionem. Qui etiam errant, quia etiam probauimus uterum non refrigerari in uteri suffocatione. Quocies nonne in suffocatione uteri elevantur flatus, qui adminuto calore orium habent. Respondeo uteri calorem comparatum ad multam subplantiam ibi detentam, dicilanguidum, non quod talis sit in sua essentia. Equa uteri suffocatione, in utero non unum morbum sed multos esse existimo. Si uteri suffocatio, a sanguine retento enascatur, varios potest habere morbos, quos capite de menstrua retentione tradidi. Si a semine oriatur dissimiles oportet. Non enim semen retentum & corruptum (nisi ex eo sequantur aliqua accidentia) sem per est morbus sicut

Rondeletij sententia.

Rondeletij sententia falsa.

Altomarij error.

Aliorum sententia.

Auctoris sententia de uteri suffocatione

neque cibus corruptus in ventre, etsi ex eo vertigo dolor capitis, & alia sequantur: Quia quando accidentia sunt exigua, videntur esse intra limites sanitatis: & tunc semen, & cibus afficiunt nos ea ratione, qua causa externa. Quomodo vero symptomata magna sunt, molesteque afficiunt, sequuntur tunc morbum in numero addito; semen enim est pars addita præter naturam ea ratione, qua cibus corruptus in ventre, & humor in atheromate, & atheromate, & melicride.

In accessione oportet vniuersum corpus perfricare. Ante accessionem proposuit auctor aliqua signa ex Aetio desumpta: quæ non sunt inseparabilia, nam aliquando ridentibus, & ludentibus fœminis, repente prahendit accessio. In accessione si sit corporis frigiditas, non licet sanguinem mittere, quia illa non est sine animi deliquio. Ea non existente expede sanguinem educes.

In suffocatione à semine sanguis non mittēdus.

Si à detento semine fit. *Si suffocatio proueniat a detento semine, non mittes sanguinem: quia sanguinis missio non euacuat semen. An vero liceat fricatione facta in pudendo, irritare naturam, ad expellendum semen, Theologis discutiendum relinquo. Solum illis aduertendum propono (vt melius iudicare possint) semen quod eo tempore irritatione excernitur, fœminis inuitis, aut saltim non consentientibus excerni.*

Et secundo illud semen, iam non esse prolificum, imo venenum, & corporis excrementum inutile, & multorum malorum imo, sæpe certe mortis occasionem.

De Mola in vtero.

CAPVT. LVIII.

Mola

MOLA, autore Galeno, informis quædam caro est, aut si mauis cum Aetio, & Paulo, affectus quidam vteri ad scirrhi naturam tendens nunc in vteri ostiolo, nunc in toto ipso ad tactum lapidosus apparens: à motus autem difficultate, & granitate molæ nomen assumptit. *Descriptio*

Fit hoc mali genus interdum post inflammationē præcedentem eueniens, interdum post locale vlcus cui caro supercreuerit: Nascitur etiam à semine muliebri & sanguine menstruo ad vterum vtroque fluente atque retento ibique caloris immodici vi tum coacto, tum in carnis formā transmutato. Signa ab Aetio sic ponuntur. Affectū tumor immitis consequitur cum hypocondriorum retractione, gracilitate decoloratione, appetēdique dejectione, ac primo conceptionis opinio suboritur: nam & menses supprimuntur, mammæ intumescunt, stomachus euertitur, lībi grauantur, venter attollitur; temporis vero progressu discernitur: molam enim dolor punctionis sensum inferens subsequitur, nec in ea motus vllus, sicut in vero conceptu percipitur, post toto corpore diminuto, & ventre ampliato certa hydropis imago deprehenditur: à qua tamen distinguitur: neq; enim hic vt in hydrope manus impulsu tumor recedit, aut excauatur, aut tympani sonum reddit, neque eiusdē manus cōcursu vlla fluctuatio percipitur: interdum tamen tempore præcedente iecur refrigeratur, & hydrops superuenit: animaduertere tamen oportet hęc omnia signa, ne cū fene. 135. annos nato Auenzoar, & doctissimo Matheo de gradi decipiamur; ille vxorem vterum gerentem purgauit sexto mense hic verò vxoris partum ad decimum tertium mensem expectauit; quæ post mola laborare inuenta, optime ab eodem curata fuit. *Causa.* *Nota.* *Hystoria.* *Curatio.*

Curatur vteri mola victu earum, quæ menūbus detentis laborant: de quibus capit 56. diximus: post remediis euocantibus menses, de quibus eodem capit. Si ob flatum fiat mola (vt contigit cuidā fœminæ Iudææ Olyūponēsi, *Hystoria suspenda.*

quæ arbitrata ſe fœtũ in vtero habere ventum tantum peperit) curatur primo frequenti vacuatione per elephãginas pilulas, quæ in hac & omni ferme cauſa obtinent principatũ. Euacuato corpore flatus diſsipandus eſt, diacymino, diagalãga, dianthos cũ decocto camomillæ, ſeminis foeniculi, capilli veneris & artemiſiæ. Clyſter hic valẽter diſsipat flatũ. ℞. camomillæ p. j. baccarũ lauri anethi, cymini, ſeminis foeniculi, & aniſi an. ℥ j. anthos, ſtichados calendulę an. p. j. fiat decoctũ, de quo percolato accipe vncias decẽ, cui adde diamuſci dulcis & diagalãgę an. ℥ ß. miſce, & fiat clyſter. Si in vterũ injiciatur aliquid prædictæ mixturæ purgabit flatum vteri. Peſsi ex rebus dictis cap. xô. ſunt optimi huic quoq; morbo, vtęr. pulue. ſeminis melãthij, cardamomi an. ℥. j. puluer. euphorbij, & caſtorei an. ℥ ß. ſucci mercurialis, & terebintinę, an. quod ſufficit miſce, & fiant cum lana, vel goſſypio duo peſsi longi.

Pilulæ elephangnæ.

Clyſter flatũ poteẽter diſſpans.

Peſſi

De Mola in vtero.

CAPVT. LVIII.

Scholium.

Quid nomine molæ intelligendum.

MOLA auctore Gale. *Nomine molæ nõ intelligimus cũ Paulo tumorem vteri ſed cũ Gale li. 14. de vſu par. cap. 7. carnẽ inutilẽ, atq; informẽ. Quæ inutilis dicatur quia, nec eſt pars corporis, nec ex ea animal fit: informis vero quia humani, nec alicuius animalis figuram ſeruat. Hanc molæ ex ſy'mij ſententia (in libro de nom. natura in Scholio illius ſententiæ, quę ſic habet. Primũ igitur neceſſe eſt &c.) Fit a ſola fœmina, ſine maſculi ſemine, ea ratione, quia omne hypnema, hoc eſt ſubmantanea appellæ*

appellata ex gallina sine galli coitu. Errat tamen Sylvius & ex praedicto Galeni loco intelliges, in eo enim probat bene posse in foeminis animalibus, solam foeminam formam artificiosam inducere, ob eorum caliditatem & siccitatem: non autem in gressilibus, in quibus ob humiditatem foeminea corpus omnino est imbecillum. Mola morbus est in numero, est enim pars addita in corpore toto genere praeter naturam ex 14. methodi cap 13. Quod videtur falsum, quia si mola est caro, erit ergo pars addita toto genere secundum naturā ea ratione, qua sextus digitus. Respondeo molam non esse veram carnem, aut si concedamus esse carnem, Galenū eam appellare toto genere praeter naturam, quia non habet formationem, quam sextum digitum habere videmus. Mola non fit sine coitu, ita tamen ut viri semen sit modicū, & morbosum, quod incipiat motum conceptui tribuere & non perficiat. Ab hoc semine fit membrana chorion, qua multis locis adhaeret utero, quibus mola viuens attrahit sanguinem, quo nutritur & augetur, ita ut veri conceptus spem non adimat prorsus non recte vero existimat molam augeri nō nutritione, sed appositione & agglutinatione. Solet tamē mola ex venis multū attrahere (potissimū in principio) & hac ratione secare refrigerato, (sicut & composita euacuatione) by Elio. drop. sequi. Ex hac etiam videtur mola attractione fit, ut in principio sua generationis in mammis non coacerueturlac, quemadmodū deinceps copiosum generetur. Ex his colligas difficile esse cognoscere, an mulier conceperit necne, videmus enim in mola generatione, & suppressione mensiorum, sequi generationem lactis augmentū mamillarum, tumorem in ventre, & fluxum in eo motum. Ac proinde nouum est rerum, lib. 4. epydemiō. & cor Antigenis ignoraret an pregnans esset: & similiter Himene frater, qui ex suppressis mensibus intenta habebat hypocondria. Alexandrinus & alij mola causam materialem, semen & sanguinem tenuem efficientem modicum calorem statuunt

Mola quia morbus.

Mola materia.

Mola non a calore fit sed a temperāto seminis.

Errant tamen, quia calor est instrumentum molæ, quæ a temperamento seminis & sanguinis ea ratione, qua Verus & Galenus Aristomarius conceptus generatur, aliter enim non viueret, quia quæ a calore concrescunt, non viuunt. Curabitur mola, si auferatur, cum sit res inutilis addita. Auferetur vero medicamentis eisdem, quibus secundas retentas expellimus.

De partu laborioso, & secundis detentis.

CAPVT. LIX.

Causas & notas pete a Rhodione.

Curatio. ante partū. Balneum. Fotus.

Quæ faciles partus faciant. Impedientia partū.

AVIVS rei copiosam, & necessariam doctrinam scriptam reliquit Eucharius Rhodio suo lib. de hominis partu, in quo cuiuslibet partus naturalis & non naturalis formas depinxit: nos tamen omissis causis, & signis breuitati studentes, & suo ordine curationē tantum indicabimus. Quādo tēpus pariendi accedit uterū gerens utatur exercitatione moderata, nutriaturq; alimētis facilibus concoctu, & molliētibus, qualia sunt uuæ passæ sine granis, caricę, pruna, uuæ, butyrū, malua, ius pingue. Balneū quoque ex decocto rerū molliētium est optimū, & necessariū. & fotus partis inferioris utero proximæ cuiusmodi sunt malua, bismalua, semē lini, fœnugrœcum, uuæ passæ sine granis, caricæ, melilotum, & similia. Amet ea quæ partum facilē faciunt, cuiusmodi sunt lapis smaragdus, iaspis, corallus, storax, radix cyclamini, & radix artemisiæ sinistræ coxæ alligata. Abstineat ab ijs, quæ partum impediunt, vt est aër frigidus comprimendo, & intense calidus vires mouendo, & fœtus dissoluendo. Pyra à tota substantia impediunt partum, etiam si non comedantur. Cùm tempus pariendi appropinquat, prægnans ambuler pedetentim per loca decliuia, & mitto partus bibat ius pinguæ

galli

gallinæ cum facultate ſeminum lini, vel fœnigręci, adden- *Iuxta par tũ victus.*
do parũ croci, vel cinnamomi, & parũ vini albi generoſi, vel rubri mediocris ſubſtantiæ. Partes etiam ventris inferioris, & pudenda hoc vnguento benè calido vngãtur; &c. olei iuſſanini, & amygdalarum dulcium, & de ſemine lini an. ℥.j. vtriuſque dialthęæ, hyſſopi humidæ an. ℥.ſ. mucilaginis fœnugræci, & ſeminis lini, an. ℥.ij. axũgię gallinę, & anatis an. ℥.j. ſ. croci puluerizati ʒ.ſ. ceræ. q.ſ. miſce, & fiat vnguentum. Comprimere anhelitum verſus inferiora facilè partũ reddit. Lapis aquilę ſuſpẽſus de coxa parturientis valeter trahit fœtũ, non ſolũ viuũ ſed mortuũ, & ſecũdas ipſas oportet tamẽ poſt partum ſtatim lapidem amouere à coxa, ne attrahat ad ſe vterum. Difficilis partus ſit vel ob defectum matris, vel vitium fœtus, vel ſecundarum. Si vitio parientis, quia nimis craſſa ſit, vel animo puſillo, aut in experta dolorem, aut ſuapte natura imbecilla, aut habeat vterum exiguum ob ætatem, aut propter errorem in cõpoſitione, aut quia laborat vteri inflammatione, vel aliarũ partium vtero proximarũ. Si ob primã cauſam ante partũ eſt emaciãda ciborũ paucitate, & multo labore multis vigiliis, & curis. Si ſit timida, animus addendus eſt. Si doloribus non aſſuefacta, validiſsime ſpiritum comprimat, & locus vteri ſuperiori vnguento, vel huic ſimili bene vngatur. Si imbecilla ſit optimo iure caporum, vel gallinarum, & aqua carnium, vino bono, & odoribus nutriatur. Si ob paruitatem vteri ſuperiori vnguento, vel oleo communi, vel iure pingui, & ſimilibus mollientibus partes pudendæ vngantur ſæpe, benè humectatæ, & mollitæ extendantur ſatis, & aperiantur in partu. Si ab inflammatione, vel alio vteri morbo propriam pete curationem. Si vitio foetus difficilis reddatur partus quia magnus ſit, vterus, & pudendum fotu balneo, vnguento rerum mollientium egent, vt diximus, in exiguo vtero. Si ob figuram naturę aduerſam educatur ad naturalem figurã: eſt enim naturalis figura partus, quando caput fœtus à principio,

Vnguẽtũ.

Lapis aquilæ.

Cauſa laborioſi partus.

Curatio & cauſarum abſceſſionẽ

Figura naturalis partus

cipio, deinde reliqua membra manibus super femoribus porrectis, & capite in neutram partem declinante egrediatur. Proxima huic figura est, quãdo pedes ambo priores apparent, & manus non supra femora, sed in sublime erectæ fuerint. Aliæ omnes figuræ præter has duas à natura abhorrẽt, quas omnes Eucharius Rhodio exactissimè suo libro demonstrauit. Quando igitur est figura naturæ cõtraria à docta obstetrice habebit manus, & digitos longos & gracles, vel ipsa tactu præsenti, & sensu reducatur in primã figurã naturalẽ & omnium optimã, vel in secundã ei proximã, si figura non naturalis sit ei propinquior. Deinde expectabis partũ naturalẽ, & verbis olim dis bonam spem fœlicis partus, & masculi, quo omnes fœminæ gaudẽt, dabis: & si opus fuerit, uterũ & vias omni arte aperies, partumque facilem addes. Inter alia tamen excitãda est sternutatio parienti. Multa sunt præterea quæ partum facilẽ edunt præter superius dicta, quorum aliqua à multis experta, & laudata in præsenti adducam. Si ob fœtus imbecillitatem fuerit difficilis partus corroborandus est per restaurationem matris, de qua superius dictum est; & præter illa parebis hoc puluere cum optimo iure corroboranda est; ℞. cinnamomi electi, cassiæ lignææ, & croci an. ʒ. j. ossium de corde cerui, & spicæ an. ʒ. ß. ambræ, & muscati an. ℈ x. sacchari optimi ad pondus omnium misce, & fiat puluis. Dosis scrupulus vnus. Si fœtus fuerit mortuus, quod cognosces frigiditate ventris inferioris, motu rei grauis ad mortum matris, & fœtore nariũ, & oris matris, hoc potu expelletur; ℞. pulueris artemisiæ, & castorei an. ʒ. j. aquæ saninæ ʒ ij. syrupi capilli veneris ʒ. j. ß. misce, & fiat potus. Hoc quoque medicamentum valenter educit fœtũ viuũ, & mortuũ in viuo tamẽ educẽdo mitiora sunt necessaria; ℞. myrrhæ, castorei storacis an. ʒ. ß. cinnamomi, seminis, vel foliorũ salui an. ʒ. ß. mellis q. s. misce, & fiat cõfectio. Dosis ʒ. iij. cum vino albo, vel aqua quinq; radicũ diureticarum, vel infusionis. Hoc medica-

Admoni-tio.

Pulus.

Fœtus mortui signa. Expellendi mortuũ fœtũ.

mentum

mentum fœtum expellit, clementius tamen quã duo superiora: ℈. aſſæ fœtidæ ʒ. ß. rutę ſuccę ʒ. iij. mirrhæ ʒ. ij. miſce. Doſis drachma vna ſemis cũ generoſo vino. Lac humanũ, ũ bibatur, expellit fœtum autore Arnaldo de Villanouareſt enim tutiſsimũ auxiliũ & clemẽtiſsimũ Drachmæ duæ ſucci dictami, vel pulueris eius cum vino, vel aqua calida expellit fœtum ſine violentia. Drachma vna euphorbij aborſum inducit, & fœtum violenter extrahit. Suffitus huius medicamenti frequens, & inſtrumento conueniente immiſſus educit fœtum viuũ, & mortuũ, ℈. tiriamæ, ameos, opopanacis, galbani, ſulphuris viui an. ʒ. iij, cũ felle vaccæ fiãt formulæ cicerales, vel ad formã lupinorũ. Suffitus vngulæ aſini, vel ſtercoris eiuſdẽ fœtum educit. Suffitus ſpolij ſerpẽtis ſimiliter fœtum educit. Hi peſſi molã vteri diſsipant, & expelliunt valenter, & fœtũ quoque ℈ armoniaci, opopanacis, hellebori nigri, ſaxifragiæ, ariſtolochiæ longæ, & rotundæ, pulpæ coloquintidę an. ʒ. j. ſucci rutæ, cucumeris ſylueſtris, & fellis vaccini an. partes æquales, terebinthinæ parũ, miſce, & cum lana, vel goſſypio fiãt peſſi longi. Peſſus ex ſucco rutæ, & ſcãmonio educit fœtũ, ſed minus valẽter quã ſuperiores. Succus galliſtrici iniectus in vterum ſanguinis profluuium illius prohibet, quod partum laborioſum, præcipuè poſt acria medicamenta, ſequi ſæpe ſolet. Si ob ſecundarum craſsitiem partus ſit difficilis, quia non euelluntur, neque abrumpũtur, obſtetrix prudens digitis proprijs, vel forcipibus eas ſcindat, vt fœtus egredi poſsit. Si verò ob earum tenuitatem ante debitum tempus rũpantur, & humor collectus in vtero fluat, & tandem vulua, & viæ ſicciores factæ partum difficilem efficiant, oportebit pudendum, & partes iuxta vterum vnguentis, fotibus, inſeſsibus, & baloeis iam dictis humectare, & vias aperire.

Lac humanum.
Dictamus.
Euphorbiũ
Suffitus.
Vngula, et ſtercus aſini, ſpolium ſerpẽtis.
Peſſi.
Succus galliſtrici.
Obſtetrix.

Si à partu in vtero ſecundina detenta ſit ſummo ſtudio educenda eſt, non tamen ſubito, & violenter vt multi imperiti faciũt: enixa enim fatigata labore partus benignè

Adſecundinã educendã.

tractanda

tractanda est, ne simul anima, & secundina educantur, vel prius anima agatur; multis enim diebus viuunt enixæ non expulsis secundis, quas potest natura senium, & multo tempore expellere. Quiescat ergo enixa, & mente confirmetur, & statim à partu bibat libram semis olei communis, cum drachma vna croci pulueriza ti; post vomitu, tussi, sternutatione, & anhelitus compressione excitetur expultrix facultas ad expellendam secundinam. Si tamen his non adiuuetur, enixa nutriatur iure optimo caporum, vel gallinarum, aqua carnis, ouis receptibus, vino optimo, & auibus montanis. Veteri locusinsessibus, vnctionibus, & fotibus rerum mollientium est parandus, ut dictum est superius in partu difficili. Post quæ fœtum mortuum expellunt, confortat, qualia sunt superius dicta, & præter illa, insessus ex decocto foliorum, & granorum alliorum, foliorum vinen (est herba similis vermiculari sapore salso, ex qua fit sal) camomillæ, & foliorum ebuli educit secundinam. Pessus, & vnguentum ex leporis coagulo, & croco pudendo admotum secundinam educit. Suffitus spolij serpentis idem præstat, & cataplasma ex eodem spolio serpentis cum ruta artemisia, & absinthio coxæ admotum, & vuluæ secundinam educit. Suffitus vngulæ asinæ, & capræ, stercoris bubali, columbini, seminis porri, allij corticis, minoris pini, hellebori, Aristolochiæ longæ, nigellæ, & similium educit valenter secundinam. Insessus, vel suffitus, seu euaporatio ex decocto rutæ, prasij, abrotani cum oleo de lilio extrahit secundinam. Pessi, & clysteres ex allio, spalto, assa fœtida, balsamo, stercore ac cipitris, galbano, gentiana, serapino scammonio, vite alba, ireos, & succo dictami: omnibus simul vel aliquo ex his secundinam educunt. Vuciæ duæ succi ex aliquo horum medicamentorum valenter educunt secundinam, dictami, scilicet artemisiæ, pollitrichi, petroselini, prasij, mercurialis, verbenæ, porri, rutæ, pulegij, hypericonis, & similiū. Drachma vna pulueris huius cum vino optimo, vel aqua

Oleum.

Vomitus tussis, sternuta io, anhelitus detentio.

Insessus.

Pessus. Vnguentū. spolii serpentis.

Suffitus.

Insessus, & suffitus Pessi.

Clysteres.

d uetī

diuretica valenter educit secundinam; & myrrhæ, casto- *Pulvis po-*
rei, seminis danci dicti ami, seminis porri, pulueris lum- *tentissim.*
bricorum terrestrium an. ʒ. i. misce, & fiat pulvis, qui
obtinet principatum in hoc morbo. Balsamum sumptum
secundinam expellit, & efficit fœminam sterilem, vt quo- *Balsamū.*
rundam fert opinio.

De partu laborioso & secundis detentis.

CAPVT. LIX.

Scholium.

HIVVS rei copiosam. *Ex Gal. 3. de nat. fac. cap. 3 nouem mensibus plerisq; mulieribus perficitur in vtero fœtus. Vbi nomine perfectionis fœtus, non generationem, sed eius augmentum intelligit, quod est fixis retentio ne uteri. Fœtus absolutus cū iam per os nutriri posset. 15. de vsu par. cap. 7 moleque sua molestus sit vtero, manibus & pedibus motis membranam primo internam (quæ est contingua est) rumpit, & deinde alias: quo tempore pulsante vtero, os uteri dilatatur, a umbilicisque absolutus foras procedit suo pondere, & nixu, expulsus etiam ab utero, & matre adiuuante contrahendo musculos abdominis. Vnde ad optimum & facilem partum hæc omnia concurrant opus est. Primo officium uteri expeditum. Secundo motus fœtus quo rumpat membranas figura eius accommodata sit vt prius caput, & deinde totum corpus, manibus ad latera adhærentibus egrediatur, aut prius pedes, manibus sursum eleuatis: numerus etiam fœtus sanus egrediatur: & vltimo magnitudo* *Quomodo* *Partus fa* *cilis causa*

modo

mediocris, & poſſit per os Vteri egredi. Tertio neceſſum eſt & membrana fœtum circumuoluentes, nec ſint nimis duræ nec molles. Quarto Vteri robur: vltimo robur matris ad tollerandos dolores, & comprimendum abdominis musculos. Hinc partus difficilis varias cauſas colliges. Prima in Vteri ore conſiſtit, quando anguſtum eſt, diſtortum, tumore affectum, aut aliquam contraxit diritatem. Secunda in fœtus praua ſigura, qualis eſt omnis alia à ſuprædicta: in amiſſo, aut languido eius motu, cum mortuus eſt aut imbecillus: in magnitudine modum excedente; & in numero cum multi fœtus in Vtero continentur, viuit enim adhuc hoc anno qui eſt. 1579. mulier ſaluſtranenſis nomine, obeſſa & ſtatura humili, quæ nouem vno partu enixa eſt, quod non ſemel, ſed bis ei euenisſe certiſſime ſcio. Tertia cauſa eſt membranarum durities, quæ difficulter rumpuntur, aut mollities ob quam eis ante tempus rupis, egreſſaque prima, tempore partus ſua non eſt lubrica, ſimulque deficit Vtero humor ipſum ad expulſionem etiã irritans. Quarta imbecillis ac expultrix Vteri, quæ ab intemperie oriri ſolet. Vltima Vtero cauſa, in fœmina pariente conſiſtit, cum languida eſt, aut male tollerat labores.

Difficilis partus cauſa.

Hiſtoria mira.

Si à partu in vtero ſecundina detenta ſit. Tribus membranis tenuibus obuoluitur fœtus dum eſt in Vtero.

Amnios mẽbrana.

Prima quæ eum adhuc teneret cutis, Amnion appellatur, à mollitie. Hac Veluti ſuderem fœtus excipit, in quo Veluti innatans ſeruatur, ita vt minus grauis Vtero ſit.

Allantoides membrana.

Altera ſubſequitur tenuiſſima quam allantoidem nuncupant, a ſimilitudine farcimiorum quod allas dicitur. Hac ad veſicam eſt perula, & ideo facta, vt vrinam pueri coacerent.

Chorion mẽbrana.

Tertia & externa tenuis ſed fortis, reliquas duas & fœtum ambit. Hanc graci chorion (quod eſt radicatio) appellant, quia in ipſam innumera vena radicantur: Latini ſecundam aut ſecundas, quia videtur eſſe ſecundum dum-

ciliũm

alium fœtum ab vtero. Hæc fulcimenta ſi venarum & arteriarum, quæ tandem in venam umbilicis digerebant, & reſpondent venis & arterijs vteri, ita vt ora orũ adhæreant, quibus fœtus vtero alligatur. In hac membrana hiſtoria, Veſalius duplici nomine reprehendit Galenum. Primo quod putarit Galenus, hanc membranam ex ſemine fieri cum fiat potius ex ſemine: & eius ſubſtantia non ſit membranoſa ſed carneſa, carni lienis ſimillima. Secundo quod dixerit hanc membranam totum fœtum cluudere, cum tantum a muliere vaſa carnalia ad eum ſuum fœtus oblucatur. Male tamen reprehenditur Galenus a Veſalio, quia chorion membrana, ex ſemine ortum habet, & totum ab illis fœtum. Deceptus autem fuit Veſalius, ex ſimans membranam hanc non eſſe rem diſtinctam a ſubſtantia carneoſa ei adhærente, quam diſtinctam eſſe ex primo de ſemine, & 4. de uſu par. colliges. Hæc ergo eſt membrana quæ fœtu vterum iam egreſſo, aliquando interius remanet, quam oportet extrahere ea ratione, qua docet auctor.

Veſalius reprehendit Gale.

Defenditur Gale.

De Ramice ſeu Hernia.

CAPVT LX.

VVM peritonæum (quam Arabes membranã infach nominant) qua parte vaſis ſeminariis pertũ eſt, aut laxatur, aut etiam rũpitur, ita vt aliquid vel in inguina, vel in ſcrotum deſcendat, malũ fit quę Græcis cele, latinis tum rami, tum hernia dicitur barbaris ruptura. Porrò cum varie hæc affectio contingat plures enim eius numerãtur differẽtiæ pro corporũ & ſubſtantiarum ad ſcrotũ aut ad inguina devolutarũ natura, iis omnibus nomina

deſcriptio.

Differentia Varia.

nomina imponuntur: nam ſi inteſtinum deſcendit, entero cele, hoc eſt inteſtini ramex: ſi omentum, epiplocele, id eſt, omenti ramex: ſi aqua hydrocele, hoc eſt aquoſus ramex: melancholicus ſanguis in vaſorum anfractibus colligitur, circocele id eſt, varicoſus ramex: ſi ſpiritus pneumatocele, hoc eſt, flatuoſus ramex: denique ſi caro dura intra teſtium tunicas increſcit, ſarcocele, hoc eſt, ramex carnoſus dicitur.

Cauſæ. Fit hoc morbi genus multis de cauſis: nam quod in inguina, aut in ſcrotum, tum inteſtina, tum etiam omentum deſcendant, perinde ac in enterocele, & bubonocele contingit, occaſionem præbere ſolent multa: cuiuſmodi ſunt ictus: ſaltus, clamor, immenſe alicuius molis ſublatio, & quicquid huiusmodi corpori, aut extrinſecus, aut intrinſecus poteſt accidere: ab his enim cauſis facile peritonæum aut extenditur, aut laceratur. Communes autem notæ vtri

Nota. que inteſtinorum inquam & inguinis ramici hæc ſunt. Tumor in inguine, vel ſcroto conſpicuus cernitur, & in exercitationibus, itinere, ſpiritus retentione, & aliis occaſionibus maior quam ante apparens, qui ſi comprimatur, tardè quidam recurrit, celeriter autem rurſus deuoluitur. Cæterum quo dijudices, num propter peritonæi extentionem ramex ſit factus, an propter eiuſdem ruptionem animaduertere oportebit, quoties ob extentionem peritonæi ramex obortus ſit, inteſtinum non vniuerſim, ſed particulatim temporis ſpacio, & ob cauſas quaſlibet deuolui, tumoremque æquabilem ac profundum apparere inteſtino, quod deuolutum eſt, peritonæo conſtricto, ſecus ſit quum vniuerſim deuoluitur, idque ob cauſas violentas dilaxat. Tumor præterea immenſæ magnitudinis, inæqualiſque in cute protinus eminet, quod ſcilicet inteſtina extra peritonæum elabuntur. Aquoſi ramicis cauſæ ſimul ac notæ, & differentiæ apud Aetium lib. 14. & 22. hunc in modum leguntur. Hernia aquoſa quandoque ex occulta, quandoque ex manifeſta cauſa contingit, ex occulta quidē quum aquoſus

aquosus humor circa partes corpusculorum, quę ferotum contexunt, ac implent sanguini admixtus collectus fuerit. Ex manifesta verò quum ex plaga colliſis aut fractis vasis sanguis affluens ad aquosam substantiam transmutatur. Vbi igitur sponte constiterit aquosus humor collectus, subflauus, aut subpallidus is reperitur. Vbi verò ex plaga cruentam, ac fœculentam materiam repevies. Humor autem vel intra rubicundam testiculi pelliculam constitit, vel extra ipsam inter eam & pelliculas adiacentes, vel in propria pellicula velut vesica quadam continetur, atque hoc genus herniam in tunica superagnata vocamus. Accidendo verò duplex hernia oboritur cum collectio & in rubicunda tunica, & in superagnata consistit, si quidem igitur in pellicula rubicunda humor collectus fuerit, tumor vnius coloris apparet sine dolore, in principio, dum adhuc parua est collectio ad contactum cedens: postea verò aucta collectione testiculus humore vndique circundatus occultatur: at tumor in ambitu extensus ac tendens ad tactum herniæ carnosæ suspicionem imperitis exhibere possunt tamen tactu discerni: nam hernia carnosa omnino tenditur, sed aquosa digitis cedit. Si verò in superagnata tunica humor colligatur tumor ipse siue magnus siue parvus fuerit omnino circumscribetur: at si simul quoque in rubicunda tunica collectus fuerit, duo tumores deprehenduntur, alter in superagnata, alter in rubicunda pellicula.

Quod si extra rubicundam pelliculam collectio fiat, testiculus tactui occurrit. Cæterum ab hernia aquosa differt hernia intestinorum, quoniam in aquosa tumor eniſdem penitus magnitudinis semper, & quolibet corporis situ perstitit: neque enim humores velut intestina transferuntur. inguen præterea in hernia aquosa secundum naturam se habet, qua nota vel maxime aquosa ab omenti hernia distinguitur: nam in hernia omenti semper in scroto omentum perstitit, neque vnquam transfertur, id quod

etiam in aquoſa contingit. Verum inuenti hernia inguen rarefactum deprehenditur. Atque hæc de ramice ſunt ſatis, nam quæ de alijs ſpecibus dici poterant cum vel ex iisquæ ſupradicta ſunt patere poſſint ſuperuacaneum eſſe hic ſcribere: qui pleniorem tamen diſputationem deſiderant, adeant Actij librum 14. & Galeni medendi methodum.

Curatio flatuoſa. Flatuoſa hernia curatur primo victu calfaciente: ægri, & nutricis ſi fuerit infans: ſecundo diſsipantibus flatum interni, & externis, qualia ſunt roſata rotuella, armoniacum roſatum, diacyminum, diagalanga, dianthos, electuarium de baccis lauri. Infans qui non poteſt omnia medicamenta neceſſaria ſumere, cum lacte ſumat ſemen fœniculi, vel aniſum manducet, vel parum aquæ naſæ, & parti affectæ admodum carica aſſata cum puluere cyminj, vel carui, vel arancium aſſatum cum eodem puluere vel mel parum decoctum cum ſtercore bubulo. Si puer fuerit puer, inueneris, vel ſenex valentioribus eget, de quibus cap. 31. de curatione in debilitati ventriculi.

Aquoſa. Aquoſa hernia curatur primo victu calido & exiccante, de quo diximus cap. 44. de curatione hydropis.

Secundo apparantibus humorem aquoſum, vt rhodomelle, oxymelle, ſimp. ſyrupo de duobus radicibus, & alijs dictis cap. 1. & multis alijs locis.

Tertio phlegmagogis: vt agarico, ſoluere hieræ ſimp. turbit, diaphœnicon, & alijs de quibus eodem cap. ſed frequenter oportet purgare pituita elephantinis, & de hiera ſimp. & agarico trochiſcato: quia euacuant ſine molestia.

Quarto, diſsipantibus flatum medicamentis internis & externis dictis cap. 44. de curatione aſcitæ. Vltimo verò omnis aqua euacuanda eſt ſi otioſa in ſcroto, quæ emiſſa vlcera exiccantibus, & glutinantibus ſunt curanda adhibendo tamen medicamenta partibus primo affectis, vt hepati, liuni, & alijs.

Carnoſa

Carnosa hernia, si antiqua non fuerit, & minus dura cu- *Carnos.*
ratur rebus emollientibus, & dissipantibus carens: vt hoc præcedenti tamen debita victus ratione & corporis purgatione; R. igitur oleorum camomillæ anethi, sesamini, & amygdalarum dulcium an ℥ j. mucilaginis seminis lini & fœnugræci an. ℥ ß. pulueris rotarum rosarum, camomillæ, & croci an. ℥ j. ß. emplastri de melilloto, quod sufficit, misce, & fiat vnguentum. Vtrumque diachylon cum harmoniaco hanc hernam longo tamen tempore dissolvit.

Varicosa hernia non sine magna difficultate curatur. Primo, victu dicto cap. 9. de melancholia. Secundo, apparantibus atrum humorem conuenientibus medicamentis, de quibus eodem cap. 9. Tertio, vacuantibus, vt confectione diacarna, confectione medicaminis humectantis caprino epithymo pilulis de fumo terræ, Indis, & de lapide lazuli. Quarto, mollificantibus, & dissipantibus, vt medicamentis dictis superius in curatione carnosæ herniæ. *Varicos.*

Vltimo vero varices exmanantur more cancrorum ferro candenti quamuis hoc opus non ab omnibus ferre possit. Alij omnes modi & differentiæ earum, quæ fiunt ex laxato dydimo, aut rupto peritonæo, siue omento decidat, siue intestinum in infantibus, & pueris sunt facilores curatu, præsertim si recentes fuerint: antiquæ enim hæc opere manum non possent curari. *Aliæ spe cies herniarum diffici lis.*

Hernia quæ curatur primo victu adstringente, & glutinoso de quo cap. 28 de curatione sputi sanguinis & somno, & quiete, fugaque cibi flatuosi, vehementis saltus, & clamoris: Postea si intestinum fuerit extra peritonæum ægro resupinato, sublatis cruribus sensim reducatur intestinum ad locum proprium, nisi fœtus, vel flatus hoc impediat, quo tempore flatus est dissipandus inductis, & fœtus mollius tactum fotibus, vnguentis suppositoriis, & balneis ex butyro, muscilagine fœnugræci, seminis lini, oleo sesamino, & amygdalarum dulcium est curandum intestino *Intest. ma lis.*

Clysterpe-riculosus habẽtibus intestinũ extra.

tamen in scrotum lapso, vel extra peritonæum iniecti clysteris est suspecta, & maxime timenda, quum multi nostris temporibus sine voce subito perierint excepto clystere post motum intestinum à proprio loco, ad quem reduci non potest plenum postea substantia clysteris.

Intestino ad locum suum reducto à chirurgo docto, & prudenti conserua ipsum idoneis instrumentis, & ligaturis. Scissuram quoque astringe, id tamen fiet à viris in hoc in lapidibus à vesica extrahendis exercitatis & probatis. Et incisioni impone medicamenta glutinantia, & constringentia, vt emplastrum contra ruptupturam in omni regione satis cognitum, & ab omnibus pharmacopolis confectum. Hoc quoque est optimum; ℞. picis nauallis ʒ.j. lithargyrij ceræ albæ, & citrinæ, colophoniæ, armoniaci, galbani an. ʒ v ℈. visci quercini, thuris, mirrhæ, gypsi an. ʒ.ij. & ʒ.ii. boli armenici, nucis cupressi an. ʒ.j. & ʒ.iij. aloes, caballini, consolidæ maioris, & minoris, mastichis an. ʒ.v ℈. aristologiæ longæ & rotundæ an ℈.ij. & ʒ.ij. & ℈.ij gallarum ʒ.ij & ℈.ij. terebinthinæ lotæ fortiaceto ʒ.ij. & ℈.iiij. acaciæ, sanguinis draconis, mumiæ an. ʒ.℈. his omnibus puluerizatis accipe ilia pellis arietinę sine pilis diuisa in partes paruas decoquantur in aqua donec liquefiant; quibus adde glutinis ligni fabrorum & scriptorum, & piscis ana ʒ.j. His omnibus liquefactis adde puluerem, & fac secundum artem emplastrum in magdaleonibus, cuius quantitas, quæ satis sit, extensa super anu-

Emplastrũ optimum.

Insans facillime curatur.

tam ad magnitudinem rupturæ semper ei adhæreat. Lactens quoque his externis facillime curabitur, præsertim si nutrix debita ratione victus vtatur. Puer vel iuuenis præter iam dicta si per xx. dies, vel xxx resupinus quiescat & quolibet die mane accipiat ʒ j puluerис consolidę maioris, vel minoris cum iure pedum arietis, vel alio liquore astringente, vel pauco vino rubro astringente, vt est Saguntinum, mihi crede curabitur hernia, maximè si non fuerit antiqua. Eandem habet vim pulus seminis, vel da-

Consolida utraque.

Dactylus palmæ syluestris.

Cylorum

ſylorum palmæ ſylueſtris, ſi multis diebus, & in eodem pondere ſumatur. Dimidia drachma puluerisradicis valerianæ cum pauco vino rubro decem, vel quindecim diebus ſumpta curat herniam, vt fide doctiſsimorum virorum habeo compertum. Vnciæ duæ ſucci ſcabioſæ ſumptæ mane quolibet die curant herniam. Hoc medicamentum paucis diebus curat herniam; ℞. maſtichis, olibani, colophoniæ, bolli armenici, ſanguinis draconis, an. ʒ. j. pilorum leporis inciſorum in partes minimas ʒ. iij. mellis, & farinæ orobi an. q. ſ. miſce, & fiat mixtura. Doſis drachmæ tres, vel quatuor. Puluis radicis pentaphyllonis curat herniam. Guido de Cauliaco doctiſsimus medicus & chirurgus aliorum, & ſua ipſius experientia curauit herniam ſcrupulo vno limaturæ chalybis ſumpto ſingulis diebus mane per triginta dies, cum pauco vino rubro, & aqua decoctionis hepaticæ, dummodo per aliquot dies ante & pone emplaſtrum ex magnete, & apoſtolicone, & contra rupturam parti affectæ adhærens portet permutatione eius facta tertio quoque die. Hoc emplaſtrum eſt optimum quamuis ſit paucorum ſimplicium, quod per menſem curauit herniam; ℞. aloes, thuris maſtichis, draganganti, gummi Arabici ſanguinis draconis, boli armeni ci mumiæ an. partes æquales cum albuminibus ouorum fiat emplaſtrum.

Valeriana

Succus ſcabioſæ medicamētū probatum.

Radix pētaphylloīs

Chalybs.

Emplaſtrū bonū paucorum ſimplicium.

Quando ſupradictis auxilijs hernia non curatur oportet ad opus chirurgicū aggredi. Aliqui partem per quam deſcendit inteſtinum contrahunt ferro candenti: alij cauſtica potentia admouent: ab alijs acu perforatur, & meatus aſtringitur, ne in inteſtinum, vel omentum deſcendat. Sed quia admodum difficile eſt laxationem, vel peritonęi incisionem antiquam curare ſine teſtis extractione, ab eruditis, & in hoc exercitato diu viro teſtis vel teſtes cum dyndimo abſcindantur, & extrahantur, cuius modum & forma n Paulus libro. 6. capite. 62. & Albumaſar interpretatur.

Opus per inſtrumentum.

De Hernia.

CAPVT. LX.

Scholium.

VVM peritonæum *Ramicis differētia, quæ dā à loco, & quadā a materia tumorē efficiente desumuntur. A loco cum humor est in inguine, qui dicitur bubonocele, aut scro to & appellatur oscheocele. A materia sit aqua dicitur hydrocele. Qui sua tentione carnes em herniam repræsentat, quod ex testis pellucidit ate (quæ in aquosa apparet in loco obscuro accensa cerea candela distingues. Si sit flatus appellatur pneumatocele, in quo ramice ersi testis lumine appositio sit perlucidus, est tamen testis leuior quam in supradicto. Si sit caro, sarcocele nominatur, qui tumor est durus, & longus formam habens testiculi, & qui longo tempore sensim increuit Fit a carne duriori, ẽ aliqua scrosi parte nata, aut vt volunt Gale. ab schirro, per schirrũ non eũ qui ab humore sed carnẽ duram intelliges. Si sit varix cirsocele nominatur, qui ramix a tumore venarum nutrientium testiculum sit. Quem cognoscimus ex inæqualitate, quæ tactu sentitur in multis exiguis extuberantijs apparentib⁹.*

Varia horniarũ species commemorātur.

Entero cele ab ileo fit.

Si intestinum, enterocele dicitur. Vbi per intestinum non intelligimus rectum, quod cum relaxatur in anum delabi tur, neq; colon, quia hæc remibus adhærent, neq; ieiunũ aut duodenũ, quia hæc sublimiora sunt: sed ileon, vt recte docuit Paulus. Hic ramix cognoscetur ex tumore molli repẽte nato augetur clamore, & multo cibo, & in eo tactu sæpe deprehẽdūtur indurata excremẽta. Si tandẽ ramix fiat ab omento tanquã ex materia, appellatur epiplocele. Quem cognosces ex tumore parum, & lento modo semper ap

parens

parente, tactuque molliusculam sentes substantiam. Hunc tunicæ non admittit Valesius. a. epy sec. 1. com. 19. deceptus à Celso, qui omentum quoque ad pudendum usque descendere scribit. Iacotius duas hernias, quæ verè non sunt sed apparentia tantum describit. Quarum una est, cum transitus est septus ad inguen. Altera cum ex vehementi imaginatione in libidinosis, colligitur semen intra tunicas testiculi. Difficile tamen videtur uno eâ impossibile, testem posse in regione inguinis sibi caussam parare: sicut & alterum quod de feminis scribit, cum nulla pateat femini via per quam intra membranas possit colligi. In tunicis intestinali, & omentali morbus est in situ. In alijs morbus est intemperies cum affluxu humoris, hoc est tumor præter naturã. Reliqua ex auctore peto.

De Arthritide.

CAPVT. LXI.

ARTHRITIS tunc fit, cũ in vniuersũ oẽs corporis articuli propter alienũ à natura humoré confluentẽ dolor occũpat. Latini hũc morbũ articularẽ appellãt, barbari arthreticã passionẽ verũ animaduertere, oportet arthritidẽ, podagrã, & ischiadẽ affectiones esse genere eas- Species.
dẽ loco tantũ differre, cũ alioqui vna sit cõmunis omniũ origo: est cĩm arthritis, cũ in oĩbus articulis dolor insidet podagra cũ in pedib⁹ tantũ quẽ ad modũ chiragra cũ manus obsederit dolor. Ischias autẽ cũ eã iunctura, quã Græci ischiã, Latini coxã nominãt. Quare nõ ab re fuerit, nobis, præsertim, qui breuitati studemus, harũ omniũ affectiõũ curationẽ hoc cap. cõprehendere: tametsi de arthritide caput tantum inscribatur. Fit autem arthritis multis de Caussæ.
causis, quarum quædam internæ sunt, quæ iam externę. Externę sunt casus, percussio, corporis immodica exercitatio et incta, cursus, aliaq; id genus, præsertim si citatim a cibo

fiant articulorũ præter luxationes, & quicquid extra iunctos articulos ita poteſt debilitare, vt ad recipiendos deriuatos aliunde humores idonei ſint. Inter quæ veneris immoderatus vſus & ſolitæ exercitationis intermiſſio numerantur. Mœrores præterea, curæ & vigiliæ, cæteræque animi perturbationes ex eorum genere ſunt, quæ arthritidem, podagram, & cæteras articulares affectiones poſſunt efficere, non modo quod corpus imbecillius reddãt, ſed quod noxios quoque humores procreent. Inter alia quoque quæ maxime hanc affectionem inducunt, ſunt aſſiduæ cruditates, crapulæ, & eorum alimentorum vſus, quæ & difficilia coctu ſunt, & pituitoſos inſuper humores generãt. Docet hoc Gal. com. 28 lib. 6. aphoriſ. dicẽs, etate quidẽ Hippo pauci podagra laborabant, propter vitæ non derantiã, noſtris vero temporibus vſq; adeò auctis edulijs, vt nihil addi poſſe videatur, infinita eſt podagrãrũ copia, cũ nonnulli ſint, qui nõ exercẽtur, & cruditatibus atque ebrietate obruuntur, & ante cibum aſſumptum bibunt vina generoſa, ac venere vtuntur immoderata. nonnulli verò etiã nõ in his omnibus, in aliquibus falte gr. eorum quæ dicta ſunt delinquũt, ſed cũ peccatũ fuerit magnũ ſæpius in vno eorũ, quę diximus deliquiſſe ſatis erit. Ob hãc igitur cauſã etiã eunuchi podagra corripiuntur, quãuis nõ vrãtur venere: talis enim eſt eorũ deſidia, infatigabilitas ebrietaſque, vt etiã ſine venereorũ vſu podagra poſſint corripi. Confirmãs hanc ſententiã Gale. com. 30. eiuſdem libri, eunuchos, inquit, itaque videmus quoſdam podagra laborãtes, pueros verò non vidimus: quia illis venus non nocet nec vitæ immoderãtia in cibis ob caloris copiã ſed egovidi, quod Hippo & Gale. nõ viderunt, nobile videl cet puerũ ſeptẽ, aut octo annos natũ valetudinẽ laborante nõ tantũ podagra, ſed arthritide vere & autumno, cui nõ ſint heredi tarius morb. articularis, & ſatis ille biliosus erat. Vius etiã vretici olei præſertim à cibo multo & difficili cocoſtu hãc generat a lectione. Cõperium quoq; eſt vini meracioris

Quare tẽpore Hippocratis pauci laborabant arthritide.

Gale. vidit eunuchos laborãtes podagra & non pueros: noſtro tẽpore aliquos eſt puer podagra laborans.

præſertim,

præsertim vetusti, assiduũ vsum huius affectionis causam quã maximã esse: ac proinde medicorum omniũ decreto huic malo obnoxius viui vtu quã primũ interdicitur. Sed neq; silendũ illud est, quòd sæpe à parentibus hoc vitiũ in posteros dimanarit, vnde hæreditarii morbi esse cõsueuerũt arthritis, & podagra, quod nec difitetur Gale. 5. apho. cõ. iam dicto. 28. multos dicẽs laborare podagra, quod auos & patres podagricos habuerint. Porrò interne causæ sunt humorũ multitudo, aliquando sanguineorũ, bilioſorũ nõ nunquam, atque melancholicorum: frequentius tamẽ crudorum, atque pituitoſorũ, qui articulorum cauitates replẽtes tumores & dolores, quales in inflamationibus repetiuntur, excitãt; quam rem plurimum iuuat tum articulorum ad recipiendum propter imbecillitatem aptitudo, tũ cæterorum membrorum ad expellendum fortitudo, quo fit vt qui in vniuersum causas colligere vellet, in tria genera partiretur, humorũ, inquã, copiam, articulorum imbecillitatem, & cæterorum membrorum robur hoc tamen admonere vellem prius quã ad signorum enarrationem, & curationem deueniatur, frigidos, craſſos, & pituitoſos humores ad ipſos articulos facile deferri non posse, & neruorũ cõpactæ substantiæ inũnuari, niſi ab aliquo humore, cuiusmodi est bilis deducãtur, cuius beneficio fit, vt tamet si craſsi cõsistentia sint anguſtiſsimos tamen meatus permeent tenuiſsimo scilicet humore viam aperiente. Vnde veræ curãdi methodi præceptũ est medicamentis quæ ad hos humores vacuandos propinãtur, aliquid miſceri debere, quod bilem educat. Signis, quibus morbus cognoſcitur, non est opus, cùm vel dolor ipſe articulis innitens morbi speciem statim exprimat. Cauſæ verò humores scilicet abundantes quicunque sint, siue biliosi, sanguinei, melancholici, aut pituitoſi: nam procatarcticæ cauſæ ex ægrotantis ſermonibus sunt petendæ, & per traditas supe rius methodos, maximè cap. de cephalalgia dignoſcẽtur. Cum Paulo verò Aegineta hunc in modum inueſtigabis, iubet

Morbus hæreditarius

Cauſæ interne.

Tria ſunt tantũ cauſarũ genera huius morbi.

Bilioſus.

Nota.

Pulsus celer. libet autem verba eius hic subscribere. Varietates quæ sunt
a fluctionis huius ceu dictum est causæ humorum tamen
negotium facientium, differentiæ haud difficulter locis
quibus impacti sunt perspicuæ reddantur, tum coloribus,
tum cæteris accidentibus proditæ. Biliosus namque fluxus colore subluridо, & rufo deprehenditur. Idem caloris insuper sensum ingerit, cruciatum que acerbiorem efficit, & protinus ad supremam cutem circa amplum tumorem erumpit, calidarum rerum impotu magis exacerbatur, quemadmodum è diuerso doloríficis placatur; quod quidem cæteris ferè omnibus magna ex parte, peculiariter verò alijs biliosis euenit. Febris item sæpenumero in accessionum summis vigoribus accedit, valdeque sitiendi reddunturi. Consimili modo, & in melancholicis atrioris coloris corpus deprehendas, sicut in pituitosis album & aquosum corpus cernitur, vnde minus crudantur, & serius tument particulæ; perinde atque ij sanguineus humor in corpore abundat, cruentum colorem membra præferunt. Sed ad exactiorem iudicationem iuuabit te superior victus ratio, &c.

Curatio calidæ. Dolor iuncturarum à causa calida cum humore curatur sex remediorum generibus. Primo, victu tenui, & refrigerante, & calidorum abstinentia, præsertim vini & veneris: hæc enim in causa etiam frigida nocent.

Secundo, phlebotomia partis appositæ: vt in arthritide dextræ manus, venam cubiti sinistri secamus, & in podagra dextri pedis venam cubiti dextri incidimus: quamuis aliqui cum Galeno venam poplitis sinistri secandam esse volunt. In dolore tamen iuncturæ dextræ coxæ (à Græcis dicitur ischias) vena poplitis dextri est secanda, vt Galeo ostendit in libello de curandi ratione per sanguinis missionem, & in plerisque alijs locis. Multi initio, & corpore pleno existente venam cubiti eiusdem partis secant, quod Galenus visus est docere. 10. de compositione medicamentorum secundum locos.

Tertio

Tertio, remittentibus ſanguinis fernorem frigidis & aſtringentibus, vt ſyrupis roſarum, granatorum, myrtillorum, cydoneorum cum dupla aqua portulacæ, plantaginis, acetoſę, & ſolatri per tres, aut quatuor dies: in dolore tamen magno abſq; ſyrupis, & coacoctione euacuanda eſt bilis: quamuis nō ſit turgida proprie, nam quemadmodum in vehementiſſimo dolore narcotica ſunt neceſſaria, quæ dolorem non auferendo cauſam curāt, ita coacte vacuandus eſt humor dolorem pariens vehementem ſine concoctione, quia malus eſt auxilium nocumento. *Quādo tamen eſt humor abſque concoctione hoc ſymptomate.*

Quarto vacuantibus bilem, vt pilulis hermodactylorū minorum à drachma vna ad ſcrupulos quatuor; vel dramis quatuor electuarij de ſucco roſarum, aut diaprunis ſolutiui.

Quinto, anodynis, à quibus incipiendum aliquādo eſt, & repellentibus, vt caſia fiſtulari diſſoluta in oleo roſato, farina hordei, muſcillagine pſyllij, vel cydoneorum extracta aqua roſarum, & pauco aceto ad penetrandum magis, vel ſucco, aut aqua ſolani, plantaginis, vel portulacę. Prodeſt quoq; panis medulla lacte macerata, & parū cocta addendo vitellos duos quorum & oleum roſatum, cum quo vermes terreni ſint cocti, frigidum applicetur. Hęc omnia dum caleſcunt, ſunt mutanda, & ſæpe. Si dolor eſt intolerabilis, prædictis addes opij drachmam vnā, croci ad penetrationem parum. Hoc cataplaſma eſt optimum in doloribus iuncturarum intolerabilibus à cauſa calida: Rx farinę hordei ſine furfure, & medullæ panis, an. p. ij. foliorum iuſquiami, maluarum, & violarum, an. m. ij. florum camomillæ & corticis papaueris albi, an. p. i. Ex his decoctis fiat cataplaſma addendo oleorum lumbrico rum, & papaueris, an. ℥ j. opij & croci, an ℈ ß. *Anodyna. Admonitio. Cataplaſma ad magnum dolorem.*

Sexto, diſſipantibus id quod fluxum eſt, vt oleo camomillæ, de lilio, anethi, decocto camomillæ radicis althææ fœnugræci, & melilori, vino auſtero facto vel aqua marina feruore *Diſſipātia decoctum.*

Vnguẽtũ. vaccino, vel hoc, aut ſimili vnguento; ℞. olei camomillæ ʒ.ij. olei de lilio & de ſemine lini an. ʒ.j. mucilaginis fœnugræci, & ſeminis althææ an. ʒ.ij. pul. roſatæ nouellæ, & ſtercoris bubuli an. ʒ j. ℈. ceræ q. ſ. miſce, & fiat vnguentum. Arthritis à cauſa frigida pituitoſa curatur primo victu parum calido cum aſtrictione, quare vinum in ea nocet, quia crudos humores ad iuncturas trahit in quibus, vt & in neruis facile in acetum conuertitur: Bibat ergo laborans ex hoc dolore aquam cinnamomi, vel decoctũ ſeminis fœniculi, vel aniſi. Quod ſi vinũ valeter appetat, ſit rubrũ, & aſtringens, vt Saguntinum, & aqua multa dilutum.

Frigida Vinum.

Admonitio.

Secundo, apparantibus pituitam, vt rhodomelle cum aquis, aut decocto fœniculi melliſæ, & ſimilium, dummodo valentia diuretica non ſumãtur, præcipuè ante purgationem, quia humores ad iuncturas ducerentur, & ideo calculo renum aut veſicæ affecti ex vſu longo diureticorum in arthritidem incidunt.

Frequens Purgatio.

Pilulæ.

Cõfectio.

Tertio, vacuantibus pituitam à iuncturis, vt drachma vna pilularum hermodactylorum maiorum ad ſcrupulos quatuor, vel drachmis quinq; diacarthami ad drachmas ſex. In hac cauſa quia eſt diuturnus dolor bis, vel ter in menſe fiat vacuatio per has pilulas; ℞. pilularum arthreticarum maiorum, & agarici trochiſcati an. ʒ.j. turbit electi ℈.ij. diagridii optimi ℈. j. cum aqua vuæ arthreticæ fiant pilulæ triginta. Pro doſi tres. Vel ſi non poteſt tranſglutire pilulas hæc mixtura fiet; ℞. diacatholiconis ʒ.j. ℈. diacarthami ʒj. agarici trochiſcati, & turbit electi an. ʒ.ij. conſeruæ buglоſſæ ʒ.iij. pulueris roſatæ nouellæ ʒ. j. ℈. rhodomellis q. ſ. miſce, & fiat confectio.

Admonitio præſeruatiõe.

Doſis cochlearium vnum qualibet hebdomada. In hac, & in omni materia arthritidis vtilis, & neceſſaria eſt vacuatio in vere per ſanguinis miſsionem, & per medicamenta purgantia, etiam ſi non actu dolore efficiantur, vt docet Hippocrates aphoriſ. 47. lib. 6. & Galenus in comment.

Quarto, dolore ſedantibus ſtatim principio adhibendis vt olea

vt oleo camomillę, oleo lumbricorum, de terebinthina, de semine lini, de lilio, de vulpe, & similibus. Cataplasma ex farina camomillę, meliloti, fœnugræco, semine lini, & puluere ſtercoris vaccini cum oleis ſupradictis valde ſedat dolorem. Cataplaſma ex mucilagine ſeminis fœnugræci extracta cum aceto, & aqua cum melle eſt probatum, & efficax auxilium ſi per tres dies hęreat loco doloris. *Quæ humores tollunt dolorem.*

Quinto, diſsipantibus, corroborantibus, & reſoluentibus moderatę, ne tenui diſſoluto craſſum duritiem lapidem ſuſcipiat. Hæc omnia quoque dolorem mitigant, qualia ſunt dicta in quarto genere auxiliorum, & hoc vnguentum; Rx. oleorum camomillæ, vulpini, & de lilio an. ℥.j. vnguenti Aragon, & marciaton an ℥.ſ. mucilaginis ſeminis fœnugræci, & ſeminis lini, an. ℥.ij. pulueris maſtichis & roſarum an. ℥.ſ. cerę. q.ſ. miſce, & fiat vnguentum. Præſtantiſsimum quoque eſt partes dolentes ab hac frigida materia oblinere ſæpe adipe anſeris pinguis exenterati & farti lumbricis terreſtribus, fœnugræco, croco, terebinthina, conſuti & toſti. Secundus accepsus qui demit in vas aceto albo plenum eſt melior potus, & balneum ex decocto camomillæ, meliloti, fœnugræci, yuæ arthreticę, roris marini, ſeminis lini cum aqua ſalſa, vel qua chalybs, aut ferrum candens extinguitur, eſt efficax remedium. Longus vſus pilularum terebinthinæ abietis decies lotæ cum aqua yuæ arthreticæ curat hanc arthritidem antiquam, ſi curabilis eſt, quia ſoluere nodoſam neſcit medicina podagram. Doſis tertio quoque die tres magnitudine ciceris. Potus aquæ ligni guaiaci per triginta, vel quadraginta dies euacuato corpore ſolet curare hanc antiquam arthritidem: muta tamen eius facultatem ſecundă variam natură ægri & morbi. Dolor iunctura coxæ, quę à Græcis dicitur iſchias, & à barbaris ſciatica valentioribus indiget remediis propter huius iunctura magnitudinem, qualia ſunt pyrethrum, coſtum, naſturtium, ſinapis, nitrum, ſtercus bubulum, ciconiæ, & leporis. Cataplaſma ex his *Diſsipantia.* *Præſtantiſsimum auxilium.* *Terebinthina laus.* *Lignum guaiacum.* *Iſchias & lentioribus curatur.*

his omnibus, vel aliquibus cum oleo scorpionum, vulpino, & foliis lauri, rutæ cyclamini, & squillę est optimum; vel vnguentum Cataplasma ex pice sulphure admotum huic magnæ iuncturæ antiquam ischiadem curat. Aliquando sunt necessaria maxime attrahentia, & quæ vesicas efficiunt & adurunt, vt est cataplasma ex foliis vrticæ bis in die loco dolenti admotum, post lauetur locus decocto salviæ, & roris marini cum aqua salsa.

Vrtica.

Cataplasma.

Cataplasma ex ruta viridi, & scordeon cum pinguedine porci, & aceto valet multum sua facultate in hoc morbo. Maioris vis est cataplasma ex radice cucumeris syluestris cum pinguedine sulla vel ex alijs. Hoc etiam est optimum & experti m: R. absinthij, radicis ebuli, furfuris ana. p. j stercoris columbini libram vnā & semis, salis communis libram vnam: omnia in aceto decoquantur, & fiat cataplasma; vel fiat ex sinapi, & ficis. Omnium quæ diximus est potissimum cataplasma ex cantharidibus & fermento, & staphisagria factum, à quo fiant vesicæ, quæ aperte per dies aliquot conseruentur foliis brassicæ, vel fermento, & pinguedine porci. Cataplasma ex melle anacardorum est valens causticum in hoc probatum à cuidam doctissimo medico sic hoc modo. Anacardi pisti infundantur in aceto per septem dies postea fentim, & igne pauco decoquantur, donec tertia pars consumatur. Post caloris absentiam quod supernatat, collige quia illud est mel anacardorum antiquorum.

Cucumer Syluestris.

Alumen Galentus.

Cantharides.

Mel anacardorum

Expertum & potens auxilium

Sapientissimus cuidam medicus multos suo tempore laborantes coxendico dolore curauit, & vnum effectum eo per annos decem: & cito causticum facto ex capitello vnæ calcis & aluminis, cuius crusta huc rotò, vel exungia porci non salita est amouenda, deinde locus apertus à doctore chirurgo est conseruandus salta carne, vel igne busci per sex menses vt posit materia per vlcus euacuari.

Ignis.

Aliqui medici satis eruditi igne actu aperiūt locū supra iuncturam, primo, & secundo supra coxam, & tertio sub

gena

genu: semper tamen particularia auxilia sequantur vacuationes totius corporis: quamuis tutius esset, si sex digites infra inciturum dolentem aperiretur locus igne, & apertus per aliquot menses conservaretur. Sed de his auxiliis omnibus pyronicis perfectam & integram doctrinam accipere cupiosi lege cap. quintum libri tertij Iacobi Hollerij de materia chirurgica. admonitio. Hollerius.

De Arthritide.

CAPVT. LXI.

Scholium.

ARTHRITIS tunc fit. Vt quæ in hoc scholio ad eam spectant recte intelligantur, oportet. Quid articulus. articulum esse natum, & ligamentum compositionem, ac motus voluntarios in eo fieri. De unione in articulis. Caput finis est, ingressum cauitatem alterius, ac eam in hac se continentem; quia aliquando caput ipsis magnum est, & cauitas profunda. Et in coxa articulatione secus: aliquando vero caput in superficiariam cauitatem recipitur. Et sic articulationibus nigritum. Textio ex articulis, aliquot ad hoc ne multas partes supra posita, & est vt præcedentes coxa articulus, qui habet in genu, tibia, femoris, membranam carnosam, cutem, nervos, & tendines: aliquos nudos esse, quibus tendines, qui in manibus & pedibus sunt. His suppositis ad propositum est accedamus, quæ nomen assumpsit a fluxionate, & loco affecto. Est enim dolor articulorum, non qui ibi est, sed factus a fluxione humoris. Cum diximus articulum esse articu-

lum

rum dolorem intelligimus, aut omnium aut multorum. Quare si in vno articulo est dolor, etsi à fluxione humoris fiat, non arthritis sed articuli dolorem appellamus: nisi in manu, pede, &c. ut hic. Vbi dolor hic proprio nomine dicitur chiragra, podagra, &c. ut hîc. Arthritis est symptoma sensus tactus, affectio scilicet eius depravata. Morbus ad quem sequitur est tumor praeter naturam articulorũ, distendens partes in eo contentas. Aduerte tamen hunc tumorem factum affluxione humoris, esse distinctum à ceteris tumoribus, non enim tumor continetur in poris partium similarium (nam si quereretur ad arthritim conuulsio nerui aut tensione distento) sed in cauitate articuli aut iuxta articulum, à quo supraposita corpora, quae cum habent sentiendi, distenduntur, & ita dolent. Vnde morbus hic erit referendus ad tumorem praeter naturam, vt ex 6. aphoris. commen 49. colliges. Hic autem tumor fit à duabus causis. Prima est imbecillitas articuli, quam essentia articuli à natura habet, imbecillior tamen se ipso reddi potest, aut in prima conformatione, cum a semine languido formatur, & ideo aliquando arthritis videtur morbus hereditarius: aut secundo extra vterum, cum intemperiem aliquam salsam contraxit. Secunda causa est fluxio humoris ad articulos. Fluxio duas habet causas. Vna est plethora, siue sanguinis redundantia: altera est cacochymia, ab his enim humoribus grauantur & irritantur. Ne-

Causa prima.

Secunda causa.

Iacobus Lapus latus recte sentit, cum vult arthritim fieri sensim in articulo congesto humore ob malam partis nutritionem, hac enim ratione arthritis cum neque a sanguine neque ab alio humore naturali fiat. Humor enim qui sensim coacernatur, sensim etiam mutat naturam, vt in atheromate & meliceride videmus. Nec in morbo gallico fit arthritis ex congestione sine tumore, vt voluit Rondeletius. Quia si humor in articulo incussus non faciat tumorem, neque distentionem efficiet, ac proinde non erit arthritis in qua ob distentionem excitatur dolor in articulo

riculo. Dices in arthritide cuius partis distentio excitat dolorem? Rondoletius respondet ligamentum esse duplex, vnum quod ab osse ortum habet, & hoc non sentire, alterū à periostio, & hoc sensum habere & ideo huius ligamenti distentionem in arthritide doloris esse causam. Decipitur tamen, quia ligamentum ex periostio ortum in nulla corporis parte reperitur. Verum quidem est aliquando tendinem vicem habere ligamenti, vt in lato tenāone in genu apparet. Dicendum ergo est, supra articulos transire nervos & tendones musculorum, qui dolent à tumore distenti vt constat ex. 6. apho. com 49. ha enim partes acute sentiunt, neruus quia defert vim sentiendi, tendo vero, quia fit ex fibris neruorum. Humorem facientem arthritim ex multis cognosces, ex natura agri, ex colore articuli doloris sensa iuuantibus & nocentibus. Arthritis a melancholia raro fit, & ideo non describimus eius natas, vt in plurimum tamen fit a pituita quia articuli pituitoso sanguine nutriuntur, quæ etsi non fluat & dolorem non efficiat sua frigiditate sensum auferens articuli, tamen mixtam cū sanguine aut bile fluere ad articulos experimur, frigiditateque eius retusa tensione dolorem efficere. Cognoscemus arthritidem ortum habere ex pituita ex natura pituitosa, colore articuli albicante, dolore obtuso & perseuerante, & quod lædatur à frigidis, & quod talem habuerit fluxus rationem qua multam pituitam generauit, & vltimo quia singulis diebus habet accessionem. Cognoscemus arthritim fieri ex sanguine, ex natura agri. Si sanguinea sit, ex rubore articuli simul cum graui dolore, addo simul, quia signum ex rubore articuli in principio arthritidis non habet magnam vim: ex antecedta vitæ si multū turpe sanguinē generauit. Si arthritis fiat ex bile cognoscetur ex natura agri biliosa, ex colore articuli ad flauū tendēte ex dolore acuto vel pungenti simili, præcesserit ratio fluxus bilem generans, & exacerbationes doloris fiunt de tertio in tertium. Arthritis quo plures afficiet articulos, aut maio-

Que pars doleat in arthritide.

A melancholia raro fit arthritis.

Quibus ex gnis arthritidis causa cognoscā

vel maiorem arguet cauſam quo pauciores minorem.

Dolor iuncturarum à cauſa calida. *Etiamſi a bilioſo humore oriatur arthritis non tamen ſolus eſt, ſed permixtus cum pituita, & ideo vide ne nimius ſis in frigidis alimentis.*

In arthritide ſemp ſanguis mittēdus.

Secundo phlebotomia *In dolore Arthritico ſemper ſecanda eſt Vena, idque non ſemel nec bis ſolum, ſed aliquādo ter quater & decies & amplius, ſi opus fuerit, reſpecto virium robore, quod cōſentit: & fluxione, qua eſt affectus poſtulans euacuationem omnium humorum: quoniam hi fluunt ad locum tumore affectum, ac proinde revellendi ſunt. Ex loco autem affecto colligendi modum in ſanguinis miſſione. Si enim omnes articuli afficiantur ſecabis baſilicam dextram aut ſiniſtram. Si articuli dextri brachij affecti ſint ex ſiniſtro euacuabis, & contra. Si ſit podagra dextri pedis, ſeca Venam brachij dextri, aut pedis ſiniſtri, quia ha parte eandem habent vaſorum rectitudinem cum loco affecto. Si dolor ſit in coxendice, diſtinguendum, eſt nam in principio quia ſcopus revulſionis magis urget ex brachio eodem ſecabimus Venam, aut ex altero crure,) potiſſimum in mulieribus in quibus ſuppreſſi ſunt menſes) tunc enim revellemus, & euacuabimus ex parte, magis tamen revellemus. Quod ſi in principio ex eodem pede Venam ſecare auſi fuerimus, magis attrahemus humorem (deorſum impetum habentem) ad partem affectam. Facta revulſione quando iam humor ex parte euacuandus eſt, quod indicat affectus factus, tunc ex eodem pede ſecanda eſt Vena.*

Locus affectus locum ſanguinis miſſiōis demonſtrat.

Tertio remittentibus ſanguinis feruorem. *Victus qualis.* *Non eſt quod his frigidis & adſtringentibus vtaris, quia hac neque fluxionē ſiſtent, & cauſam arthritidis augebunt, quoniam plures humores crudos generabunt, qui ſemper ſolent eſſe arthritidis cauſa.*

Purgātia. Quarto euacuantibus bilem. *Non eſt euacuanda ſola bilis ſed opus eſt permiſcere Agaricum aut diaphanicone-*

nem

nem ob pituitam.

Quinto Anodynis. *Dolor aliquando urget, quando scilicet deijcit vires aut auget affectum, & tunc trahit ad se curationem 12. metho. cap. 1. Quod si aliquando Gale. dicit symptoma indicare curationem, cum affectus efficit: per affectum tunc non morbum sed sanitatem intelligit, qua continetur etiam in genere affectus, vt patet ex Gale. x. de diff. morb. Si ergo in arthritide ex dolore sequatur noxa in viribus, eam sedabimus anodinis medicamentis quæ nec multum calida sunt, quoniam hæc reddūt humorem cōctu difficilem. Veteris ergo cataplasmate ex lacte cum croco & pane constructio, aut ex furfure & supa addito rosaceo, aut oleo de lateribus, aut alio tenuium partium: quod etiam fiernat anodina facultatis. Quod si vehementissimus sit dolor solent medici ad phlonium perfectum & alia narcotica quæ anodyna improprie dicuntur descendere. Existimo autem ego melius esse abstinere ob his, quia si ingentissimus est dolor, signum est fieri a sanguine biliosō, is autem, cum tenuis sit, cito feretur ad cutem tendones & neruos sine tensione relinquens. At opiū & alia narcotica bilem impingendo & impedīendo eius motum ad externa longiorē dolorem efficient, etsi ad tempus ipsam sedent.* Quando anodyna vtendum. Narcotica non vtendum.

Arthritis à causa frigida. *Etsi pituita sit arthritidis causa, semper tamen cum ea permixta est aliqua portio humoris biliosi, vt supra docuimus. Hoc loco autor exhibet alimenta aliquantum adstringentia alij non solum alimenta adstringentia perscribunt, sed cum medicamentis attenuantibus adstringentia miscent, ne attenuantia humorem ducant ad locum affectum, qui videntur ignorare occasionem exhibēdi attenuantia, nam non est vtendum eis nisi sedata fluxione.*

Tertio euacuantibus pituitam. *Cum medicamentis pituitam purgantibus misce quæ euacuent bilem hoc modo* ℞. *Syrupi rosarum Alexandrinarum ex nouem infusionibus* Purgans medicamen.

bus ℥.iiij. Electuarij de ſucco roſarum & diaphœnicoñ an. ℥.iij. cum decocto communi fiat potio. Poſſumus purgare pilulis de fumo terra aggregatiuis & arteticis neq; in hoc affectu ſufficit ſemel purgare & ſic per interualla poſſumus purgare pilulis aut confectione aliqua, aut ſumentes ℥.ß. ſerebentina prout purgauerit aucta aut diminuta quantitate.

Curatio arthritidis qualis tumorū præternaturā

Quinto diſsipantibus. *Cum arthritis ad tumorem præter naturam referatur, eadem ratione curabitur qua tumor in principio ſtentes repellētibus medicamētis quod potiſſimum præſtabimus in arthritide a biliſoſo humore facta perfundētes articulum aqua frigida. 5. aphoriſ. ſen. 25. ſibi Gal in commentario duplici nomine aquam dolorem ſedare ſcribit. Primo quia doloris cauſam remouet repellendo. Secundo quia ſua frigiditate ſenſum torpidū efficit, quod idem ſcribit Galenus decimo de comp. ſecundum locos. Neque exiſtimes in arthritide ſemper repellendum eſſe, quia ſi dolor ſit in iſchiade, non licet repellentibus uti, quia cum hic articulus tegatur a multis muſculis repellentium medicamentorum uis ad articulum non perueniet, & augebimus affectum, quia ex uenis per partes ſuprapoſitas diſſeminatis repellemus humorem ad articulum. Neque utendum eſt repellentibus in arthritide critica, quia in febri melius eſt humorem ad articulū fluere quam ad partem principem. Neque repellendum eſt cum ex parte principe ſit fluxio, niſi ſiat ad patem quæ habeat inſignem uſum, qualis eſt oculus, tunc enim repellentibus utemur: quod non faciemus ſi fluat humor ad articulos quia magnum incommodum eſt ferri humores ad partem principem. At ſi ex uenis ad articulos fluat humor facta reuulſione repellentibus utemur, nullū enim ſequetur incommodum: imo humor ad uenas repulſus concoquetur. Hoc loco Galenus ſibi uidetur contrarius, quia ut diximus ex 10. de comp. ſecundum locos, & 5. apho. in arthritide repellere licet: at libro ſecundo de hominis natu-*

Iſchias cur nō utē dū repellentibus.

In critica arthritide & in ea in qua pars princeps humorem tranſmittit ne repellas.

ra

natura commentario 11 in fine contrarium videtur sentire. Iam (inquit) non raro cum in morbo articulari & podagra artus humores peterent, & illinc repulsi in principem aliquam partem inuasissent, morte consperximus hominem affectum esse, & namque restare spem salutis si ad artus retrahere eos valeamus: Hæc Galenus. Vbi videtur sentire ex articulis non esse repellendos humoros. Respondeo repellere & corroborare esse res distinctas. Corroboramus enim in sanitate robur addentes parti, ne recipiat, repellimus verò in morbis humorem fluentem ad partem, & eum, qui iam fluxit. Iam nobis non licet articulos roborare ne recipiant, quoniam sunt partes languidæ, ad quas melius est humorem fluere, quam ad aliquam quæ necessaria est, possumus tamen repellere ex articulis facta prius reuulsione, eo modo quo supra diximus, quod idem in cute etiam efficimus. Ex his facile liberatur Galenus a contradictione quia in libro de hominis natura de repulsione quæ medicamentis roborantibus articulos fit loquitur.

Galenus ab iniuria vindicatur.

FINIS PRIMI LIBRI


P·M

PETRI PAVLI PEREDAE SETABENSIS, DOCTORIS MEDICI, ET APVD VALENTINOS PVBLICI MEDICINAE professoris, in secundum librum Michaëlis Ioannis Paschalij de curatione Febrium, Scholia.

De Febre sanguinea, seu continentia, quam synochum cum putredine appellant.

CAPVT. I.

SYNOCHOS Græcis, continens Latinis, est febris, in qua vna accessio ab initio ad finem perpetuò manẽs in multos dies porrigitur. Hæc duplex est, altera sine putredine, quæ similis est diariæ, de qua in præsentia non agimus, cùm rarò medicus ad curandas diarias vocetur: quomodo autem solus sanguis non putris febrim efficere possit, quando calidus & humidus existens putredini magis expositus videtur non est hoc loco & tempore explicandum. Altera est synochus cum putredine, de qua nunc agimus, cuius tres sunt differentiæ. Nam quædam à principio ad finem æquali magnitudine perdurant, has Græci homotenas

Definitio.

Diuisio.

omotenas vocant, in eodem vigore permanentes; alia enim tria tempora occulta sunt: quædam verò semper augentur, eas Græci acmasticas, id est, incrementum sui scipientes, aut inualescentes nominant principium, vigor & declinatio in his occulta sunt, quemadmodum in vltimis tria tempora priora. Aliæ paulatim diminuuntur, & decrescunt, paracmasticas, hoc est, decrescentes appellant: de his fusius Gal. 9. metho. & lib. 2. de differentijs febrium, cap. 2. lib. 2. de crisibus cap. 7. agit. Quare fallitur Auicennas credens Galenum negasse dari febrem sanguineam putridam. Fit synochus ex putredine ciborum multorum, & sanguineorum, multa exercitatione, præsertim à cibo & vere, & iuuene carnoso: otium immodicum auget sanguinem, & humores omnes, à quibus in vasis maximis potissimum (quæ circa alas & inguina existunt) putrescentibus synochus hæc fieri solet, præcipuè si obstructiones ad sint, quas Venus gignit à cibo & ebrietas. Signa huius febris ponuntur à Galeno nono methodi, quæ multa sunt, rubor scilicet faciei magnus, & totius corporis somnus immodicus, calor magnus, qui acrior est eo, qui sequitur synochum sine putredine, minus tamen mordax, quam in ardenti. Pulsus ijs maximus, vehemens, celer, creber, & inæqualis tamen si cum alijs febribus putridis comparetur; Vrina rubra & crassa.

Error Auicennæ.

Causa.

Nota.

Curatio.

Curatur hæc sex remediorum generibus. Primo, victu frigido & humido, minus tamen humido, quã biliosæ febres, & tenui, vt succo malorum granatorum, cremore hordei, lacte amygdalarum dulcium, cichorea, lactuca cocta, si ventriculus est imbecillus, vel cruda cum aceto & saccharo, si est validus, carne cydoneorum saccharo condita, radicæ buglossæ saccharo condita, pyris, & malis cotoneis assatis, pane loto. Si facultas sit imbecilla, vel post sanguinis missionem, & alias vacuationes nutriatur iure, & carne pulli gallinacei refrigeratis agresta acetosa, hordeo decorticato; semper tamen consideranda est natura

Victus.

ægri, ætas, regio, consuetudo, & anni tempus in quantitate, qualitate, & numero cibi sumendi, vt Hippocrates docet. 17. aphorismo primi libri. Potus sit aqua hordei, & in declinacione vinum album benè dilutum, præsertim si ventriculus fuerit imbecillus.

Secundo, secta basilica dextra, & misso sanguine vsq; ad animi deliquium, si vires adsint: ego semper nostris tẽporibus extraho sanguinem non semel, sed bis, aut ter, & quandoq; quater vno, vel duobus diebus: numerus tamẽ dierum non est semper inspiciendus. In hac tamen febre à principio oportet mittere sanguinem, ita tamen vt respondeat plenitudini, & robori virium. Ante tamẽ sanguinis missionem si non times subitam suffocationem, & semel in ipso quoq; febris die hoc, aut simili clystere aluus lenienda est, & intestina purganda; ℞. foliorũ maluarum, violarum & mercurialis. an. m.j. furfuris & hordei sine cortice. an. p.j. fiat decoctum, de quo percolato accipe lib. j. & ℥ iij. cui addes cassiæ fistulæ præparatæ, & diacatholiconis. an. ℥ ij. misce, & fiat clyster.

Sectio Vena.

Obseruatio.

Clyster.

Tertio, potu magno aquæ frigidæ, qui, Galeno autore 9. methodi post sanguinis missionẽ in hac febre maximum est præsidium, nisi quæ illum impediant, æger habeat, vt sunt tumor, partis principis obstructio, magna inflammatio, vel imbecillitas alicuius visceris, defectus caloris innati, & natura contraria potui aquæ frigidæ: solet enim potus multus aquæ frigidæ hanc febrem, præsertim non putrem, & putrem quoq; post sanguinis missionem, & humoris bilioſi concoctionem curare sudore, vel ventris profluuio, vel aliquando febrem hanc & ardẽtem in pituitosam mutare: quo autem modo id fiat, non est præsentis instituti, nec sanguis, nec bilis possunt in pituitam verti, cùm coctum non possit fieri crudum.

Potus aquæ frigidæ.

Impedimenta potũ aquæ frigidæ.

Aduerte.

Quarto, concoquentibus, refrigerantibus, & bilis, quæ fit ex sanguine tenuiori, acrimoniam remittentibus, vt syrupis

Cõcoctio.

rupis granatorum,acætoſæ.S.violarum,roſarum, & endiuiæ.S.& comp.& ſimilium cum aquis vel decocto duplo endiuiæ,cichoreæ,acetoſæ,ſcariolæ,& ſimilium ſumptis per duos vel tres dies

Purgatio.

Quinto,vacuantibus bilem,vt caſsia fiſtulari, tamarindis,rhabarbaro,myrobalanis citrinis,manna, diaprunis ſolut.& electuario de ſucco roſarum,vt ℞.medullæ caſſiæ fiſtulæ recẽs extractæ,& medullæ tamarindorum.an. ℥ ſ.infuſionis rhabarbari in aqua endiuiæ per noctem factæ ʒ j.ſquinanti g.iij.diaprunis ſolut. ʒ iij.ſyrupi violarum ℥ j.decocti fiorum cordialium.q.ſ miſce, & fiat potus;vel ſi eſt dies,℞ mannæ electæ ℥ j.ſ.rhabarbari electi infuſi per noctem in aqua endiuiæ,deinde ejecta ſubſtantia ℈ iiij decocti fiorum cordialiũ q.ſ. miſce, & fiat potus. Si tamen abhorret liquida medicamenta purgantia:℞.pilularum de rhabarbaro ʒ j. cum aqua cichoreæ fiant pilulæ ſeptem.& aurentur. Sed ego in hac,& in aliis bilioſis,non laudo pilulas: quia præterquam quòd omne medicamentum purgans(autore Galeno comm. 24. primi aphoriſ.)per ſe calfacit vehementer, forma pilularũ magis calfaciet propter ſiccitatem coniunctam,quę ſimul cum caliditate non poteſt minui,quemadmodum in mixta cum ſyrupo,& decocto,& caſsia, & tamarindis in potibus fieri ſolet. Quare poſt potionem magis laudo bolos, ſeu bucellas;vt ℞.rhabarbari electi puluerizati, & panca aqua endiuię madefacti ʒ vj. ſacchari.q.ſ. miſce, & fiãt boli quinq;,vel ſeptem:& ideo in his, & bilioſis febribus medicamenta purgantia valenter,& inſalubria etiam caſtigata nocent, vt eſt ſcammonium,colocynthis,helleborus, & ſimilia, ſolebat dicere eruditiſsimus Tornamira medicos eis in his febribus vtentes nõ eſſe curatores,ſed interfectores.

Præſcriptio diuerſi accommodata.

Pilulæ.

Vſus pilularum dãnatur in morbis bilioſis.

Boli laudantur.

Quæ noceant.

Dictum Tornamiræ.

Alteratio & corroborans.

Sexto,refrigerantibus,& corroborantibus cor,iecur,& totum corpus internis & externis,vt electuario diatrium ſantalorum,diarhodonis Abbatis,diamargaritonis frigido,con

do, conserua rosarum, conserua violarũ: vel hoc electuario, ℞. pulueris diatrium santalorum ʒ ij. pulueris diamargaritonis frigidi. an. ʒ j conseruæ acetosæ ʒ iij. sacchari dissoluti in aqua rosarum q. s. misce, & fiat electuarium in tabellis pondere ʒ ij Dosis quolibet mane ʒ iiij. cum ℥ iiij. aquæ cichoreæ, vel acetosæ, vel endiuiæ, vel decocti hordei sine cortice, vel cum vino albo benè aqua diluto. Cordi sæpe admoueatur hoc epithema tepidum, vel actu frigidum in æstate, & egro iuuene; ℞. aquæ rosarum ℥ iiij. aquæ acetosæ, & bugloss̃ę. an. ℥ iij. aquæ melissæ ℥ ij pulueris diamargaritonis frigidi, & trochiscorum de camphora. an. ʒ j. misce, & fiat epithema cordi admouendum omni tempore ante & post vacuationes: quia cor non potest obstructione affici. Hoc vnguentum bis admoueatur cordi, quod in omnibus febribus biliosis, & pestilentibus est optimum, eoq; Carpetani medici vtuntur, & est Gaineri; ℞. olei nenupharis ℥ iij. pulueris nenupharis ʒ ij. santalorum rubrorum, seminis acetosæ, coralli rubri præparati. an. ℈ j. margaritarum electarum, ossis ex corde cerui. an. ℈ ß. camphoræ. g. iij. misce. & fiat vnguentum. Hepati bis in die ventriculo vacuo admoueatur vnguentum santalatum, vel cerotum santalatum & hoc epithema tepidum; ℞. aquæ endiuiæ & cichoreæ. an ℥ iij aquæ rosarum & absinthij. an ℥ ij. santalorum rubrorum ʒ ij. spodij ʒ j. aceti rosati cochlearium vnum, misce, & fiat epithema. Balneum aquæ tepidę in hoc genere auxiliorum est optimum huic, & alijs febribus, præsertim hecticæ, vt dicemus capite octauo huius libri. Totum enim corpus refrigerat, & reliquias materiæ resoluit.

Sumẽda. *Electua-rium cum aquis.* *Admouenda cordi.* *Epithema Vnguentũ biliosis & pestilentibus febribus.* *Hepati epithema.* *Balneũ*

De febre Diaria, & Synocha.

CAP.

DE CVRAND. FEBRIB. CAPVT. I.

Scholium.

Quid febris.

SYNOCHOS Græcis, continens Latinis *Febris eſt intemperies calida, in toto corpore, aut ſaltim pluribus, aut præcipuis partibus exiſtens; & actionem lædens. In hac definitione, intemperies eſt genus; quo communicat febris cum alijs intemperiebus. Reliqua quæ in definitione continentur, differentiæ ſunt. Cum dicimus hanc intemperiem eſſe calidam, ſeparamus eam ab alijs tribus intemperiebus frigida, ſicca, & humida; cum eam collocamus in toto corpore, ſeparamus febrem ab intemperie calida ſuius partis. Vltimo definitionis membro, febris diſtinguitur ab alijs intemperiebus, quæ includuntur intra limites ſanitatis. Singula partes iſtius definitionis breuiter explicandæ ſeruntur. In primis febris eſt intemperies calida, vt Galenus libro de cauſis morborum, & 6. apho. cō. 16 & alijs locis docet. Quæ in re videtur contrarius ſibi & Hippocrati. Sibi contrarius eſt quia. 2. acutorum cō. 24. calorem febrilem ſiccum & 1. apho. cō. 16 febrem paſſionem calidam ſiccam nominat. Vnde febris nō in ſolo calore, ſed ſimul cum ſiccitate cōſiſtet. Hippocrati cō trariatur, quia hic ſupradicto aphoriſmo victum humidum febricitantibus conſulit, ſentiens febrem eſſe affectum ſiccum. Reſpondeo febrem ſolum eſſe poſitam in calore præter naturam, neq; conjunctam habere ſiccitatem. Quod vltimum confirmat Valleſius, quia ſi aliquis vtatur victu humido, ita vt factus ſit humidior quam pro natura, & febricitet, tunc febris ſine ſiccitate erit. Non tamen eſt quod his & ſimilibus vtamur argumentis, cùm facillimum habeamus, & quod multum vrget. Argumentum huiuſmodi eſt, ſi febris eſſentia in ſiccitate*

An febris ſit intemperies ſicca.

Cōtrouerſie ſolutio.

tate etiam est posita, ergo omnis febris conjunctũ habebit marasmum: sed hoc est falsum, ergo & primum. Maior nota est, quia marasmus nihil aliud est, quam intemperies ſicca morbosa totius. Assumptionem falsam esse, experientia docet. Ad argumenta facile erit satisfacere. Ad Galen. qui febrem appellat passionem siccam, & calorem siccum. Respondeo, in febre semper esse siccitatem, quia immoderata caliditas ex accidenti consumendo humidum eam sibi adsiscit, hac tamen non est morbosa, sicut ea quæ est in homine bilioso. Quid ad Hippocratem? Valleſius sentit Hippocratem in febribus victum humidum imperare præcautionis gratia. Quod nobis nõ placet: quia in febribus solent phrenitis, lethargus, & alia symptomata frequenter euenire, quæ à nobis non præuidentur, quia non contingunt necessario: cur ergo marasmum qui rarissime in febribus euenit, præcauebit Hippocrates? Dicendum ergo est Hippocratem victum humidum imperare febricitantibus, propter calorem, quia humiditas eum obtundit sicut siccitas acuit. Secundo febrem dicimus esse in toto corpore, quia cum intemperies calida sit in corde, quod fons est caloris, & à quo calidum partium fouetur, non est mirum, si affecto principio omnes partes afficiantur. Hoc autem intelligendum est, si nihil impediat, quod propter lypiriam & epialam dicimus. Hoc considerans Gal. 6. epyde. par. 1 co. 29. in febribus calorem in toto corpore, aut saltem præcipuis, aut pluribus partibus collocat. Vltima definitionis pars calorem febrilem morbosum & præter naturam esse demonstrat. Huius enim caloris proprium est omnia corrũpere, & naturalium actionum ordinem perturbare. Vbi per actiones naturales, eas quæ secundum naturam fiunt intelligimus, quæ animales & naturales comprehendunt, ita tamen, vt in febribus actiones naturales potissimum lædantur, & inter eas illa quæ concoctrix appellatur. Dices nonne in febribus saltem diarijs, imaginatio, ratio, & memoria sæpe læsa euanuit? Respõdeo sem Obiectio-

Valleſius taxatur.

Cur Hip. febricitãtibus imperat victũ humidũ.

Febris in toto corpore.

Calor febrilis morbosus.

Quæ actiones lædantur.

per

per ladi, quia non ita recte, neq; tanto tempore exercentur actiones predictæ, ac in ſanitate. Neq; hoc mirandũ eſt, quia in febribus inſtrumentũ commune læſum eſt, nempe calidum innatum. Tum etiam quia febris morbus eſt omnium partium.

Differẽtiæ febrium.

Eſſentiales febriũ differẽtiæ tres.

prima.

Secunda.

Tertia.

Ex qualitate caloris differentiæ ex motu.

Differ. ex materia.

Diaria.

Putrida.

Hectica.

Omnes febrium differẽtiæ reuocantur ad differẽ. ex mater.

cur differ. ex mat. dicũtur eſſe tiales.

differ. accidẽtales.

His poſitis, differentiæ febrium tradendæ ſunt: quarũ quædã ſunt eſſentiales, quædã accidentales. Eſſentiales illæ ſunt, quæ ex eſſentia febris (qui calor eſt) deſumuntur. Quæ tres ſunt. Prima deſumitur ex qualitate caloris Secunda ex motu: & tertia ex eius ſubiecto. Ex qualitate caloris, febres appellantur magnæ, aut paruæ: ſiue proprie loquentes intenſæ, & remiſſæ. De his loquitur Hip 3. epy de. ſententia. 29. cũ ſcribit, febres quaſdã eſſe ſtatim ardentes, & quaſdam debiles. Ex motu pendent illæ febres quas Hippo. eodem loco, primo mites deinde increſcentes, & alias è contrario ſtatuit Ex materia diuiditur febris, in diariam putridam, & hecticam. Diaria dicitur illa in qua calor factus eſt in ſpiritibus. Putrida in qua in humoribus, ita, vt ex eorum putredine oriatur ſit. Hectica vero in qua in partibus ſolidis (hoc eſt quæ conſiſtentiam habent) calor factus eſt, at in humoribus & ſpiritibus infieri. Differentiæ febrium ex qualitate & motu caloris deſumptæ à materia pendent, quia calor in materia ſicca intenſus apparet, at in humida remiſſus: in materia tenui celeriter mouetur, in craſſa tardè. Et ideo has omittimus differentias. & eas, quæ ex materia ſumuntur, appellamus eſſentiales, quia variam poſtulãt curationem, & cum finis ſit ratio formalis artis, variani finem iſtius partis curatiuæ in medicina, qui eſt curare morbos. differentiæ febrium, quæ accidentales appellari ſolent, ſumuntur ex accidenti proximo, aut remoto. Ex accidenti proximo, cum ex colore febrem diuidimus, quia talis in cute efloreſcit color, qualis eſt humor, qui redundat. Hac ratione Hippocrat ſupra dicto loco, 6. epyde. febris præruberæ, præpallidæ, & iuridæ meminit, vbi in rubris & pallidis

dis ꝙtimur dictione præ, quia illis colores, niſi ſint valde intenſi, non ſunt mali, contra quam accidat in liuido colore, qui malus ſemper eſt, etſi non ſit valde intenſus. Ex accidentis remoto ꝙque etiam febrium differẽtia ſumi ſolent: Quæ ſunt, febris longa, & breuis: nocturna, & diurna: continua, & intermittens, & alia ſimiles. Ex his omnibus febrium differentijs, eas, quæ ex accidenti ortum habent omittimus, tum etiam, quæ ex motu & qualitate caloris deſumuntur ſolumq. diſputare inſtituimus de his differentijs febrũ, quæ à materia pendent, de putridis, ſcilicet & hectica proprijs capitibus præſenti autem loco de diaria, de qua autor non diſputauit agere nos inſtituimus.

Differentiæ febrium ex accidẽti remoto.

Febris diaria exquiſita.

Febris diaria aut eſt exquiſita, aut non exquiſita. Febris diaria exquiſita illa eſt, quæ ex calefactis ſpiritibus ortum habens, per ſpatium ꝙnius diei (hoc eſt ꝙquor horarum) perdurat, ſiue ortum habeat à cauſa externa affectum in corpore relinquente, ſiue non relinquente affectum. Quod dico propter Menam & alios, qui eam febrem diariam, quæ ex cauſa externa, affectum aliquem in corpore relinquente ortum habet, diariam minus exactam appellant. Non exquiſite diaria eſt illa, quæ ex ꝙporibus ab humoribus calidis eleuatis fit: Quæ media eſt inter diariam, & putridam: Communicat enim cum diaria, quia non fit ex putredine humorum, neque ex caliditate facta in partibus ſolidis: cum putrida vero communicat, quia ex calefactis humoribus ortum habet. Ex his diarijs, quædam appellantur Synochi non putres, in quibus feruet ſanguis in ꝙſis abſque exercitatione, aut alia cauſa, a cuius ꝙporibus cor calefit. De his febribus agit Galenus. 9. methodi capite primo & ſecundo. Alia ſunt diaria ortæ ex laui obſtructione cutis, in his hominibus in quibus acres ſunt humores. 9 meth cap. 4. in eis enim calidi ꝙpores eleuati cor calefaciũt, et inde fit febris diaria. Hæ febres facile mutãtur ẽ putridas.

Nõ exquiſita diaria.

putridas, aucta obſtructione, niſi præcautione detur, ſæ-
pe nimis miſſione reuellentes humores. Solent medici hoc in
An detur diaria ex putredine ſpiritus. loco quærere: *An detur febris diaria ex putredine ſpiri-*
tus. Hac cõtrouerſia ex hac altera pendet: *An poſſint ſpi-*
ritus putre fieri. Valleſius cõſtanter affirmat ſpiritus poſ-
Valleſij ſẽtentia. ſe putrefieri. Quod probat primo autoritate Ariſtotelis. 4.
Pri. Valleſij. lib. metheo. cap. primo. Vbi ſcibit omnia putrefieri præter
ignem. At ſpiritus non eſt ignis, ergo putrefiet. Secũdo, aer
poteſt putrefieri, ergo & ſpiritus. Antecedens experientia
docet, in peſtilenti conſtitutione. Conſequentiam probat
ex Galeno, qui in libro, An ſang. in art. cõtineatur. ſpiritũ
eſſe aere craſſiorẽ ſcribit, ac proinde oculis videri. Quod
autem craſſior ſit oſtendit, quia fit concoctione ex ipſo ae
re, at coctio incraſſat. Ego tamen conſtantiſſime aſſero,
Propia ſen- ſpiritum non poſſe putrefieri. Quod confirmo ex natura
tẽtia contra Valleſium. rei, quia ad putredinem obſtructio requiritur, quam nun
quam faciet ſpiritus, tenuiſſimus cum ſit, & facile diſ-
fletur. Quod conſiderans Gale. 1. de diff. feb. cap. 7. febrẽ
diariam exemplo lapidum, & aliorum quæ alterari poſ-
ſunt, & non putrefieri demonſtrauit. Præterea, ad putre-
dinem requiritur quies, quam ſpiritus non habet. Adde
materiam putredinis eſſe humiditatem excrementitiã,
quæ in ſpiritibus non reperitur, cum ad igneam accedant
naturam. Rationes Valleſij nil concludunt. Prima enim
Solutio oſtendit, ipſum non recte aduertiſſe ea, quæ docet Ariſto.
primæ rationis Valleſij. 4. methe. cap. 1. Eo enim in loco nõ ſentit omnia alia cor
pora ab igne putrefieri: non enim ignorat Ariſt. ferũ,
lapidem, elementum terreum, quod ſummè ſiccum eſt, non
putrefieri, ſicut nec alia ſimilia corpora, quæ multum ſic
ca ſunt. Non ergo erit hæc bona conſequentia, ex Ari-
ſtotele omnia putrefieri poſſunt præter ignem, ergo ſpiri-
tus putrefient. Ad Ariſtotelẽ ex ſerie contextus reſpõden
dum eſt, in eo enim capite. 1. agit de generatione, quam di
cit fieri a calido & frigido, quia calidum frigido tempera
tum (quod eſt calidum innatum) generationem efficit,

permiſ-

permiscendo humidum cum ſicco. Et ita igneum elementum eſt agens, quod permiſcet, at alia elementa ſunt materia ignis, quia, cum miſcentur, ab eo patiuntur: & ideo poſſunt putrefieri, cum ignis ſictus non poteſt gubernare mixtionem, cum autem ſuerit non fit putredo. Vnde ignis non poteſt putrefieri, quia eſt agēs, bene alia, quæ ſunt materia ipſius. Videat ergo Valleſius, quam longe a mente Ariſtotelis proponat propoſitionem, quæ ſimpliciter prolata falſa eſt, niſi contextus antecedentia & conſequentia aduertamus. Ad ſecundam rationem reſpondeo negādo conſequentiam. In cuius confirmatione duo affirmat Valleſius. Primum eſt, ex Galeno ſpiritum eſſe craſſiorē aere, Secundum ſpiritum videri. Quæ duo falſa ſunt. Primū quia ſpiritus eſt craſſior, non aere, vt vult Valleſius, ſed æthere (vt eo loco ait Galenus) hoc eſt aere puriſſimo, ex quo fit: nam ex tenuiſſima aeris parte, & vaporis ſanguinis etiam tenui parte, ſpiritus generationem obtinet in corde, concocti ne: quæ, etiamſi incraſſet, non proinde dicēdum eſt, ſpiritum eſſe craſſiorem aere. ſed tenuiſſima aeris parte, ex qua generatur. Vnde hæc conſequentia nō valet, aer putrefit, ergo & ſpiritus. Quia aer quietus poteſt eſſe in ſuo loco, habetq. continuitatem, & humiditatem, & ſic poteſt putrefieri: quæ omnia deſſiunt ſpiritui vt diximus. Secundum quod Valleſius ſcribit, nempe ex Galeno ſpiritum videri, quod & omnes affirmare videas, oſtendit ipſos per tranſennam legiſſe illum libellum, cuius titulus eſt, An ſanguis in arterijs contineatur, in quo Galenus contra Eraſiſtratum diſputans probat, ſpiritum ſolum, non contineri in arterijs hac prima ratione. Si ſpiritus ſolus in arterijs contineretur, videremus eum exire, ergo ſolus non continetur. Propoſitionē confirmamus, quia ſi videremus eum exire, id colligeremꝰ ex concidentia arteriarum. Quod ſimilitudine poſſumus oſtendere, in vitre in cuius cōpreſſione, ſolemus dicere nos videre aerem exeo egredi. Reſpondebant ſectatores Eraſiſtrati Galeno,

Soluto ſecunda rationis.

ſpiritus nō eſt craſſior aere.

ſpiritus nō videtur.

non eſt neceſſarium nos videre exire ſpiritum ex arterijs, quia tenuis, & leuis eſt ſpiritus, & ſic facile expirat. Contra hos diſputat, ea ratione qua diximus ex compreſſione deſſumpta. Videant ergo, q ſpiritū videri ex Galeno affirmant, quantum à veritate aberrēt: aliud enim eſt dicere videri ſpiritum, & aliud videre ſpiritum exire, hoc enim vltimum ſigno prædicto poſſimus intelligere. Iam ſi tam acute vident, vt eis nō lateat ſpiritus, dicāt mihi eius colorem, aut ſaltem oſtendant mihi, hoc enim ſē ſu, non ratione debet probari.

Febrem diariam aliqui in varias differentias diuidunt, pro varietate ſpirituum, qui aut ſunt vitales, aut animales. Non conſiderātes ſpiritum vitalem ſolum in corde calefactum efficere diariam. Dicendum ergo eſt febrem diariam vnicam eſſe, neq. poſſe in varias differentias partiri, cum ſpiritus vitalis vnicus tantum ſit: at cū pro cauſarum varietate, curatio diaria varietur, differentia diaria ex cauſis varijs deſſumēda erunt. Diaria ſemper ſit a cauſis externis, in quibus opus eſt cōſiderare, an ſint preſentes, an nō, tum an febrem efficiant, affectū aliquē in corpore generādo, vel ſine affectu. Si cauſæ præſentes ſunt, curationem indicāt, nō autē, ſi ſunt abſentes. Si cauſæ affectū aliquē efficiunt, vt ſicus & balneū aluminoſum denſitatē cutis, ablatis cauſis non ad febrē, ſed ad curationem affectus veniendū erit. Si vero nullus ſit affectus, diariam curabimus, vt manifeſtum eſt in illa, quæ ſit ex ira, & excretatione. Et ita cum Galen. 8. metho. in fine diariam conuenire cum hectica ſcribit, intelligit de diaria cuius cauſa nullum affectum in corpore generauit, hæc enim curatur alteratione, ſicut & hectica.

Differentia diariarium.

Cauſæ præſentes indicant.

Signa febrium diariarum quædam ſunt communia, quædam vero propria. Communia omnibus diarijs conueniunt, quæ traduntur a Galeno primo de diff. febri. c. 9. Propria ſigna ſunt illa, quæ cauſas particulares

Signa communia diariarum.

febrium

febrium diarsarium & ptionem, refrigerationem, crudita- Signa pro
tem, iram tristitiam, tuborem, somni potum, & alias sime pa.
les demonstrant: de q. bus agit Galenus 3. de arte cura.
ad Glauconem & 2. Crisson cap. Vltimo. Ex quibus locis
hæc omnia pete, neq; enim animus est transcribendi ea,
quæ recte a Galeno sunt explicata, sed multi facere solet,
eo solum nomine, ut chartas impleant, & auctis volumi-
nibus auctores videantur.

De febribus putridis iam cum auctore agendum est, Methodus
sed antequam in particularem earum curationem aggredia- ad curan
mur, æquum erit breuiter methodum generalem propone- das febres
re, qua id præstare possimus. Primo ergo aduertendum est putres.
in omnibus febribus putridis, hos sepiè effectus reperiri. 7 affectus
Primus est febris. 2. putredo. 3. prohibita transpiratio. 4 ob- febris pu-
structio. 5 humoris multitudo. 6 humoris crassities. 7 summo tridæ.
nis glutinositas. Vnde febris varias habet causas antece-
dentes, quarum quædam solum sunt causæ, vt putredo,
& fluxus humoris multi, crassi, aut glutinosi. Prohibita
transpiratio est symptoma, & causa putredinis. Obstru-
ctio est morbus, & causa putredinis. Hæ febrium cau-
sæ aliquando omnes sunt præsentes, aliquando non om-
nes. Præsentes sunt omnes, cum febris est in principio,
tunc enim est fluxus humoris, obstructio, prohibita transpi-
ratio, & putredo. Non autem sunt omnes causa præsen-
tes cum febris est in alijs temporibus: nam in augmen-
to febrium iam desijt fluxus, sicut in statu fluxus & ob-
structio non sunt, ne decimatione vero sola est putredo (se-
cus in statu) sed iam euacuatur. Secundo aduertendum
est, omnes febres putres conuenire in putredine, differ-
re autem pro varia putredinis differentia, ex loco sem- Differen-
poco putredinis desumpta. Putredo enim vel est in toto tia putre-
corpore, aut maxima ex parte, vt in febre synocha, vel dinis cons-
est in vna tantum parte. Rursus hæc putredo quæ in toto ideratio.
vna consistit specie, vel est cum Phlegmone, vel cum

Ii 2 cum

citra phlegmonem. ſi eſt ſine phlegmone, pars illa, quæ obſtructionem habet, in qua putreſcit humor, dicitur focus putredinis. Si humor putret in toto corpore, febris ex eo orta caret acceſſionibus. Si vero in ſola tantum parte putreat particulares circuitus efficit: ſimulque febrem cõtinuam, aut intermittentem: continuam, ſi humor putrefactus in foco, ob eius multitudinem, aut facultatis expultricis imbecillitatem, intra vaſa cõtinetur: intermittentem vero ſi propter cauſas cõtrarias per habitum corporis expellatur. Hæc omnia conſideramus propter curationem, quia cum in ſynocho non ſint circuitus, hora conſueta cibabimus ægrotum, non ſic in alijs febribus quæ circuitum habent, in quibus in hora acceſſionis abſtinendũ eſt ab alimento, niſi vrgeat aliqua occaſio: & ſi vires cõcidant, qua ratione. 8 metho biliosi aliquando in hora acceſſionis cibantur. Tum in ſynocho & continuis, dum modo adſint vires, quocunq; tempore licet ſanguinẽ mittere at in intermittentibus ſolũ in hora interuiſionis. His poſtis methodo rationali ex indicationibus deſſumpta, febrẽ putrem hac ratione curabis. Febris putris eſt morbus ſicarandi je- ens, hoc eſt, qui habet cauſam ipſam fouentem. Habet ergo aliquid factum, & aliquid quod fit. Id quod factum bres pu- eſt debet curari quia eſt morbus, id quod fit debet prohibe tres. ri ne fiat, quod præſtabimus auferentes cauſam quæ eſt putredo. Hæc etiam habet quid factum, quod curationẽ etiam poſtulat, & quid fiens, quod prohibebitur, auferentes prohibitam tranſpirationem, quæ eſt eius cauſa. Prohibita tranſpiratio non habet quid factum, & quid fiẽs, vt mãle voluit Altomarus, quia hæc ſuam eſſentiã habet a fieri & perpetuo ab alio dependentem. Debet ergo auferri, quod præſtabimꝰ præſpicientes obſtructioni, quæ eſt eius cauſa continens. Obſtructio etiam habet aliquid factum, indicans curationem: & aliquid quod fit prauiſio ne egens, quam præſtabimus auferẽtes eius cauſam, quæ eſt fluxio humoris multi, craſſi, aut glutinoſi. Vnde in hac reſolutio-

resolutione principium a febre sumimus, & tandem ad fluxionem gradatim descendimus, ita vt id quod in resolutione vltimum est, sit primum in curatione: quia affectus non potest tolli manente causa, vnde ortus est. His si addamus indicationes quæ a viribus, & natura sumuntur, integram habebimus methodum. Indicationem a natura tunc addemus, cum in quotidiana rationem habuerimus ventriculi, in tertiana iecoris, in quartana vero lienis. Aduertendum præterea est, nos in hoc libro non agere de febribus, quæ inflammationes sequuntur, quoniam ha sunt symptomata, & curata inflammatione cessant: sed de aliis febribus putridis, quæ citra inflammationem fiunt & in quibus septem illos affectus considerauimus. Quid autem vnusquisq. ex illis indicet, proprijs capitib⁹ explicabimus incipientes a synocho. *Non agimus de febre symptoma.*

Febres quotidiana tertiana, & quartana dicuntur, non quia habeant accessionem, singulis diebus, tertio aut quarto euenientem, quia hac ratione duplex tertiana dicerentur quotidiana: sed quia a tali fiunt humore, quotidiana quasi fit a pituita, tertiana a bile, quartana ab humore melancholico. Ex his manifeste patebit febrem synochon (hoc est continentem) apellari eam quæ ex sanguine ortum habet: quæ caret circuitibus, & sua continua claditur accessione, quia non habet vnum certum locum affectum sed multos. Hæc duplex est, non putris, & putris. Synochum non putrem ex vaporibus sanguinis calefactis generari, & ad diariam referri supra, cum de diarijs erat sermo explicauimus. De qua in presentia non disputamus, sed de altera synocho putri, quæ habet ortum ex putredine succorum vel sanguinis (quod idem est in omnibus vasis, vel maxime & calidis, qualia sunt illa quæ inter alas, & inguina claudentur: ibi enim caudices venæ, & arteria existere anatomes docet. Hanc autem putredinem in omnibus vasis, aut magnis inclusam solius sanguinis (hoc est massa sanguinaria) efficere potest: Quia eius putredinis causa est *nomina febrium putridarum.* *de synocho* *Duplex synochus.* *Synochum ex sanguinem oriri probat ex eius causa primo.*

ſa eſt plenitudo (vt ex 9. morbo. cap. 5. & prima hiſtoria capitis. 4. colligimus) non ea quæ eſt ad vires, ſed ad boſſe. Vtraq; autem a ſolo ſanguine ſit, nullus enim humor ſolus tantum augeri poteſt, vt ſpema diſtendat, quod in morbo regio experieris, & aliis ſimilibus affectibus. Dices nomen dantur pleboras illa ſa, melancholica, atque etiã pituitoſa, quam nos pleboram ſecundum quid appellamus; poterit ergo ex hac fieri eis ſynochus. Reſpondeo concedendo ea ſequentia, cum enim in hac pleothora humor non ſit ſeparatus a ſanguine, ſiue eo breue habuerit augmentum, poterit facere ſynochum ſine vero magnum, cum ſã tunc ſanguis ſit multum pituitoſus, melancholicus, aut biliioſus, neq; poterit facere pleboram ad boſſe, & febris quæ ſequetur habebit eiuſmodi humoris auctu. Quod ſynochos febris fiat ex ſolo ſanguine per prepollentiam dicto, (quia ſanguis humor quartus ſolus nunquam extat) præter rationem dictam, aliis etiam confirmabimus, ita vt hæc ſit ſecunda ratio, deſumpta ex 9. morbo. cap. 3. vbi ſcribit Galenus, febrem ſynochon fieri, cum humor æqualiter, & cito in omnibus vaſis, aut magnis putreſcit. Vbi illa duo verba æqualiter, & cito conſiderada ſunt: æqualiter enim in omnibus vaſis ſolus ſanguis, quia in eis poteſt redundare putrefieri poteris ſicut & cito cum non diſtatur, quia eſt calidus, & ſic facile ad temperiem calidam concipiet, & humidus & ideo multi calidi & humidi vapores ab eo elevari, neq; recte gubernari citu putredinis erunt auctor: ſicut & ipſe met ſanguis cito ergo ſanum facile putredinem concipiet. Tertia ratio ex eodem loco Galeni. ſynochos febris neq; in frigida etate vt ſeneſcente, neq; in frigida corporis temperamento, quale eſt hominis melancholici & pituitoſi, quia melancholica, & pituita cito non poſſunt putrefieri, neq; in humoribus graciliibus hoc eſt biliioſis, quia nimiũ diſtantium, fieri poteſt. Ergo fiet in ſolis ſanguineis. Quarta ratio ex eodẽ capite Galeni, ſynochos carnoſos & multo ſanguine affluentes

Obiectio.

Solutio.

Secũda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

fluentes affert ergo solum fiet ex sanguine. Quinta in sy- Quinta ra-
nocho pulsus est maximus ex eodem loco Galen, ergo ex tio.
solo sanguine fiet, quia homines sanguines & carnosi, cum
habeant maximum pulsum, & alia natura ssq; ad ma-
gnum tantum possunt pervenire. Sexta ex curatione colli Sexta ra-
gi instituta, quia solum in synochis mittimus sangui- tio.
nem ssq; ad animi deliquium, vt inferius videbimus,
propter plethoram, quæ a solo sanguine fit. Septima ex 9. Septima
methodi cap 5. desumpta aperte id monstrat, eo enim in ratio.
loco Galenus plenitudinem ad vires. synochon non efficere
scribit, quia ea nec obstruit venarū oras, vt prohibeat
refrigerationem, nec tunicas earum distendit, nec ruberem,
nec tumorem inducit. Iam a contrario sola illa causa fa-
ciet synochon, quæ distendit venas, ita vt in eis tumorem
efficiat, qui est signum non plenitudinis, sed magnæ pleni-
tudinis, quæ tumorem inducit in cute. Certissimum ergo e
rit hominis vel mediocris inducij, hæc omnia a solo sangui
ne summe auctio fieri, & ita hunc solum synochon genera-
re posse. Ex his colliges male Altomarium a bile, pituita Altomarij
& melancholia syncera synochon etiam fieri scripsisse. sententia.
Probat autem etiam a bile fieri his rationibus. Prima Prima ra-
desumitur ex Galeno libro. 2. de diff. febrium capite 7. tio Altoma
vbi continuam ex bile febrem diuidit, in synochon, & rij probans
continuam. Secunda etiam vtitur habet ex libro. 2. Crisco synochos fie
capite. 6. vbi Galenus postquam synochon febrem conti- ri ex bile.
nuam esse, & acutam scripsit, consequenter de ipsa lo- Secunda
quens hæc addit. sufficit enim genus agnoscere, quod bilio ratio.
sa sit atq; deurens, hæc Galenus, si synochos est biliosa,
ergo bilis synochon efficiet. Tertia ratio Hippocratis. 4.
de ratione victus sic habet. Cum vena totius corporis ex Tertia ra-
cuata, attraxerint aeres, ac biliosas humiditates, ex tio.
carnibus, febres ardentes fiunt. Iam si hoc ita est si bilis a
venis omnibus attrahatur, ex carnosis partibus, faciet Quarta
synochon. Quarta ratio, si synochos febris sit ex sanguine ratio.

putrescente ergo & ex bile: consequentiam probat, quia sanguis cum admodum putrescat, eius tenuior portio in bilem mutatur.

Probat pituitam generare synochon.

Quod ex pituita etiam generari possit, probat ex libr. 4. acutorum. Vbi Hippocrates fatetur, pituitam salsam a totius corporis venis attractam, aliud causi genus efficere. ergo cum haec pituita erit putrefacta in omnibus venis suam habebit accessionem, & sic erit synochos. Haec Altomarius. Cuius rationes soluendae sunt, cum iam paulo supra probauerim, solum sanguinem ex quatuor humoribus constitutum, synochon generare posse. Prima ratio

Solutio prima rationis altomarij.

desumpta ex Galeni loco non recte considerato, ibi enim hoc est. 2. de diffe. feb. totum quae ex flaua bile fiunt: additum est, & superfluum: imo repugnans Galeni doctrinae, vt disputationis series persuadet. Postquam enim Galenus egit de intermittentibus febribus, illo cap. 7. incipit agere de continuis, eas diuidens hoc modo. Continuae febres, aut sunt continentes, aut nomen generis seruantes, continuae dicuntur. Rursus continentes tres habent differentias, sicut & continuae, quae eo loco enumerantur. Et ita

Solutio secunda rationis.

explicatio huius loci, ostendet etiam locum, qui habetur. 2 criseon ex quo secunda ratio habet vim, corruptum esse. ibi enim totum illud quod bilio sa sit delendum est, vt ex contextu colligo. In eo enim incipiens agere Galenus de continentibus febribus, eas ait esse continuas, & ardentes: nullam faciens mentionem quod sint bilio sae: ac proinde cum concludit, sic legendum est. Sufficit enim genus agnoscere quod

Solutio tertiae rationis.

continua sit, & adurens. Tertia ratio ridiculam habet consequentiam. Inprimis cum Hippo. dicit, venas exiccatas attrahere bilem ex carnibus, intelligendum est venas eo modo affectas, attrahere ex carnibus humores sanguineos. Non tamen intelligendum est has semper vbi attrahunt, facere febrem, hoc enim falsum est sed tantum, quando in aliqua vena a crasso humore obstructio incepta est, tunc enim humores ibi detenti augent obstructionem, & sic fit putredo

modo tanta, quæ potest generare febrem. secundo etsi venæ attrahant bilem ex carnibus, & hæc perficiendo obstructionē febrem generet habebit circuitus tertianos. Tumbilis flaua non potest obseruare, quomodo ergo efficiet synochon? Quarta facillimum erat satisfacere. si enim sanguis iam habet tenuem portionem in bilem mutatam. febrem efficiet habentem tertianos circuitus, & tunc Galenus eam appellat febrem biliosam, nos autem non loquimur, nisi de sanguine non mutato adhuc in bilem, aut melancholiam, & putrefacto, hic enim est, qui facit synochon. Vltima ratio, qua probat pututam salsam generare synochō duo habet absurda, quæ sunt, pututā salsam posse in toto corpore putrere: & secundo posse facere vnam accessionē.

quarta ratio solutio.

Differentiæ synochæ febris tres sunt.

De differētijs synocha febris disputemus, quæ tres sunt. Prima appellatur a Græcis acmastica, a Latinis augescens: quia a principio suæ generationis semper habet accessionem increscentē: causa huius rei est, quia in ea plus putrescit sanguinis, quam dissipetur de putrefacto. Secunda dicitur a Græcis omotonos, cuius accessio semper eandem seruat temporem: hoc est, quæ neque diminuitur, saltim sensibiliter: quod prouenit ex eo, quod tantum dissipatur humoris putrefacti, quātum de nouo putrefit. Tertia differentia synochos a græcis paracmastica, a Latinis decrescens dicitur, in qua accessio semper decrescit, quia plus dissipatur ex putrefacto sanguine, quā putrescat de nouo. Dices si vnaqueq. synochos vnam habet accessionē, ergo habebit etiam vnum tempus solum. Respondent omnes medici, verum esse synochon solum habere vnum tempus morbi sensibile, & tria insensibilia. Qui quantum extrent, hac ratione probamus. Sanguinis missio non est exercenda in statu, aut morbi declinatione: sed si synocha febres, habent vnum tantum tempus, tunc in eis sanguinē mittimus in statu, & declinatione: ergo hæ febres non habent vnum tantum tempus, sed multa. Maiorem probamus, quia tempore status non est fluxio humoris, & est cō-

Prima. Secunda differētia: Tertia differentia.

Obiectio

Solutione discorū.

Refutatio solutionis.

ctio

Propria ſolutio & vera.

Obiectio.

Solutio.

Secta Cretica.

Et perfecta. At in declinatione, cum humor peccans tam a natura euacuetur, non eſt quod eius motum perturbemus (arguentis methone. Aſſumptio nota eſt, quia in omne tono (ſi tamen habet ſtatum) cum ſanguinem mittimus in ſtatu excercemus euacuationem, ſicut in paracmaſtica in declinatione. Ego autem (una cum Ludouico Collado praeceptore doctiſſimo) ſentio, eas tres ſynochas febris diſſectas habere quatuor tempora ſeu ſibilia. Cognoſcuntur autem ex crudilate & coctione, principium eius eſt, quando eſt ſignũ crudilatis in calore, pulſu & vrina. Augmẽtũ, quando incipit coctio. Status, quando perfecta eſt declinatio. Vero cũ febris tam mitteſcit. Dices ſi hoc ita eſt, qua ratione vnam apellamus augeſcentem, aliam in eadem ſtatis permanentem, & aliam decreſcentem? Reſpondeo, quia hoc eſt propria conſtitutio huius febris, vt in declinante erit manifeſtũ, in hac enim in principio humor multus facit obſtructionem, ita tamen fluat ad eam, vt minus fluat, quam dabetur, hoc tamen, non tollit febrem eſſe in principio, vt dicendum in alijs temporibus. Quod autem hoc ſit verũ colliges, ex. 9. methho. cap. 4. in ſecunda hiſtoria ſeruę cuiuſdam, qui ſynochon putrẽ patiebatur. Quem Galenus poſt ſecundam noctem vidit putreſcentium humorum prebentem notas, vnde queſo Galenus aſſumit notas humorũ putreſcẽtium, niſi, vt iam diximus, ex calore, pulſu, & vrina? Tum, nonne quando humor putreſcit eſt cruditas? Adde in eadem hiſtoria inferius hęc ſcribere Galenum, itaq; ad portionem minuẽtis ſe febris, vrinę quoq; concoctio proceſſerat, eratque haud obſcurũ ſeptimo finiẽdã. *Senſim ergo procedebat cõ coctio, in hac ſynochon poſt crudilatẽ, & ideo, quãdo in ſynochis ſanguinẽ mittimus, in principio ſectionis id præſtamus.*

Secundo ſecta baſilica dextra. *Synochos febris nõ poteſt curari, niſi prius cauſa eam generantes auferantur, quæ ſunt putredo, prohibita tranſpiratio, obſtructio, & multitudo humorũ. Et ex his cauſis cum ſit prima multitudo,*

a3

ab hac incipiēda est curatio. Hæc indicat sui ablationē, quæ fit per contrariū nempe euacuationē lib. 2. apho. sent. 22. Cum autem euacuatio fieri debeat inedia, balneo frictione, exercitatione, purgatione, & sanguinis missione, & remedio euacuante in hoc affectu, hoc modo deliberabis. Plethora in synocho est magnus affect⁹, postulat ergo magnum remedium, qualia sunt inedia, exercitatio, balneū, fractio, & similia, quæ ideo omittuntur. Remanent ergo duo remedia magna purgatio, & sanguinis missio. Purgatio caret occasione, quia non est affectus eam indicans, remanet ergo sola sanguinis missio, qua ceu & medium omnes humores potest ex toto corpore euacuare. Hæc autem exercetur a Galeno aliquādo vsque ad animi deliquiū 9. meth. cap. 4. & 6. eiy par. 1. com. 29. & alijs locis. de liberanda dei ſſa ex affectu postulante talem euacuationē. & præcipua virtutis affectus postulans est maxima plenitudo, quæ maximam postulat euacuationem. Vires autem sunt summæ, quia homo est ætate iuuenis, & ideo habet maximū pulsum inde colliges in his febribus synochis (Cū ratione maioris & minoris differāt) nō esse necessario mittēdū sanguinē vsq. ad animi deliquiū sed animi deliquiū, esse terminū istius euacuationis statim ac fuerit plenitudine, non licet vlterius euacuare, nisi velimus ægrū interficere. Vnde videat Valleſius qua ratione possit confiare sua sententia quam 7. contrariorum ſtatuit febribus tutus, phare in scri⁹ biliosis cōtinuis, etiā sanguinē mittendū esse, vsq. ad animi deliquiū. Prima ratio Galeni a. sua sanguinis pho cū vrina ardentissima febrilis sanguinē mittet vsq. ad animi deliquiū sed febris ista tertiana continua est biliosa ergo ea licebit tali euacuatione exercere vsq. ad animi deliquiū. Galen. sanguinē mitti in hac febre vt refrigeret, ergo & ideo licebit in tertiana continua quæ inter biliosas habetur. Prima rō. tas, quā i synocho. Tertia ratio synochis Galeno ceu eua cuatione humor propter feruorē in parte principē feratur. Sed in tertiana continua maior feruor, quā i synocho. ergo

Sanguinis missio vsq. ad animi deliquium

In biliosis febribus

Secūda rō. Tertia rō.

ergo licebit in ea propter eandem cauſam euacuare copioſe, hoc eſt vſq. ad animi deliquiũ. Et cum poſſit aliquis ei obijcere, in tertiana continua deficere virium robur. Reſpondet ſe loqui non de ea tertiana, quæ exquiſita eſt, ſed de notha, in qua vires poſſunt cõſtare. Certe ego multum miror virum doctiſſimum nunquam aduertiſſe, has rationes nil concludere, neq. ex quo affectu deliberemus in ſynocho, de ſanguinis miſſione. Nos enim, vt Galenus, & rei natura docet, in ea vſq. ad animi deliquium euacuamus, indicatione ſumpta ex cauſa obſtructionis, quæ plenior eſt, non ergo mittimus ſanguinem vt refrigeremus vt ſecunda ratio docet. Quod ſi ex tali euacuatione ſequatur corporis refrigeratio, & inde delectatio, id ex accidenti prouenit, non quod nos id inſtituamus efficere. Neque etiam ſanguinem mittimus, ne ſanguis decumbat ad partem principem, vt tertia ratio docet; Verũ eſt ex hac ſanguinis miſſione id aliquando prohiberi. Prima ratio nil concludit, quia etſi Galenus ſcribat lib. 2. aphori. in ardentiſſimis febribus, ſanguinem eſſe mittendũ vſq. ad animi deliquium. Quid intelligat per febres ardentiſſimas ipſemet explicat lib. 6. epy. & lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. cap. 11. & 9. methodi, in quibus locis agit de hac copioſa euacuatione, & ſolum memimit ardentiſſimarum, quæ ex ſanguine fiunt, & quãuis id non ſcripſiſſet, nos ex natura rei debemus id colligere. Si enim hæc tam copioſa & ſumma euacuatio, poſtulat magnam plethorã & ſummum virium robur, quæ deſiderantur in tertiana qualibet, quomodo licebit in ea ſumme euacuare? Quod ſi in tertiana notha ſunt vires, vt vult Valleſius, non tamen ſumma, ſed tales, quæ poterunt ferre euacuationem, propter reuulſionem factam.

Cõtra vallesium.

Secũda & tertia rationes ſoluũtur.

Soluitur prima ratio.

Tertio potu magno. Poſt ſufficientem ſanguinis miſſionem, quam cognoſces ex coctione, quæ in vrina apparet, tum iam curata ſit cauſa obſtructionis, ad hanc ſentiendum eſt. Curabitur obſtructio ſuo contrario, quod eſt ape-

quod est aperiens. Hoc clarium est, decoctum capillorum veneris, cichoreæ aut alterius similis cum oximelle. Eligē da enim sunt aperientia minus calida, quia q̄ calidiora sunt augendo calorem humorum putrium, augebūt & putredinem. Aduerte tamen aperientia medicamenta obstructionem curare, sanguinem fluxilem efficiendo, & motum ei tribuendo. Iam obstructione curata, vt possit putredo per conuenientes regiones expelli, vtiliter exhibetur aqua frigida potus. Quæ refrigerans partes, ab intemperie calida languidas, eis robur adauget, & periem generando: hæc autem roborata putredinem expellere solent, per sudorem, vrinam, vomitum, aut deiectionem: aut simul multis ex his euacuatis. Quod si ger si uenis fuerit, & cruosus estate media natatio in aqua frigida commoda erit, qua corrigendo partium intemperiem, sudorem mouebit. Neq. frigiditas denſando poros eius eam prohibebit, quia potius ab ea, ad mediocritatem reducemur, nimis dilatati à calore febrili, & æstatis: Quod si Hippocr. lib. 3 acutorum natationem in aqua frigida vetet in agrotis, intellige cum Galeno in illis agrotis, qui virium habent imbecillitatem. Dices, cur putredinem non euacuamus? Respondeo ad auferendam putredinem in viuentibus, nos expectare actiones facultatum naturalium, quarum ratione in synochos separata parte putri a non putri, eā, quæ putris est, facultas expultrix euacuat, qua sollicita est de animalium salute & proinde recte docebat Hippocratura medicus, nos enim ministri tantum sumus. Iterum obijcies diminute tradidisti curationem, quia prohibisti am transpirationem, qua etiam debet auferri, omisisti. Respondeo consulto id esse factum, quia, vt iam supra dixi, prohibita tra spiratio habet effectum in febri, & ideo curata obstructione cessare.

Quarto concoquenti bilē) neq. bilis eget præparatione, neq. hic affectꝰ pēdet ex bile, cur ergo præparet bilē nescio. Auctor tractatur.

Quinto vacuantibus bilem. Febris synochos, ex sanguine & bile

ne ortum habet, & non ex bile, proinde non eſt quod eam euacuemus. Verum eſt, ſi hac febris perſeueret, ſanguinis tenuiorem portionem mutari in bilem: & hanc febrē iam eſſe biliоſam, quæ curabitur ea ratione, qua inferius videbis.

De febre ardente.

CAPVT. II.

Deſcriptio

ARDENS febris Latinis, cauſos Græcis, eſt febris biliоſa de genere continuarum, errant igitur qui cum Arabibus volunt à ſalſa putuit; poſſe procrearitterrant quoq; qui cū iiſdem ponunt diſcrimen inter ardētem febrem & tertianam continuam: quia neq; à bile flaua putreſcente in venis, quæ a corde diſtant, ſit, neq; illa ab eadem bile putreſcente in venis cordi propinquis tantum, ſed (Gale authore in varijs locis, præſertim cōment. 59. lib. 4. aphor.) febris ardens eiuſdem eſt generis cum tertiana exquiſita intermittente, eò quòd ab eodem humore biliоſo ambæ procreentur. Differt tamen ardens à tertiana exquiſita, quòd in hac flaua bilis per totū corpus fertur, in ardente autem febre ipſa bilis in venis vnà cū ſanguine continetur. Omnia quæ bilem flauam procreant,

Cauſæ.

efficere poſſunt febrem hanc. Aer ſcilicet nimis calidus, alimenta aeria & admodum calida, vt piper, ſinapi, cepæ, allia, vinum vetus, & ſimilia, & animi & corporis labores. Ex his enim flaua bilis gignitur omni tempore, & ætate,

Nota.

præſertim æſtate, & iuuentute: à qua in venis putreſcente fit ardens febris. His notis cognoſcitur, lingua eorum, qui hac febre laborant, arida fit, aſpera & nigra, ventriculi eroſio, ſitis intollerabilis, vigiliæ, capitis dolor, nonnūquā etiā delirium, mouentur fermè ſemper ab vna parte in aliā, vt animalia turgida & venere capta, & vt humores

turgidi,

turgidi, à quibus sepè fit hæc febris. Quare dictiones alias eis liquidæ, & pallidę sunt, quãnis sepe aliius dura sit. Pulsus celerrimus, vrina flaua, & aliquando alba, quæ delirium futurum significat: fiunt aliquando surdi hi, & non nunquam muti. Septem remediorum generibus curatur. Primo, victu tenui refrigerante satis, & humectante, vt aere in æstate parato aqua rosata inspersa sepe per totam habitationem, foliis etiam lactucæ, myrti, salicis, floribus violarum, nenupharis, & rosarum, fugã anhelitus inuitorum, iræ, & aliorũ, quę calfaciunt. Nutriatur cremore hordei, succo granatorũ, lactuca, precipuè cum aceto & saccharo, cichorea, cucurbita, lacte amygdalarum dulcium, & quatuor seminum frigidorũ m, cucurbita saccharo condita, radice bugloſſæ saccharo condita, scapo lactucę cõdito saccharo, dicitur a Valentinis gorga daniel. Si sit ęger imbecillus, nutriatur iure pulli cum lactuca in eo elixa, vel hordeo sine cortice; semper tamen habenda ratio eorum, quę diximus capite precedenti cum Hippocrate. 17. aphorismo primi libri & etiam eorum, quę 5. & 10. Aphorismo eiusdem lib. docuit Hippocrates, in quibus habetur, in vigore morborũ & iuxta vigorem non esse cibum exhibendum, neq. in his, in quibus vigor est omnis morbus, vt in apoplexia, vel maxima febre; At in aliis plus cibi esse dandum in initijs, & semper versus vigorẽ augendũ, cuius contrarium consilium nostrę fœminæ quotidie sequuntur, dant semper in morborum initiis parum cibi & augent ipsum continuò vsque ad vigorem, & ipsum sepe augent, vel multum saltem prębent, quo errore non pauci ægri pereunt. Potus sit aqua hordei sine cortice solum. In prandio & cœna, & cum julep violarum, & rosarum, & syrupo acetositatis citri quacunque alia hora.

Curatio.
Victus.
Loca refrigeratio.
Cibus.
Error fœminarum in victu.
Potus.
Sellio ve-

Secundo, secta basilica dextra si fuerint signa sanguinis, rubedo scilicet totius venæ magnæ & plenæ, vrina rubea, & eius florida, & robur virium. Cum verò in hac febre non

apparent

An ſecanda ſit vena in omni febre putrida.

apparent ſigna ſanguinis, non eſt neceſſaria ſanguinis miſſio: ſed purgatio bilis, neque in omni putrida febre eſt ſecāda vena, vt multi recentiores medici cum Gale. 11. methodi volūt. Nam nō deprauato ſanguine, primo vel ſecundò loco per mixtionem vel corruptionem potius noceret, & ideo ipſe Galenus libro primo de arte curatiua ad Glauconem cap. de curatione tertianæ exquiſitæ, nihil de ſanguine mittendo dicit: & poſt eodem lib. capite de tertiana notha: quòd ſi inquit, ſanguine mittere oporteat neque hoc quoq; omittendum, ſed ab initio ſtatim adhibita earum rerum, quas ſcis diſtinctione tantum mittendum, quantum præſens exigit ſtatus: & capite de curatione quartanæ eodē libro, deinceps de quartanis dicemus, quas etiam ab initio mediocriter ac leniter tractare oportet, nullum acre medicamentū, aut euacuationem exhibentes, niſi ſanguis fortè vehementer ſuperabundans appareat, & ſi vena inciſa is, qui fluit niger videatur ac craſſus, præcipue vero in iis, qui liene laborant, huiuſmodi cernitur, audacius mittendus eſt: quod ſi tenuis, aut flauus extiterit, ſtatim ſupprimendus: & poſtremo eodem libro capite de curatione continuarum. Sanguinē vero, inquit, mittere oportet, & ob morbi magnitudinem, & quibus multò plus ruboris inſit quam naturæ conueniat, & maior quam, pro conſuetudine corporis tumor, & venæ eminentiores atque magis extenſæ, his omnibus eſt auferendus, niſi vires, aut ætas, aut aliquid eorum quæ ſupra commemorauimus, prohibuerit. Concludamus cum Galeno his in locis, ſanguinem non eſſe mittendum in omni febre, quæ dependet ex putredine humorū. Huic libro eſt maxima fides adhibenda, quia ſcripſit in eo de febribus ex profeſſo & propriam diſputationem de his tantum inſtituit, in methodo vero generalius omnia perſequitur. Deinde librum hunc ad Glauconem ſcripſit, qui in philoſophia & medicina diu multumque verſatus erat.

Neque

Neque Galeni autoritas vndecimo methodi repugnat (vt diximus) huic noſtræ, vel potius Galeni ſententiæ & veritati, neque etiã commentarius 23. primi libri aphoriſmorum, vt aliqui recentiores medici cenſent, eſt contrarius nobis, in quo non docet Galenus omnem febrem ardentem indigere ſanguinis miſsione vſque ad animi deliquiũ. nam non verum id eſt, niſi quando ſanguis peccat cum bile. Cum enim ſola bilis putreſcit, ſanguis nullo modo mittendus eſt: quia eius vacuatio ſimul cum ſpiritu & natiuo calore vel mortem, vel maximũ periculum induceret. Bilis ergo putreſcens in hac febre ardenti ſi ſit turgida abſq; concoctione, & ſine ſanguinis miſsione vacuãda eſt hac, aut ſimili potione, ℞. medullę tamarindorum, & medullæ caſsiæ fiſtularis recens extractæ. an. ʒ ſ. infuſionis. ♃ iiij. rhabarbari in aqua endiuiæ per noctem factæ, diaprunis ſolutiui ʒ ij. ſ. ſyrupi violarum ʒ j. decocti florum cordialium. q. ſ. miſce, & fiat potus. Vel, ſi eſt dies, ℞. mannæ electæ ʒ j. ſ. infuſionis ʒ ij. rhabarbari in aqua endiuiæ factæ, iuris pulli gallinacei decoctionis florum cordialium, quod ſatis eſt, miſce, & fiat potus. Si fuerit pauper, fiat vacuatio per priorem potionem ſine rhabarbaro, die ſequenti, & omnibus diebus, dempto die euacuationis, per medicamenta purgantia hoc, vel ſimili clyſtere alius lubricetur, ℞ foliorum maluarũ, violarum, lactucæ, cichoreæ, & mercurialis. an. m. j. furfuris, hordei ſine cortice, quatuor ſeminum. f. m. conquaſſatorum. an. p. ſ. fiat decoctum, de quo percolato accipe ʒ xv. olei violarum ʒ iij ſacchari rubri, & caſsiæ fiſtulæ præparatæ. an. ʒ j. miſce, & fiat clyſter. Si maxima fuerit caliditas febrilis, adde trochiſcorum de camphora ʒ j. mucilaginis ſeminis pſyllij, & cydoneorum. an. ʒ iij. olei papaueris ʒ ij. Cordi à primo die omni hora admoueatur epithema aut ſimile ℞ aquarum roſarum, & acetoſæ. an. ʒ iiij. aquæ bugloſſæ ʒ ij. aquæ melliſſę, & aceti roſati. an. ʒ ſ. pulueris diamargaritonis frigidi, & trochiſcorũ de cam-

Cur magnafidesad bibenda li br. de arte curãdi ad Glauconẽ.

Si bilis turgeat. Potio.

Potio alui.

Potio pueri.

Clyſter.

Epithema cordi admouendũ.

phora.an.ʒ ſ.miſce,& fiat epithema pro corde.Vnguen tum cardiacum Gainerij,cuius deſcriptio cõtinetur cap præcedenti,ſæpe cordi admoueatur tepidum.

Præparatio biliũ surgentis.

Tertio,ſi materia bilioſa non turgeat,apparatur ſyrupo endiuiæ,S.violarum,granatorum,endiuiæ compoſita cetoſitatis citri,acetoſitatis limonum,nenupharis,de papauere,cũ duplo aquæ,vel decocti endiuiæ,cichoreæ,acetoſæ,ſcariolæ,lactucæ& ſimiliũ concocta hac bile.

Purgatio.

Quarto,vacuantibus bilem,vt c. ſsia fiſtulari,tamarindis,rhabarbaro,& alijs dictis primo ca.li.1.ex quibus ſimplicibus & compoſitis variæ & multæ ſunt formulæ; vt

Potio.

℞.medullæ caſsiæ fiſtulæ recens extractæ,& medullæ tamarindorum an.ʒ ſ.infuſionis.ʒ.j.rhabarbari electi in aqua endiuiæ per noctem factæ,diaprunis ſolutiui ʒ iij.ſyrupi violarum ʒ j. decocti florum cordialium.q.ſ. miſce,& fiat potus Die ſequenti alius leniatur, & lauentur

Decoctum hordei loco clyſteris.

inteſtina clyſtere deſcripto cap.præcedenti,aut ſimili;vel bibat ʒ iiij decocti hordei cum cortice cum vncia vna ſacchari.Si omnino æger non poſsit bibere potum purgantem,vel eius ventriculus ſtatim ipſum expellat,fiant boli,aut buccellæ,vt diximus capite ſuperiori.

Alteratio

Quinto refrigeantibus cor,iecur, & totum corpus interns & externis,vt potu aquæ frigidæ in magna quantitate,obſeruatis omnibus,quę diximus capite præceden

Sumenda.

ti,tertio genere remediorum. Nam in hac febri ardenti

Potꝰ aqua frigida hic vtiliſsimꝰ.

vtilior eſt & magis neceſſarius,& hac mixtura ℞.conſer

Conatum

uæ violarum,nenupharis,acetoſæ,& roſarum an.ʒ j.con

Mixtura ad bibendum.

ſeruæ borraginis ʒ ſ.pulueris diamargaritonis frigidi,& diarhodonis Abbatis an.ʒ j.ſaccari.q ſ.miſce,& fiat cõditum auro coopertum, quo ſæpe vtatur, præcipuè tempore ſitis cum aqua hordei;vel ℞. julep roſati,& violati. an.ʒ iiij ſyrupi acetoſitatis citri ʒ ij. miſce,& vtetur cum eadem,vel ſimili aqua tempore ſitis.Summo mane per a liquot dies accipiat drachmas quatuor electuarij diatrió

Electuaria &c.

ſantalorum;vel diarrhonis Abbatis,vel diamargaritonis

frigidi,

frigidi,cum pauca aqua acetosæ, vel cichoreæ,vel hordei,vel pauco vino albo benè diluto. Syrupus ex aqua, vel succo cucurbitæ valenter extinguit ütim & calorem febrilem. Hoc electuarium corroborat,refrigerat, & est suaue gustanti; ℞. saccari dissoluti in aqua rosata ʒ iiii. fiat electuarium in tabulis ponderantibus ʒ iij. si addideres pulueris margaritarum electarum & ossis de corde cerui.an.ʒ.j.esset magis cardiacum,quod omni tempore est vtile. Hæc enim confectio est bona præsertim si cor afficitur palpitatiõe,vel alio affectu animi scilicet deliquio & simili; ℞. theriacæ de citro ʒ j. conserue acetosæ, & nenupharis an.ʒ.ß.confectionis de Hiacyntho ʒ ij.pulueris diamargaritonis frigidi, & coralli rubri præparati. ʒ j.foliorum auri numero.iij.syrupi acetositatis citri,q. s.misce,& fiat confectio. Dolis omni hora cochlearium vnum cum pauca aqua acetosæ,vel bugloſſæ. Admouea tur sæpe in die,& omni tempore cordi epithema descriptum in fine secundi generis remediorum huius capitis, in æstate actu frigidum, & in hyeme tepidum: & bis in die admoueatur vnguentum cardiacum Gainerij,de quo capite præcedenti, aut simile. Hepati quoq. bis in die admoueatur cerotum santalatum,vel vnguentum tepidum & sæpè in die hoc,aut simile epithema ℞. aquarum endiuiæ,cichoreæ,& schariolæ.an.ʒ.iiij.aquæ absinthii ʒ.ii. aceti albi cochlearium vnum, pulueris santalorum omnium,& pulueris diarhodon Abbatis.an.ʒ j.misce,& fiat epithema pro hepate. Hæc non sunt admouenda hepati,nisi post vacuatiões.Lenibus, & spinæ admouentur bis in die vnguentum, vel cerotum santalatum quod habet vim refriegrandi.

Electuarium suaue

Confectio cardiaca.

Aqua Cordi admouenda.

Hepati.

obseruatio

Correctio symptomatum Siccitatis & grauitatis.

Sexto corrigẽtibus symptomata videlicet oris,& linguæ ſiccitatẽ,& nigrorem; capitis doloré,& vigilias immodicas.Siccitas linguæ & oris,& nigror curãtur cõtinua ablutiõe facta aqua rosata cũ pauco aceto rosato, vino albo, benè aqua diluto, lacte amygdalarũ non decocto,& ſine

ſaccharo:humectãtibus,quoq. vt mucagine ſeminis pſyllij& cydoneorũ aqua roſarũ extracta & hac mixtura ſeu loch,quæ ſitim quoq. extinguit, ſępe & parum ex ea trã ſglutiendo,℞.mucilaginis ſeminis pſyllij,& cydoneorũ. an.℥ ℈ ſacchari candi violati pulueriz ati ℥ j.ſyrupi violatum.q.ſ miſce,& fiat confectio. Capitis doloris curatio tradita eſt cap.3.primi libri, quamuis curata febre,illius cauſa curetur.Symptoma hoc,dolor ſcilicet,aliquando trahit ad ſe curationem ob ſui magnitudinẽ. Vigiliæ immodicæ curantur,vt diximus capite quarto prioris libri,emulſione ſcilicet ſeminis papaueris, ſyrupo papaueris,vnguento populeonis fronti admoto,& fotu ſeu lotione tibiarum ex decocto foliorum arundinis,lactucæ,ſalicis,myrtillorum,corticum papaueris albi & ſimilium: & hoc potu ſumpto hora nona,vel decima poſt ſolis occaſum,℞ confectionis Alkermes ʒ ℈.ſyrupi papaueris.℥ j. ℈.aquę nenupharis ℥.j.miſce,& fiat potus.

Cõfectio.

Doloris capitis.

Vigiliarũ.

De febre ardente.

CAPVT. II.

Scholium.

Febris ardens cõditio eſt febris.

ARDENS febris latinis. *Febris cauſos aut ardens,non eſt differentia febris, ſed conditio. Illa enim febris dicitur ardens, quæ habet magnum ardorem, & inexauſtam ſitim. 4. acut. ſent.17.& primo epid.com. primo. Et ideo ſynochos, tertiana continua, tertiana intermittens,& quartana continua,ardentes ſunt. Dices nonne Hippocrates 4.acutorum, quendam cauſum ex putrida falſa deſcribit? Reſpõdeo verum eſſe,illum tamen ad eum,qui ex bile fit referri:quia ex lib de morbo & ſymp.omnis humor calidus bilioſus eſt. Hoc cap.auctor de*

Omnes cõtinua ardentes.

tertiana

tertiana continua disputat. Qua (sicut & omnes alias cõtinuæ) cum synocho conuenit in hoc quòd continua est, tum in calore, putredine, & obstructione. Differt vero ab ea, quia in synocho, obstructio fit a plethora: at tertiana cõtinua ab humore crasso, aut glutinoso. Tum synochos caret accessionibus, non autem continua. Febres ardentes curãtur ea ratione, qua synochos: primo mittẽtes sanguinẽ: secundo auferendo obstructionem: Tertio putredinem: & quarto febrem refrigerantes. Curationem tertianæ continuæ de qua hic agit auctor, ex sequẽtis capite (vbi agit de tertiana exquisita) etiam intelliges: quoniam ambæ sunt eiusdem generis, fiunt enim a bile, cũ hoc tamen discrimine, quod in febre ardente humor faciens febrẽ intra vasa manet, at in intermittẽte fertur per carnes, aut habitum corporis. Solum duo hoc in loco explicare volo breuiter: Primum, An in febribus continuis, sanguinis missio, in sola declinatione exerceri possit. Secundum, An febris lenticularis apellata, propter symptoma, postulet particularem curationem. Vt ergo a primo exordiar, respõdeo in febribus continuis quocunq. tempore accessionis, posse nos vtiliter sanguinẽ mittere, dummodo sit in principio morbi. Id confirmo hac ratione. De sanguinis missione delibe ramus, ex affectu postulante euacuationẽ omnium humorum, & absentia impedientium. Sed in febrium cõtinuarum accessionibus, quocunq. tempore illa duo reperiuntur, ergo licebit in quocunque tempore sanguinem mittere. Assumptionem probo, quia in quocunq. tempore accessionis prædictæ, est fluxio humoris ad focũ, & robur virium. Imo melius est tempore quo viget accessio, sanguinẽ mittere: quia tunc solent fluere humores, ad focũ, in quo viget magis calor. II. methodi. Nequeest par ratio in intermittentibus, quia cum in his tempore accessionis, humor a natura expulsus extra venas, sit in habitu corporis, sanguinis missione poterit remigrare ad venas, & ita ex intermittenti fieri continua. Vnde cum in his habeamus

Curantur ardentes sicut synochos.

An in continuis sanguis sit mittendus in accessione.

prohibens, nempe motum naturæ contrarium, sanguinem mittimus tempore intermissionis Dices, Galenus l. 6. de curat. per sang. miss. capi 20. scribit, in ipso die in quo sanguinem mittimus, observandam esse inclinationem febris (vt statim addit) particularium circuituũ declinationem, Respõdeo I. qui Galenum de illis febribus, in quibus sanguinis missio in hora circuitus propiam habet indicationem. Secundum explicemus, de febre lenticulari (quam Tauardillo castellani, & nos Valentini pulgo appellamus, ob maculas in cute apparentes similes pulicum morsibus) aliqui integros libros scripserunt, & ita postulabat integrum librum hæc disputatio, in quo nil aliud faciendum erat, nisi errores illis contentos refutare. Quidam enim hanc febrem semper pestilentem efficiunt, hoc est ortam exputredine, & venenato humore: & ideo esse contagiosam & habentem periculosa accidentia. Alij hanc febrem non pestilentem sed quæ induxit naturam pestis appellant: eo quod fiat a putredine, habẽte pravam qualitatem. Vnde omnes hi concedunt habere propiam curationem; tum propter maculas, tum quia sine alexipharmacis non cessat. Et ita quidam sanguinem mittunt ob plethoram, alij non ob virium imbecillitatem. Quidam purgant in principio &, alij non purgant. Quidam vtuntur cucurbitulis, fictionibus, & sudorem mouentibus: alij bene vtuntur cucurbitulis cum scarificatione, quia attrahunt ad cutem & euacuant, non tamen sudorem mouentibus, neq; vrinam, quia hæc cum sint calida augent feruorem humorum. Omnes in principio vtuntur alimentis frigidis & adstringentibus, quidam ob putredinem, quidam ob venenum: & alij obseminariũ hoc est pravã qualitatem. Multi etiam in principio vtuntur alexipharmacis ex margaritis, & alijs adstringentibus cõstructis. Nõ vtuntur alimento tenui, quoniam inquiunt, a pravitate humoris statim vires debilitantur. Hanc, & multam aliam varietatem videbis, quæ ostendet eos ignorare morbum,

An febris lenticularis habeat propriam curationẽ.

Varia sententia in essentia.

Varia sentẽtia in curatione.

bum, & veram eius curationem. Breuiter ergo veritate
sic accipe. Hec febris continua est, quia a principio vsq; Propria se
ad finem nunquam cessat, & putrida vt ex calore, pulsu tentia.
& vrina conspicimus. In eius principio solent appare-
re macule, incute que symptoma sunt in excretis. Non
sunt autem exanthemata, quia non sunt tumores: Vnde
reuocare eas poteris ad veligine. Ha macule non fiunt
ob feruorem vt Valleſius & alij sentiunt, neſcio enim vn
de in hac febre feruor contingat, potiſsimum cum ipſimet
ab humore craſſo pendere ſcribunt, ſed fiunt ab humore vi
ſiculatis expultricis ad cutem delato, quia cum putredo
fit in humore craſſo, ſua acrimonia irritat. Praterea hoc
ſymptoma, cum non deijciat vires, neq; augeat affectum,
non trahit ad ſe curationem, ac proinde contemnendum.
Solum enim ex eo colligimus, morbum eſſe malimoris, hoc
eſt qui fit ex inaequali humore, qui non ita facile coqui-
tur. Nõ autem eſt ſignum putredinis venenate, quia tũc Nõ eſt mor-
hac febris multos interficeret: & excretionem veneni in bus vene-
cute videremus, quod non contingit, imo nulla ſunt vene nanus.
ni ſigna. Dices nõ eſt peſtilens, ſed ſemipeſtilis. Quid mea,
dicere febrem eſſe ſemipeſtilentem eſt ſomnium & res
ad libitum ſcripta, ſi enim putredo que facit febrẽ habet
venenum nonne erit veſtilens? huius febris putredinem
appellat Mercado putredinem ſordidam, quaſi putredo
ſit vlcus. Neq; in cute apparentes macule, ſignificant
prauam qualitatem humoris nobis incognitam, quia hec
febris ſine alexipharmacis vllis ceſſat. Iam ſi lenticule
ſunt ſymptoma, quod ad ſe non trahit curationem, cucur
bitule, ſudori ſica medicamenta, frictiones & alia nonne
erunt inutilia? In principio enim morbi ſi applicentur,
aut adhibeantur augendo obſtructionem, putredinem
etiam augebunt. 8. methodo. Si in principio quando ap-
parent, his non vtantur, quid proderunt? Curanda ergo Curatio
erit febris hec lenticularis, ſicut alia febres continue. huius fe-
Primo vt, illum in ea inſtituentes, habita ratione, virtu bris.

tis, & status morbi absurdumq. est & præter experientiam affirmare, Vires in hac febre statim in principio, a prauitate humoris debilitari, cum nos innumeros quos curauimus, decies aliquando, & plus in principio sanguinis missione euacuauerimus. Alimenta etiam adstringentia quæ exhibet, insperſa pulueribus ex margaritis & alijs lapidibus, & medicamentis adstringentibus maxime ledunt, obstructionem augendo. Iam statim in principio sanguis mittendus est, non ob plenitudinem, vt hi sentiunt, sed vt reuellamus humores fluentes ad focum. Sanguine misſo, & curata fluxione, ad obstructionem veniendum est, eam apperientes attenuantibus medicamentis, constructis ex decocto borraginis, cicorei cum radicibus, capillorum Veneris, cum syrupis capillorum Veneris, borraginis oximelle & similibus. Aperta obstructione si natura recte euacuat, nil est efficiendum: si vero non euacuat, aut diminute euacuat, tunc oportet purgare. Et tandem potu aquæ frigidæ, febris curanda. Vsus Alexipharmacorum nullus est, imo hæc quocunq. tempore nocent, quia sunt crassa, & obstruentia, neque habent in hac febre qualitatem contrariam. Hac ratione curamus in hac Valentina ciuitate contemnentes lenticulas, ac si non essent, cum fœlici successu: quia exercemus ea, quæ rei natura docet, & experientia (quæ in ciuitate multa est) confirmat. Neq. mirandum est multos in herbosa regione mori, cum prauè curetur, imo tota medicorum curatio ex instituto videtur excogitata ad hominum perniciem. Quid de symptomatis in hac febre apparentibus? Hæc febris cum sit cõtinua pro varia corporis dispositione, modo phrenitim, modo lethargum, modo alia symptomata inducit, quæ non solum in hac, sed & in alijs continuis febribus etiam euenire solent.

De tertiana exquisita.

CAP.

CAPVT. III.

EXQVISITA tertiana, febris intermittēs est, à sola bile flaua proueniens extra venas putrefacta. quare periculo caret, vt docent Hippocrates & Galenus Aphorismo. 43. libri quarti, etiamsi sit acutus morbus autore Galeno cōment. 20 lib. tertij, cuius contrarium tradere videtur commentario trigesimo libri quinti aphorismorum in initio. Duplex est tertiana syncera, prima vnica, altera duplex: vnica verò est, cùm tertio quoque die semel accessio fit. Altera duplex, scilicet ea cū bis in die accessio exquisitæ bilis fit, vel quolibet die solius bilis accessio apparet. *Definitio tertiana exquisita.*

Externæ causæ sunt similes causis febris ardentis, quāuis minores, Galeno autore cōment. 59. libri quarti aphorismorū. Vtraq. à flaua bile fit. Interna est bilis flaua mota per corpus totū, & extra venas putrescens, autore Galeno eodem commentario. Hæc tertiana exquisita statim ab initio in singulis accessionibus affert rigorem vehementem, pungentem, ac vulnerantem: quia mouetur a acris humor per partes sentientes, & in hoc differt ab ardenti febre, in qua nō accidit rigor, nisi ante critin bonā, vel malā: bilis quoq. vomitu expellitur. Est in hac tertiana syncera ordo exactus, & æqualitas pulsuum qui in augmento accessionū ad vehementiā, ac magnitudinē, atq. frequentiā excitātur. In vigore sitim innehit magnā, potit calor æqualiter per totū corpus diffunditur, & primo cō tactu sentitur plurimus, ac mordax, & statim à manu tagēte vincitur. Et fermè semper desinit cum sudore accessio quę intra duodecim horas terminatur: si verò diuturnior ac longior fuerit accessio, non est exquisita tertiana. Vrina ei⁹ similis est vrinæ eius, qui febre ardēte corripitur. *Causæ exquisitæ tertianæ.* *Signa tertianæ exquisitæ.*

Curatur quatuor remediorum generibus. Primo, victu simili ardentis febris, per omnia ferè: quāuis hæc tertiana remissioribus egeat, & in ipsa accessione æger nullo modo *Curatio, victus. Aduerte*

quando in accessione cibādus sit ager.

do sit nutriēdus, Hippocrate autore aphorismo. 11. primi libri, nisi facultas esset imbecilla, aut natura ægri biliosissima parata ad hecticā, qua in re non solum est cibus dād⁹ in ipsa accessione, sed in eius tempore deteriori, in statu scilicet. Præter hæc ante ipsam accessionē, saltem per septem horas est nutriēdus, & post ipsam: semper tamen sequi oportet, quod docet Hippo apho. 17. lib in vigore tamen accessionis æger bibat copiosē aquam frigida hordei cū syrupo violato, vel saccharo, præsertim si bilis sit concocta: sudore enim superuenīte statim finietur accessio, & etiā totus morbus. Sōnus maximè nocet in principio accessionū, & in augmēto minus, & in vigore forsan nocebit, in declinatione maximè iuuat, in qua si noceat, est signum lethale, cum Galeno cōmen 1 lib. 2 aphor.

Signum lethale.

Præparatio.

Secundo, apparantibus bilem, de quibus dictū est cap. superiori tertio genere remediorum, &. 1. cap. pri. lib.

Purgatio.

Tertio, vacuantibus bilem in die post accessionē quartam, quæ solet esse status huius morbi, præsertim quādo finitur in septem circuitibus, aliquādo vnico, vel duobus circuitibus terminatur: intellige de vacuatiōe, quæ fit per inferiora. Nam in ipsa accessione non est facienda vacuatio ab arte, ne addamus laborēlabori: per vomitū verò in tio, & per sudorem in fine accessionum sæpe natura, & ars ipsam sequens solent euacuare. De medicamētis, quæ bilem purgant, simplicibus, & compositis dictum est cap. superiori quarto genere remediorum, & primo cap 1. li. & in multis aliis locis, præcipuè 1, 3. &. 4. cap primi libri.

Adiuuate.

Alteratio & corroboratio.

Quarto, refrigerantibus, & corroborantibus cor, iecur, renes, & totum corpus, internis, & externis dictis quinto genere auxiliorum, capi. præcedenti: quamuis hic paulo mitiora conueniant.

De tertiana exquisita.

CAP.

CAPVT. III.

Scholium.

EXQVISITA) *Tertiana intermittens, ex bile putrescente in loco obstructionis fit. Dico in loco obstructionis, quia bilis flaua non obtenuis cum sit, obstruere non potest: omnis enim obstructio ex Galeno fit a tribus causis, ab humore multo, crasso, aut lento. At bilis non potest esse multa, quia per multum Galenus .10. metho. capit. 2. plethoram intelligit, quam bilis sola efficere non potest. Bilis etiã neque crassa est, neq; glutinosa. Fit autem febris ex bile hac ratione, quando ab humore crasso aut lento obstructio est in aliqua vena, bilis adueniens perficit obstructionem, & cum ipsa abunder, putrefit non diffata, & hac ratione generat febrem: Est autem hac intermitens, quia quando incipit putrefieri bilis in loco putredinis, expellitur extra vasa per sentientia membra, vbi putrefit omnino & facit accessionem, qua vt in plurimũ sudore finitur. Dices, nonne bilis vitellina, & porracea, possunt obstruere? Respondeo id concedendo, quia crassa sunt. Neq; cũ Gale. 1. de arte curatiua ad Glau. scribit banc febrem fieri ex concitata bile flaua, per concitatam bilem intelligit turgentem, sed bilem per habitum corporis motam. Signa febrium putrium in genere habes lib. 1. de diff. feb. cap. 7. Signa uero tertiana exquisita, lib. 2. cap. 3. & primo de arte curatiua ad glauconem.* *Bilis flauã non obstruit.*

Obiectio.

Solutio.

Curatur quatuor remediorum generibus. *Si vires constent vsq; ad statum tenuis victu vtere, vt pti sana. Quod si vires laguidiores fuerint, victũ argentes exhibebimus gallina pullã, aut gallinã. Post concoctionẽ crassiori victu vtemur.*

Victus.

vtemur, (cerebellis ſuum pedibus, carne porcelli & alijs) vt probe hominis ſubſtātia, (quæ multum diſputata eſt) reſarciatur. Tum quia hæc alimēta facile corrumpi nō poſſunt, imo qualitatem bilis retundunt. Quod ſi vires ſint languidæ, miſce cum eis quæ obſtructiones aperiunt, malua vtitur etiam Galenus, lactuca, & attriplice, quæ frigida ſunt. Ouis vtemur etiam ante coctionem decoctis cum pauco petroſelino. Ex fructibus pira cocta, cum pauco cinamomo & ſachare optima ſunt: pira enim refrigerant, cinamomum adſtrictionem corrigit, & ſaccarum aperit. Pruna etiam, & ceraſa concedūtur, ex piſcibus ſaxatiles: turdus, iulis, phichis, ſparus. Vinū ante coctionem ob conſuetudinem, aut vt ſit aqua vehiculum concedatur, ac proinde debet eſſe paucum. Poſt coctionē liberalius dandum, quia vrinam & ſudorem mouet.

Secundo apparantibus bilem) *In tertiana hs ſunt affectus calor, putredo, prohibita traſpiratio, obſtructio ab humore craſſo, & fluxio humorū ad obſtructionem: vnde curatio debet incipere, a ſanguinis miſſione. Multi imo omnes affirmant, Galenum in libro artis curatiuæ omiſiſſe ſanguinis miſſionem & incepiſſe a refrigerantibus, propter febrem, quæ magna eſt. Decipiūtur tamen quia ibi etiam conſulit ſanguinis miſſionem, vt qui indicationes intelligit videre poterit. Ibi enim poſt quam ſcripſit: cōtrariorū cōtraria eſſe remedia, quæ quod ſuperat reprimāt, quod autem deeſt ſarciant. Flaua autē bilis humor, omnium quæ in corpore ſunt humorū, calidiſſimus ac ſiccißimus eſt, itaq. examinandus eſt: hac Galenus. Si bilis eſt examinanda qua alia ratione quæſo, niſi in principio ſanguinis miſſione: & poſt coctionem purgatione? dices in hac febre non ſunt vires. Reſpondeo verum eſſe vires defficere ad euacuandum, non autem ad reuellendum. Quod ſi adeo imbecilles ſint, vt ſanguinis miſſionem non ferant multum refrigerantibus vtemur. Quæ acrimoniam bilis temperabunt, & ſic retardabunt eius impetum. Ex Galeno enim*

In tertiana Galenus ſ. ſanguinem mittit.

3. de ſa

3. de san. tu. bilis cum impetu fluēs perficere potest obstru-
ctionem, qua si sensim moueatur, eam exterget.

Secundo apparātibus bilem) Sedata fluxiōe humoris
biliosi ad focum putredinis, qđ ex coctione incipiente de-
prehēdes: quo tēpore iam incipit augmentū. Tunc non ad
praparandam bilem, vt dicit auctor, sed ad curandā ob-
structionē venendum est. Qua curabitur sirupis refrige- Obstructio
rantibus ob febrem, & aperientibus propter obstructionē, curatur.
qualia sunt syrupus endiuiæ, borraginis, acetositatis citri
cum decocto hordei, cichorei, borraginis & endiuiæ. Dices Obiectio.
in augmento non licet sanguinē mittere. Respōdeo bene li Solutio.
cere, quia tunc adhuc est fluxio, neq. nullū diuertimus
naturam.

Tertio euacuātibus bilē) Aperta obstructione si natura Purgatio.
non expurgat bilē, tunc eam purgabimus extra acceßio-
nem tamē, ne impediamus naturā motū, quia ad externa
fit. Cōsiderare autem oportet motū humoris, qui si lateat
quia natura nullam tentauit euacuationem, tunc per
intestina, per quæ solet comuniter natura euacuare bilē
purgabimus. Per deiectionem purgat Galenus abstinet bio
quod deiectione, & per vrinas optime euacuat, obstructio
nes aperit, ventriculiq. os roborat. Per vrinas purgat de
coctum apij. Per sudorem autem balneum dulcis aquæ
quod humectat corpus, & excrementa, per habitum cor-
porū euacuat: refrigerat etiam ex accidenti, euacuatū
calidis excrementis.

Quarto refrigerantibus) Si putredine euacuata intem Refrigera-
peries aliqua calida remaneat in iecore, corrigenda est tio iecoris.
ea ratione, qua docet auctor in fine capitis superioris: om
mitte tamen descriptionem cardiacam ibi descriptam,
quia continet aurum & alia inutilia.

De tertiana notha, seu spuria.

CAPVT IIII.

Tertiana

Descriptio ERTIANA notha, seu spuria, est febris intermittens quę fit ex flaua bile vincente, & pituita pauciore: & hæc dicitur à barbaris maioris famę, quia sæpius accidit: vel à bile flaua dominante, & atra bile pauciori, putridis extra venas & per totum corpus: & hæc dicitur à

Causa. barbaris minoris famæ, quia raro accidit. Externæ causæ sunt omnes, quæ bilem simul, & pituitam gignunt, vt de ipsa agamus, quæ magis accidit Sed vincentibus causis bilem generantibus vide, quæ diximus capite. 2 huius libri, & cap. sequenti de quotidiana, & ex jis comparate cum causas: notæ enim mixtæ sunt, non simplices, vt in

Note. syncera, & exquisita tertiana, aut in quotidiana pura: & ideo incipit accessio cum rigore mitiori, & leuiori, quã in exquisita tertiana: licet sit longior horror, sętiaturq; frigus actura frigidis enim humoribus humor syncerus, & vehemens fieri nequit. Longius etiam principium est accessionis, quemadmodum omnia tempora accessionis & etiam totius morbi: nam excedit duodecim horas, & quanto maior est accessio, tanto magis ex pituita gignitur, & quanto longior accessio, tanto totus morbus longior: aliquando enim incipit tertiana notha initio autumni, & finitur verè: exquisita verò longissima septem circuitibus iudicatur. Sitis in hac est minor, & sudor: quamuis aliquando ægroti sudent copiosè, quòd si frigidus sudor fuerit, maximam indicabit longitudinem. In ventre apparent obstructiones, aliquando in hepate, & aliquando in splene. Quod si in membris duricies aliqua fiat, hydropẽ

Curatio. indicat imminentem. Curatur sex remediorũ generibus. Primo, victu refrigerante, & humectãte magis, quam calefaciente & exiccante, habita ratione multitudinis vtriusque humoris, quæ per signa cognosci potest: ideoq. Gale.

Victus. primo artis curatiuæ ad Glanconẽ optimè misceat parũ piperis cũ cremore hordei non nimis tenui, quia morbus

hic

hic diuturnus eſt, duratq. multos mẽſes, aliquãdo ſexſem-
per tamen nutriendus eſt ęger extra ipſam acceſsionem
vel in declinatione ipſius, niſi a ger fuerit imbecillus, vt
diximus capite præcedenti. Nutriatur ergo iure gallinę
tenerę & c. rnibus arietinis cum hordeo excorticato, &
paucis ciceribus nigris, vel radicę petroſelini Nutriatur *Cibus.*
quoq. carnibus ipſius gallinæ non ſolũ elixæ, ſed etiam aſ
ſatæ, & pullo gallinaceo, coturnice, perdice, & hędo, & fru
ſto aliquo cuniculi. In initio cænę comedat cappares ſine
ſale, & cum ſaccharo, vel ſenationes cũ melle, & aceto,
vel folia raphani, & ſimilia. In fine verò cortices citri ſac-
charo conditos, vel nucleos pini conditos etiam ſaccha-
ro, & ſimilia. Potus ſit aqua cinamomi, vel aqua ceterach, *Potus.*
ſeu ſcolopendrię Græcorum, non officinarũ, quia eſt lin-
gua ceruina, & phillitis Dioſcoridis, quæ aſtringit. Quòd
ſi appetentior vini ſit, debet album parari, vel rubrum *De ſcolopẽ*
tenuis ſubſtantiæ, Somnus in primis tribus tempori- *drio.*
bus acceſsionis magis nocet, quàm in exquiſita tertia-
na. Motus, & exercitatio extra ipſam acceſsionem mo-
derata eſt vtilis, & neceſſaria, ſaltem frictio totius cor
poris.

Secundo tollentibus horrorem, & rigorem, qui ſua *Horroris*
longitudine, & vehementia ſolet ægrum cruciare: vt pã- *& frigoris*
nis lini actu calidis partibus extremis admotis, & parti- *ablatio.*
ei, quæ inter teſtes, & anum interiacet. Oleo ex camo-
milla, vel lilio, vel rutæ bene calido illis partibus ad-
moto mederi poſſumus. Paucum vinum, ſi bibatur, curat *Potus vini ſedat rigorem.*
hunc rigorem cum horrore. & ſi ſit cum infuſione trium
radicum plantaginis erit efficacius remedium. Aliqui in *Hepatis*
hoc genere remediorum laudant tria hepata ranarum *ranarum.*
cum pauco vino. Quæ ſi in initiis trium acceſsionum ſu-
mantur, ſolent curare hos vehementes horrores, & rigo
res.

Tertio, ſecta vena cubiti dextra, ſi fuerint ſigna ſangui- *Sectio ve-*
nis (de quibus cap. 2. huius libri de febre ardẽti diximus) *næ.*
ſangui

Clyſter an te ſectionẽ ſanguinis. ſanguiniſo: copia extrahatur reſpondens plenitudini, nã turæq. ęgri, inanito tamẽ ventriculo, & inteſtinis per hũc

Cena. vel ſimilem clyſterem, ℞ foliorum maluarum, & folio violarum nigrarum. an. m. furfuris & camomillæ an· p. j. ſeminis carthami ʒ ij. fiat decoctum, de quo per colato accipe vncias quindecĩ. in quo diſſolue diacatholiconis vnciam vnam, benedictæ vnciam ſemis olei violarum vncias tres, olei camomillæ vnciam vnam, ſalis ʒ j miſce, & fiat clyſter.

Præparatio humorum. Quarto, apparantibus bilem cum pituita, quamuis habita ratione pituitæ quantitatis, vel qualitatis ſint vel augẽda, vel multis diebus ſumenda calida hac, vel ſimili forma, vt ℞ ſyrupi de bizantijs, & endiuiæ compoſiti. an. ʒ iij· rhodomellis ʒ vj. miſce. Item ℞ aquarũ capilli veneris, cichoreæ, fœniculi, & endiuiæ. an· ʒ vj. miſce, vel earundem rerum libras duas. Hæc ſumantur per ſex dies vel ſi opus fuerit plures his, donec paratus ſit humor: quãnis ob ſui diuerſitatem non vnica, ſed pluribus vacuationibus indigeat, ſemper præcedentibus concoctionibus multis.

Purgatio. Poſſo. Quinto, vacuantibus materiam miſtam ex bile vincẽte, & pituita pauciori, vt ℞ diacatholiconis ʒ vj· diaprunis ſolutiui ʒiij. diapheniconis ʒ ij. rhodomellis ʒ j. decocti

Pilula. onis communis. q ſ. miſce, & fiat potus. Vel ℞ pilularũ aggregatiuarum ʒ j. optimi diagrdij gra. iij cum aqua bugloſſæ fiant pilulæ ſeptem, & aurẽtur. Vel ℞ pilularũ

Alia pilula. de rhabarbaro ℈ij· agarici trochiſcati ℈j· optimi diagridij. gra. iiij. cum aqua borraginis fiãt pilulæ ſeptẽ, & aurentur. Aliqui hac notha tertiana affecti ſolo vomitu fũt

Vomit⁹ ex excitatio. liberati, vt vult Galenus primo de arte curatiua ad Glauconem, qui ſi ſponte ſatis non excitatur, poteſt arte moueri, ſyp· acetoſo ſimp. cum decocto ſeminis raphani, & alijs ſimilibus. Si tamen prior, & vnica euacuatio non

Vomit⁹ ex ſitaxo, ſufficerit, quemadmodũ raro in his nothis tertianis ſuffi cit, iterum corroboratis ventriculo, hepate, & corde, &

referri

refrigeratis per ea, quæ dicemus sexto sequenti genere remediorum, est humor concoquendus syrupis, & medicamentis iam dictis genere quarto præcedenti, vel hoc, aut simili medicamẽto; ℞ quinque radicum diureticarũ, liquiricię an. ℥ j. capilli veneris, cereraç, cichoreæ, endiuiæ, scabiosæ, absinthij, borraginis an. m. j. fiat decoctũ de quo percolato accipe libras tres, saccari libram vnã, syrupi de bizantijs, & endiuiæ compositi an. vncias quatuor, trochiscorum de rhabarbaro vnciam semis, pulueris diarrhodon Abbatis drachmas duas, pulueris cinnamomi drachmam vnam, misce, & fiat syrupus nõ perfecte decoctus. Dosis vnciæ sex quolibet die. Et qualibet hebdomada semel, vel bis fiat vacuatio per has pilulas; ℞ pilularum de rhabarbaro, & aggregatiuarum ana ℥ j fiant pilulæ quindecim & aurentur, si non est pauper. Dosis tres. Si opus fuerit, adde cuilibet earum granum vnum optimi diagridij, vel si non amat pilulas, vel non potest ipsas transglutire; ℞ diacatholiconis vncias duas, diapruinis solutiui vnciam vnam, diaphœnicõnis vnciã semis, agarici trochiscati & cõseruæ borraginis an. ℥ ij rhodomellis, quod sufficit misce, & fiat confectio. Dosis cochlearium vnum cum aqua absinthij, vel bugloſſæ.

Iteranda euacuatio

Praparatio secunda.

Pilula.

Confectio.

Sexto, refrigerantibus iecur & totũ corpus internis, & externis, & aperientibus obstructiones venarum meserai carum. heparis, & lienis si fuerint quæ in hac notha tertia na sæpe reperiuntur, præsertim quando est longa: quãuis obstructio curãda prius sit, quàm vacuãda materia, imo sine eius curatione nunquam curabitur febris: apparente ergo obstructione fiat fotus in ipsa & toto ventre inferiori ex decocto quinq. radicum diureticarum, camomillæ seminis lini, fœnugręci, absinthij, precedẽti fotu hoc, vel irrigatione facta spongia bis in die vacuo ventriculo vngatur venter versus splenem hoc vnguẽto; ℞ olei de cappribus & amigdalarum amararum ana vnciam vnã vtriusque dialthææ, vnguenti Aragon ana vnciam semis ar-

Refrigerãtia & aperientia.

obstructio prius curãda, quàm vacuãda materia.

Vnguẽtũ splenis ad mouendã-

admodũ. moniaci diſſoluti in aceto drachmas tres, ceræ quod ſ. miſce, & fiat vnguentum: adde pulueris trochiſcorum de myrrha drachmam vnam.

Hepati Hepati laborãti obſtructiõe admoueatur hoc, aut ſimile vnguentũ, ℞ olei amygdalarum amararum vnciam vnã, olei nardini vnciam ſemis, trochiſcorũ de rhabarbaro drachmam vnam ſemis, ceræ quod ſufficit miſce, & fiat vnguentum. Et ſi opus fuerit vti non ſolum externis dictis, ſed alijs, & internis ad has obſtructiones neceſſarijs, vide quæ diximus capitibus quadrageſimo ſecũdo & quadrageſimo quinto primi libri. Curatis his obſtructionibus, atque euacuata iam materia refrigeratio, & corroboratio per electuarium diarrhodõ Abbatis facta per aliquot dies erit vtilis, & neceſſaria, ſumptis quolibet drachmis quatuor cum pauco vino albo aqua diluto. Et hepati admoueatur hoc, vel ſimile vnguentum, ℞ vnguenti ſãtalati ℥j ℈. olei nardini ℥ß ℈ pulueris diarrhodonis ℈ j. miſce. Si ventriculus laborauerit aliqua imbecillitate, eí admoueatur hoc aut ſimile vnguentum, ℞ olei de abſinthio ℥j. olei laurini ℥ß ℈. pulueris gariophillorum, cinamomi, & roſatæ nouellæ an. ℥ ℈. ceræ q. ſ. miſce, & fiat vnguentum. Et ſi opus fuerit, vide alia ſcripta cap. 31. de imbecillitate ventriculi libri primi.

Refrigeratio & corroboratio Hepati.

Ventriculo.

De tertiana notha.

CAPVT IIII.

Scholium.

Quæ ſit tertiana notha.

TErtiana notha. *Tertiana notha, aut ſpuria, poteſt fieri à bile vitellina, quæ craſſa eſt, & hæc raro cõtingit: aut à permixtione humorum craſſorũ cum bile. Frequenter autẽ ſolet accidere*

dere ex permixtione pituitæ cum bile. Et ideo ſymptomata habet, non bilis ſincera, ſed confuſa & mixta, vt recte docet auctor.

Primo victu refrigerante. Galenus in lib. 1. de art. cur. in morbis inquit victus, ex morbi longitudine, & virium robore. Virium robur expulſu, cognoſcimus. Morbi vero longitudinem, & brevitatem, ex humoris morbum facientis natura & aliis ſymptomatis. Nam ſi humor ſit pituitoſus: longior erit morbus, quam ſi ſit bilioſus. Tum ſi ſingulis acceſſionibus nulla fiat vacuatio, rigor ſit exiguus, acceſſusq. perduret, ſignum eſt morbum eſſe longum: ſi contra res eueniat breuiorem. Si ergo vires ſunt robuſtæ, & morbus coctu difficilis incæta tonducet. Quia hoc victu nec morbus augebitur, nec vires cōcident, qua ob robur ſufficient, vſque ad morbi coctionem: quem ſincere cum nō impediantur ab alimento. Quod ſi vires ſint languidæ & morbus facilis coctionis, vtendū erit victu craſſiore, quia eſſe alimentum humorem augeat, cum facile coquatur, a viribus robuſtis vincetur. Hos duos modos ſolum adducit Galenus, quia ex his facile eſt tertium inuenire victū, qui in morbo cōmuni, & viribus languidis imperandus eſt. Hic victus tertius mediocris eſſe debet, nec tam tenuis, ac inſtruere humida, nec tam craſſus, vt in his, qui vires habent languidas, cum morbo facili coctu communicatas. Corroborabimus ergo vires, ſed non adeo vt malum augeamus, quod cōmune eſt. Hinc colligemus quo victu ſit vtendum in hac tertiana, quem ex longitudine morbi, & viribus debemus inſtituere. Quod difficile eſt poſſe exacte præſtare, cū ſint contrariæ indicationes, quæ ex morbo, & virtute ſumuntur. Conſulentes enim vni, alteri officimus. Quantum enim inedia morbo eſt vtile, tantum deijcit vires, quas in hoc morbo oportet ſeruare, cum debeant longioris tempore laborare. Victus in morbis. Victus in tertiana.

Secundo tollentibus horrorē, & rigorē. Radicē plātaginis propetate valere contra rigorem, & horrorē, ſentiūt aliqua me dicamēta multis

contra horor̃ errat̃ tur.

multis. Quod ridiculum eſt, magis autem quod ſcribit auctor, de tribus hepatibus ranarum, Quaſi duo, aut quatuor non poſſent prodeſſe, ſi verum eſſet facultate occulta agere, ita vt ex ipſis vtilitas ſequeretur.

Sectio venæ.

Tertio ſecta vena. *In hac febre ſicut in alijs putribus, ſupradictis affectus, ſunt conſiderandi Et cum indicatio a febre non vrgeat ſicut in ſupradicta, proinde Gal nullam mentionem fecit refrigerantium & humectantium ſumendi ergo erit curatio ab obſtructione ſiente, ſiue ab humore qui eius eſt cauſa. Huc reuellemus mittetes ſanguinem (etſi non ſint ſigna ſanguinis) ſi tamen vires conſtent. Dices hac febris non eſt magnus morbus, ergo non licebit in ea ſanguinem mittere, cum ex morbi magnitudine & virium robore, de hoc remedio deliberemus, Reſpondeo, verum eſſe, nos non mittere ſanguinem, propter magnum morbum præſentem; ſed propter alios morbos graues imminentes.*

Obiectio.

Soluto.

Diuretica medicamẽta.

Quarto apparantibus bilem. *Sanguine miſſo diuretica medicamenta propinabimus. Non quod velimus, vrinam ante coctionem mouere, hoc enim non eſt faciẽdum, Sed quia diuretica aperientia ſunt. Et ita propter obſtructiones ea proponimus, dummodo non ſint multum calida & ſicca, ne febrem augeamus. Vtemur ergo ſyrupis his oximelle ſimplici, ſyrupo endiuiæ compoſito, borraginis, fumiterræ & alijs cum aquis quinq. radicũ, cichorei borraginis. Si hac non ſufficiunt potiſſimum hieme & alijs temporibus in quibus humor conſumax eſt, vt poteris,*

Apozemata.

Apozematis: quæ ſunt ſyrupi longi ex ſyrupis, aquis, trochiſcis & alijs compoſiti. Licet etiam vti ſyrupo de abſinthio, aut decocto, non ante ſeptimum diem. Quia ante ſeptimum diem crudi tates multæ ſunt in ventriculo, quæ ab abſinthio impingentur ex. 6 de ſan. tu. At cum poſt ſeptimum diem tenui victus ratione, humores ſint cocti vtiliter tunc abſinthio vtemur, quod roborat interna viſcera & deobſtruit. Coction ẽ humoris inuabimus quietẽ,

Abſinthiũ

quia, n

quia in hac, calor non mouetur ad externa, vt in exercicio. Fomentis etiam externis vngentes iecur, ventriculum & lienem, oleo de absinthio vt calefiat, & roborentur. Balnea ante coctionem inutilia sunt, tum quia in hac febre non est necessaria corporis humectatio; Tum quia augent obstructiones. Tum quia humores crassi a balneo non poterunt euacuari. Post coctionem non adeo audacter eo vtemur ac in tertiana exquisita, propter dictas causas: semel tamen & bis ipsum concedemus vt melius humores coquantur. Clysteribus fortioribus vtz oportet ex cibis melo, ruta & alijs cum agarico, aut diaphœnicone, & hiera. *Balnea.*

Purgatio.

Quinto euacuantibus. Recte purgat auctor. Aduerte tamen, quod si materia impetum fecerit ad vrinæ meatus, tunc vtendum esse diureticis. Vomitus vtilissimus est, hic tamen non est iendus nisi nausea præcedat. Facilius autem est post cibum vomere, quia permiscentur excremēta cum alimentis. *Vomitus.*

De quotidiana.

CAPVT. V.

Diuisio.

QVOTIDIANA febris duplex est, altera intermittens, quę fit à pituita extra venas, & per totum corpus putrida, singulis diebus accidens: altera sine intermissione, quę fit à pituita putrida in venis. Vtriusque febris causæ sunt alimenta pituitosa, vt pisces, herbæ frigidæ, legumina, & otiū. Quotidiana intermittens haud quaquam cum rigore primo statim die inuadit, sed temporis progressu refrigeratio potius, quàm rigor occupat: & quāto pituita est frigidior, tanto maior est refrigeratio. Quare in ea, quæ ex acida, vel vitrea contingit pituita, erit maior, quam in ea, quæ ex dulci generatur. Pulsus, cum primum accessio fit, inordinatus est, & inæqualis, tardus, parvus, *Causa.* *Signa.* *Pulsus.*

nus, ac debilis. Neque in augmento magnitudo veloci-
Calor. tas motus, & frequentia quotidianæ accidunt. Calor illi non tam acris, ac in tertiana, neq. multum, ac crebro ſpirare compellit, ſed anhelitus expirationes humidæ ſu moſæ, & multum vaporoſæ ſunt. Tardè, ac ægrè accè-
Vrinæ. ditur, ac tempus longum conſumit, dum ad ſummum inualeſcendo peruenit. Non ſiſtunt ij. Vrinæ albæ, aquoſæ tenues, vel craſſæ, aut turbulentæ. Nullus ſudor in primis
Spatium. diebus erumpit, neque exacta quies apparet donec ad finem totius morbi deuentum ſit, Spatium acceſſionũ eſt decem, & octo horarũ, & quietis falſæ ſex. Has omnes notas, & plures alias ſcribit Galenus primo de arte curatiua ad Glauconem, & ſecundo de differentijs febrium,
febris quotidianæ ratiſſima apud nos. & ſecundo de criſibus. Sed quia Hiſpani, & qui habitant calidas regiões rariſſimè his febribus exquiſitis laborãt his prætermiſſis ad curationem ipſam accedo.
Curatio, Curatur quinque remediorum generibus. Primo, victu incindente, & extenuante, de quo capitibus, ſeptimo, & octauo, & alijs locis prioris libri dictum eſt, dummodo
Victus. non nutriatur niſi in fine acceſſionis, & extra ipſam, niſi deficerent vires. Victus quoq. nõ ſit tenuis propter morbi longitudinem. Nutriatur ergo iure columbi cum cice-
Cibus. ribus, & radice petroſelini, vel iure gallinę cum eadem radice, & folijs raphani, vel perdice, vel turture & ſimilibus cum pipere, cinnamomo, croco, & alijs aromatis.
Potus, Potus ſit aqua cinnamomi, vel radicis petroſelini
Frigoris correctio, Secundo, corrigentibus rigorem, vel potius frigus oleis calidis ſpinæ toti admotis, vt rutæ, lauri, de lilio, de caſtoreo, & extremis apponantur panni bene calidi. Drachma vna theriacæ magnæ, vel mithridati, vel rubeæ trochiſcatæ cum pauco vino, decoctionis rutæ, ſaluiæ & abrotani eſt optimum remedium, in hoc præcipuè poſt 14. diem, & parum purgato corpore.
Concoctio, Tertio, concoquentibus pituitam medicamentis dictis

primo

primo cap & alijs de morbis pituitosis prioris lib. per 8. vel 10 dies.

Quarto, vacuantibus pituitam exhibitis tempore falsæ quietis: de quibus dictum est cap. 1. & alijs prioris libri. Aliquando est vtilis vomitus in hac febre, præcipuè si natura indicauerit, quem decocto seminis raphani, & anethi cum oxymelle simp poterimus prouocare. *Purgatio*

Quinto corroborantibus ventriculum, & hepar: vt electuario rosatæ nouellæ, aromatico rosato Gabrielis, theriaca magna, mithridato, conserua acori, isticados. Dosis horum est drachma vna vsq. ad drachmas duas cum vnciis duabus, vel tribus aquæ, vel decocti fæniculi, anisi, petroselini, mellisæ, & similium. *Vomitorium Corroborato.*

De quotidiana.

CAPVT V.

Scholium.

QVOTIDIANA febris duplex est. *Quotidiana febris a pituita putrescente ortum habet. Cuius signa lege apud Gal. lib. 2. de diff. feb. cap. 4. In hac febre (putrida cum sit) affectus superius cap. 1. explicatos, considerare oportet, vt recte curetur. Debemus enim incipere a causa obstructiua, quæ est humoris fluxio. An autem eam debeamus sanguinis missione auferre, nec ne, distinctione est opus. Si enim succi crudi in hac febre abundant, multi sint & paucus sanguis cum ipsis permixtus, tunc non licet sanguinem mittere, quia non constant vires. Quod si sanguis plurimus sit, & humores crudi plurimum non excedat, sanguinem mittemus: quia est robur virium. Sanguine misso, cum obstructio fiat ab humore crasso & glutinoso, inscitudinibus, & virtutem mouentibus (q̃ vim habet apetendi) vtendum erit, in primis diebus (vt ait Gal. 3. ar. cu. ad glau.) aut* *Quotidiana.* *Signa.* *Curatio.* *An in quotidiana sit sanguis mittendus.* *Curatio ob structionem*

Interpretatio loci Galeni.

aut ſi vertit Leonicen⁹ poſt primos dies Acachia, Menaſ & alij primam lectionem ſequuntur. Nos ſecundā. Quāuis enim vtraq. lectio tolleranda poſſit, ſecundam tamē elegimus, quia melius eſt primis diebus vti inedia, ſic enim coquuntur humores in ventriculo contenti, & hac ratione poſt primos dies melius attenuabuntur. Extenuātia, quibus vtendum eſt, ſunt oxymel. ſyrupus de ſtechade, rhodomel, melicratum, cum decocto fenuculi, cichorei & ſimilium.

Ventriculi ratio habenda.

Circa ſtatum opus eſt ventriculi (vbi pituita generatur) rationem habere, ita vt in ipſo recte humores coquantur.

Quies.

Quietem ergo imperabimus, & externus vngemus ventriculum corroborātibus, oleo irino, maſtichino, de abſinthio, nardino, & ſimilibus; quæ calore ventriculi augent & ipſum cōſtringunt.

Vnctio.

Quod poſt coctionem facienda eſt: ſicut & vomitus poſt coctionem mouendus, decoquendus ſemen radicula, & oxymel permiſcentes. Poſt humoris coctionē, eum purgabimus, diaphœnicone, hiera & aliis. Victum ex cap. ſuperiori inſtitues. Aduerte tamen in hac febre non eſſe multum calidis medicamentis vtendum quia ex. 4. de ſan. tu. in his qui cruditatibus laborant eas ad venas deducunt maiores.

De quartana.

CAPVT. VI.

Diuiſio.

QVARTANA duplex eſt, quedā cōtinua, quæ fit ex atra bile putreſcēte in venis: altera intermittens, quæ fit ex atrabile extra venas & per totum corpus putreſcente. Et hæc duplex eſt, vncia intermittens quartana, cuius acceſsio accidit quarto quoque die vel duplex, cuius duo circuitus fiūt in quinq. diebus. Acceſsio primi reſpōdet quarti diei acceſsiōi, & ſecūdi acceſsio quīti diei acceſsioni, tertius verò eſt dies quietis tantū. Cuius cauſę ſunt alimēta melācholica, vt ſalſa omnia, carnes hircinę, bubulæ,

Cauſa.

bubulæ, leporinæ, ceruinæ, coclea, legumina, animi & corporis labores immodici, & aliarum rebrium longitudo, præcipuè si fuerint sine ordine, & autumno. Hæc se *Notha.* bris non statim, & primo die cum rigore vehementi, inuadit sed talis est, qualis ijs, qui frigescunt gelu vehemẽti progrediente & adaucta febre vna cũ rigore augetur, inualescitque quotidie vsque ad totius morbi augmentũ. Sensus rigoris non est pungentis, & stimulantis cutem, sicut in exquisita tertiana: sed inducentis algorẽ vehemẽtem, & tanquam ossa frangentis. De differentia rigoris, tertianæ, & quartanæ vide Galenum 2 de differentijs febrium. cap. 5. & 2 de crisibus capite tertio. Et si vis scire, an frigidi humores rigorem efficere valeant, vide cõmentarium doctissimi Valleriolæ capite quinto libri de symptomatum causis. Pulsus in ea sunt satis tardi, ac in principio accessionum rari, & duri in augmento, & vigore fiunt veloces & frequentes: quamuis si conferatur cum pulsibus febrium bilioſarum, & sanguinearum, sint tardiores, & rariores: in hac enim paulatim humor veluti lapis, aut testa, aut os succenditur, & semel incensus diu cõseruatur. Quare longiores sunt accessiones, & morbus longissimus est, fere semper durat vnum annum, aliquãdo duos, & quandoque duodecim annos scimus durauisse: atra enim bilis vehementer resistit, & tarde mouetur ægri cutis dura est, & densa, & tẽpus, in quo sit, frequẽtius est inequale, autumnus videlicet. Vrinæ ægrotãtium sunt tenues, albæ, & aquosæ.

Curatio. Curatur sex remediorum generibus. Primo, victu humido, & parum calfaciẽte, vt iure arietis & gallinæ cum bugloſſa, & borragine, & alijs omnibus dictis capite nono prioris libri dummodo æger sumat alimentum extra accessionem, nisi vires deficerent. Cauẽdum est, ne sint ali- *Victus.* menta flatuosa, & melancholica, vt legumina salsa, & *Quæ vbi vitanda.* alia similia his. Potus sit vinum rubrum mediocris substãtiæ, & ætatis mediæ, dilutum aqua decoctionis radicis bu- *Potus.*

glossæ

gloſſæ. Vtatur quiete corporis,& animi.& ſomno. Bis ſal tem in hebdomada venter hoc,aut ſimili clyſtere leniatur,& lubricetur.℞.foliorum maluarum,mercurialis,bor raginis,& bugloſſæ.an.m j.epythimi.ʒ.ſ.furfuris.p.i.pru norum damaſcenorum paria ſex,fiat decoctũ,de quo per colato accipe libram vnam ſemis.cui adde diacatholico nis,ʒ.i.confectionis medicaminis Hamec,ʒ ſ.oleorum ſeſamini,& camomillæ.an.ʒ.ij.butyri recentis.ʒ.i. miſce,& fiat clyſter.

Clyſter.

Sectio Venæ.

Secundo, ſi omnia ferme ſanguinis ſigna adſint ſecta vena interna cubiti dextri,& miſſo ſanguine,qui plenitudini,& viribus reſpondeat autore Galeno,primo de arte curatiua ad Glauconem:quamuis in hac longiſſima febre ſanguis parcè eſt mittendus. Aliqui lienis venam ſecant in hac febre, Sauanarola vir doctiſsimus in ipſa coniunctione ſecat iecorariam ſiniſtram,& ſe multos laborantes quartana priſtinæ ſaluti reſtituiſſe dicit.

An ſecunda ſit Vena iecoraria ſiniſtra.

Tertio,poſt tres menſes ab initio febris concoquenti bus,& apparantibus atram bilem,de quibus cap.1.&.9.pri oris libri dictum eſt.Sed propter tyrones;℞. ſyrupi boraginis,& bugloſſæ.an.ʒ.viij.ſyrupi de fumo terræ ſimp. & de epithymo.an.ʒ.iiij ſyrupi de ſcolopẽdria ʒ iij.mi ce,& ℞.aquarum bugloſſæ,borraginis,ſcolopẽdriç,& capilli veneris,ana,vncias decem,vel decocti horum libras tres ſemicem.

Concoctio Syrupi.

Aqua vel decoctum.

Purgatio.

Quarto materia aliquo modo apparata vacuanda eſt hoc,vel ſimili medicamento,℞.diaſenæ,& medullæ caſſiæ fiſtularis recens extractæ.an.ʒ.ſ. pulueris epythimi, ʒ ij.ſ.decocti florum cordialium quod,ſ.miſce,& fiat potus,quem in ſecundo die quietis accipiat,ſi vnica ſit quartana:ſi duplex,in die quietis;ſi verò continua,in die minoris laboris. Qui non poſſunt purgãs liquidũ bibere,vel ſtatim ipſum euomunt,has,aut ſimiles pilulas hora conſueta ſumant,℞.pilularum Indarum,& de fumo terræ,ʒ,ſ.o ythimi,diagridij grana quinq;.cum aqua bugloſſæ fiãt pi-

Potio.

Pilulæ.

læ ſeptem,& aurentur. Poſt debitam vacuationem propter ſiccitatem à pilulis relictam loco iuris ſine ſale,bibat vncias ſex decocti fructuum & florum cordialium vncijs duabus ſacchari.

Sed quia hęc materia eſt eterogenea. & terreſtris,non ſatis eſt vna præparatio, & purgatio, ſed plumbus eget, dummodo inter eas corpus, & partes corroborentur medicamentis, quę dicemus in quinto remediorum genere: hic tamen ſyrupus eſt optimus, & probatus in huius materiæ præparatione,ℨ. pinpinellæ,bugloſſæ,borraginis, lupulorum, an m.ij. capilli veneris,ſcolopendriæ,abſinthij,an m.j. fiat decoctum: de quo percolato accipe lib. ij.cui adde ſuccorum ſine reſidentia borraginis,endiuię, & fœniculi an lib.j.ſucci pomorum redolentium lib.iiij. ſacchari,quòd ſ.miſce,& fiat ſyrupus. Doſis vncię tres cum aqua,vel decocto ſcolopendrię,& borraginis. Poſt cuius vſum fiat vacuatio hoc, aut ſimili medicamento; ℨ. caſsię fiſtularis recens extractę,ʒ.vj. diaſenę,& confectionis medicaminis Hamec,an.ʒ iij.decocti florum cordialiũ facti in ſero caprino addẽdo parũ epithymi quòd ſ.miſce,& fiat potus. In hebdomada ſemel fiat vacuatio per hanc mixturam;ℨ. diacatholiconis,diaſenę,an.ℨ j.ℰ confectionis medicaminis Hamec.ℨ.j. pulueris epithimi ʒ iij.conſeruę bugloſſę, ʒ vj. ſyrupi borraginis.quòd.ſ. miſce,& fiat confectio.Doſis cochlearia duo: aliquando tamen initiis acceſsionum eſt conueniens vomitus ab arte factus,& à natura: quàmuis hęc materia ſuo põdere aptius per inferiora expellatur, vt autor eſt Hippocrates, quarto aphoriſm propter cauſas nobis occultas grauè aſcendit,& leuè deſcẽdit.Prius natura tentante hibgrin in initio acceſsionis ,vncias quatuor decocti ſeminis raphani & anethi cum vncia vna oxymellis, vel infuſionem vel decoctum, raphani cum virtute hellebori in oxymelle ſimpl. factum.

Admonitio.

Syrupus præparãs materiã ſecundo loco.

Confectio.

Vomitus laut.

Quinto corroborantibus ventriculũ, hepar, ſplenem, & totũ

Corroboratio.

& totum corpus, vt conserua bugloſſæ, borraginis, cortice citri condito, electuario roſatæ nouellæ, electuario diamargaritonis frigido. Doſis drachmæ duæ cum aqua aut decocto, vel ſyrupo abſinthij, vel de ſcolopendria. Hęc confectio eſt in hoc genere optima; ℞ confectionis Gentilis contra melancholiam, & cõſeruæ bugloſſæ an. ℥ j. conſeruæ borraginis & corticis citri cũ ſaccharo conditæ ana ℥ ß. pulueris lętitiæ Galeni & lętificantis Rhaſis & roſatæ nouellæ an. ʒ. ij ſyrupi de pomis q. ſ. miſce, & fiat confectio. Doſis eſt omni hora cochlearium vnum cũ aquis melliſſæ, & bugloſſæ. Si ſplẽ laborat obſtructione, vel menſes, vel hęmorrhoides ſuppreſſæ ſint, conſidera, quæ diximus capite 45. 52. & 56.

Confectio corroborãs.

Curatio horroris.

Sexto, rigorem & frigus curantibus; quamuis hoc ſympthoma ob ſui vehementiam aliquando poſt ſecundum genus auxiliorum ſit admouendum præcipuè mitioribus remedijs, vt pannis bene calidis in intijs acceſſionũ partibus extremis ſæpe admotis, & ſpinæ ſimiliter, madefactis oleis de lilio. de ruta, laurino, & de caſtoreo. Drachma vna theriacæ magnæ, vel mithridati cũ pauco vino optimo curat rigorem & frigus, & quandoque ipſa quartanam, maxime poſt debitam purgationem. Curat ſimiliter hoc ſympthoma, & ipſam quartanam drachma vna pulueris ſeminis hypericonis, vel pulueris millefolij cũ pauco vino optimo. Eandem vim habet drachma vnaaſſæ fœtidæ. Hæc mixtura eſt optima in hoc ℞ pulueris aſſæ fœtidæ, piperis longi, rutæ ſiccæ, an ℥ ij mellis quod ſ. miſce & fiat, confectio. Doſis drachmæ duæ cũ vino optimo, vel aqua roris marini, vel ſaluiæ. Hic puluis eſt in hoc genere optimus; ℞ baccarum lauri ℥ j. Zinziberis & radicis gẽtianę an ℈ ij miſce & fiat puluis. Doſis ſeru pulus vnus cum vino albo optimo. Rigor, frigus, & ali, quando quartana curantur, præſertim ſi extrema pannis tegulis, & lateribus ignitis calefiant, & dorſum hoc vnguento bene calido vngatur; ℞ theriacæ magnæ

Confortio

Puluis.

Vnguentũ

℥ ij.

ʒ.ij garyophyllorum, ſpicæ nardi an. ʒ.j℈ olei antiqui, & optimi vini an. ʒ.ij. Omnia primis impoſita vaſe aliquo ferueant. Vnguentum Aragon in hoc genere laudatur. Quidam in hoc genere laudant drachmam vnã pulueris cranei humani cum vino optimo. Alij experientia longa curabant ſimul rigores, & quartanas ſucco plantaginis, & aqua mellis. Multi liberati ſunt à rigore, frigore & quartana hoc medicamento; ℞ mithridati ℈.iiij ſucci plantaginis ʒ.ij miſce. Hoc auxilium ter in principijs acceſſionis exhibitum curat rigorem, frigus, & quartanam. ℞. ſucci radicis thapſi barbati & vini albi odoriferi an. ʒ.ij. miſce. Experti medicamenti in hoc genere eſt vnum os de corde cerui redactum in puluerem cum pauco decocto dictami, ſaluiæ camedreos, & camepireos. Pulvis oſsis leonis curat rigorem, & frigus quartanæ, vt quibuſdam placet. Granum vnum muſci cum vino eſt in hoc genere optimum, præſertim ſi naribus & ori admoueatur oleum rutæ. Hoc vnguentum eſt valentiſſimum in hoc genere; ℞ pulueris caſtorei, theriacæ magnæ an. ℈.v. myrrhæ, olei laurini an. ℈.iiij. mellis de ſpumati lib. ℈. miſce, & fiat admodum vnguenti, quo initio acceſsionis vngantur plantæ pedum, volæ manuum, tempora, frons, & pulſus, & pares: ſit bene calidum, & bibat dracmam vnam rubeæ tinctorũ cum vino optimo. Succus calamenti, ſi bibatur ante acceſsionem, curat quartanam: animaduerte tamen, ne hæc nimis calida ante euacuationem exhibeantur, ne ex vna fiat duplex, vel ex intermittente continua. Timor magnus ab inimicis incuſſus curauit quartanam vnius anni. Quidam initio acceſsionis in flumen deiectus curatus fuit quidam etiam ſubito, & præter ſpem audiens tonitru artificiale à quartana liberatus eſt, hoc tamen prudenter fieri debet: nam etiam ſi gaudium magis poſsit interficere, quàm timor, tamen ipſe timor magis, quàm ira, quæ nullo modo poteſt occidere hominem, autore Galeno.

Curationes varię.

Vnguentũ

Admonitio.

Vtilis mo-

DE

De quartana.

CAPVT. VI.

Scholium.

Focus in quartana

QVARTANA duplex est. *Cum liẽ humore melãcholico nutriatur, ipsũ ex secore attrahens, nõ est mirum si quartana (quæ ex humore melancholico generatur) in venis lienis habeat focũ, & principiũ. Signa quartanæ intermittentis, de qua hic agimus, pete ex lib. 2. de diffe. feb. cap. 5.*

Interpretatur locũ Galeni.

Secundo si omnia ferme sanguinis. *Ex Galenº lib. 1. de arte curatiua ad glau. quartanas ait per initia esse blande tractandas. Nullũ enim medicamentũ vehemens exhibendum est, quia hoc tenue humoris rapit, & reliquũ incrassat. Neq. vacuandum est nisi sanguis, admodũ exuperet. Vbi per exuperantiam sanguinis non est quod intelligamus plethoram, quæ in his qui quartana laborant non reperitur. sed in hominibus carnosis & multo optimo sanguine abundãtibus: intelligimus ergo per abundantiã sanguinis multũ sanguinẽ melancholicũ in venis contentum. Quãdo enim talis extat sanguinẽ mittimus in principio: propter causam sæpius dictã, quæ est fluxio humorũ ad focũ putredinis. Quod si sanguis secta vena egrediẽs flauus sit, tunc non est mittendus sanguis, imo sistendus: quia cũ is qui in venis continetur, non sit melancholicus, signum est ipsum non augere obstructionẽ, neq. eius fuisse causam. Imo ipsum oportet seruare, vt iuuet humoris frigidi, & crassi concoctionem. Sanguinis missio exercenda est ex brachio sinistro semper, & ex basilica si apparet propter rectitudinem venarũ & naturæ.*

Sanguinis missio.

Sanguinis missio ex qua vena

Medicamẽta quibus Gale.

Tertio post tres menses. *Galenus in quartana vtitur medicamẽto, quod diatrion pipereon appellãt, & asaspolitico appellato.*

appellato. Hac ad extenuandos craſſos humores exhibentur, cõpoſitiones eorũ 4. de ſanitu. ſcribit. Vbi de aſpoſitis medicamentis duas tradit compoſitiones. Vnam quam magis monet alaum, in qua par eſt portio nitri & aliorum ſuccamensorum. Alteram uero ad magis attenuandũ, quæ minorem habet nitri portionem. Nos non ſolemus hu me dicamentis attenuare melancholicum ſuccũ, ſeu ſyrupis de fumo terræ, borraginis, endiuiæ compoſitis, debitis auctis & aliis. Cum decocto fumiterræ, radicis capparis, borraginis, thamariſci & ſimilibus. attenuat melãcholiam. Præparatio melancholis.

Quarto materia. Cocliõne abſoluta quandoquidem non eſt obſtructio purgandũ eſt ea ratione qua docet auctor. Vomitu poſſumus etiã purgare poſt cibum, & ſic ſi nil obſtat vti poſſumus elleboro albo cum galeno, decoquẽtes ipſum cum raphano, & præbere raphanum hac enim ratione ipſum ſ pinabant antiqui, facta prius totius corporis præparatione, humectantes ipſum cibo potu quiete & balneo. Nam qui ipſum aliter propinant, ex inſtituto interficiunt. Iam ſi cõmotionibus non ſit aſſuetus æger, potius oportebit per ſuperna purgare, quam elleboro. Andromachi theriaca recte purgat hunc humorem. Vtitur etiã Galenus medicamento ex ſucco cyrenaico. Cuius compoſitionem tradit ſubrode rigore, fit enim ex ſucco cyrenaico & caſtorea. Quo medicamento vtemur perfecta coctione & facta purgatione, quãdo aliquid humoris remanet, repetuntq. paroxyſmi, neq. liberatus eſt homo a febre. Ab hoc enim medicamẽto q relinquitur humoris attenuatur & expurgatur. Purgatio. Vomitus cum electo re. Theorica Andromachi. Medimentũ ex ſucco cyrenaico.

Quinto corroboratibus. Ante coctionẽ, frictionẽ, exercitationib⁹, & balneis vtitur Gal. Frictiones nõ debẽt eſſe fortes: ſed pingues. Exercitationes non vehemẽtes. balnea parca, aut quod melius erit nulla. Salſamentis etiã vtitur: quæ ſunt res ſale condita. multa enim ſale condiebant veteres, vt ſparragos & alia arborum germina. His ergo vtendũ ob tenuandũ ſim quam habeant, nam aliter ſal craſſare eſt partiũ, q̃deo ꝓbatur in q̃ranũ aũ alimentum Quibus & vtitur gal. ante coctionem.

dimentum eſt. In morbi vigore, quies imperanda, & vi-
cera fouenda, ungentes lienem oleo de abſinthio de cappe-
ribus, radicum tamariſci & ſimilibus, unguẽto etiã mar-
ciaton, & de agrippa vel decocto radicis bryoniæ, quæ ma-
xime attenuat, vel oleo in quo radices capparis, aut tha-
mariſci ſint decoctæ, Hũ humor melancholicus, maxime
attenuabitur.

Sexto rigorem. *Hæc ſymptomata, ſi fiunt refrigerato*
corpore ab humore, & a retractione ſanguinis & ſpiritus
ad interna, quid faciet cranium humanum, ſuccus plãta-
ginis, os de corde cerui, aut oſſa leonis?

Medica-
mẽta quæ-
dam dam-
nantur.

De febribus compoſitis.

CAPVT. VII.

DIFFICILIS eſt deſcriptio febriũ compoſitarum, difficilior earum tantùm cognitio, quod docet Galenus. 1. de arte curatiua ad Glauconem, dicens: Paucæ febres ſunt, quæ ad ſui dignationẽ exquiſitã die quarta indigeant, difficillima curatio: ſua enim cõtraria natura & longitudine hydropem, vel hecticam efficere ſolẽt. Sed antequam de ijs verba faciam, prius oportet ſcire tertianam nothã non eſſe adnumerandam inter has cõpoſitas febres, quamuis ex bile, & pituita cõſtet: quia ſeruat motum bilis vincentis, ſiue ſit vnica forma ſimplex actu, & potentia duæ, ſiue non. In alijs autem compoſitis, vt in hæmitritæo ſunt duæ, vel plures formæ humorũ actu, vel ſaltem hę non ſeruant motum vnius humoris proprium. Harum compoſitarũ febrium infinitæ fermè ſunt ſpecies, quàm in primis omnia earum genera poſſint cõponi, & omnes etiam ex humoribus genitæ cum aliis, vt hectica cum putrida & bilioſa cum pituitoſa, & melãcholica: ſed quia omnium complicatio, confuſio, & compoſi-

tio in

tio, in præsentia non est tradenda, ne noster sermo prolixior fiat, tantum agam de febris tertianæ, & quotidianæ compositione, cuius quatuor sunt complicatiões autore Galeno ca. 7. lib. 2. de differentijs febrium, & cap. 9. lib. 2. de crisibus. Vna quum tertiana, & quotidiana cõmiscentur, altera quando tertiana intermittens quotidianæ continuæ coniungitur, & hæc propriè semitertiana dicitur, & hæmitritæus: tertia quando quotidiana intermittẽs tertianę continuæ miscetur: quarta, vbi quotidiana continua tertianę continuę coniungitur: semitertiana (autore Galeno commẽtario de typis) alia est exigua, alia media, alia magna: prima spatio 24 horarum vertitur, secunda 36 magna verò 48 quę & continuę febri propinqua est. Quidam volunt tres esse differentias, seu species hæmitritæi, maiorem scilicet minorem, & medium ponentes, apud quos maior est, quum continua bilioſa intermittenti melancholicæ coniungitur, minor, quando bilioſa continua quotidianæ intermittenti: medius, quando bilioſa intermittẽs quotidianæ continuæ. Harum febrium causæ, & signa ex notitia simplicium febriũ cognoscuntur, similter & curatio. Cõsidera itaq. dicta capite de tertiana notha: nam eo ordine & ratione, qua cognoscitur & curatur illa, cognoscetur, & curabitur quæcunque alia febris composita: semper tamen formidandus est exitus harum febrium tanquam suspectus & maximè periculosus, præcipue quãdo febris melancholica alijs cõiungitur. Multos tamen laborantes hęmitritęo siue semitertiana sanaui post vacuationes factas pilulis de rhabarbaro, pilulis aggregatiuis, vel confectione diaphœnicon, præcedenti longa concoctione, & post auxilia interna & externa obstructionibus hepatis & splenis vtilibus remedijs, nimirum confectione ex testudine & syrupo, quorum hę sunt descriptiones; & carnem vnius testudinis benè coctam cum aqua hordei pulueris electuarij resumptiui ℥ ß. cinnamomi electi ʒ. j. medullæ passularum, granorum pini,

Diuisio.

Causa, signa, & curatio vnde petẽda.

Quibus remedijs curauerit author febres.

in aqua roſarum calida prius infuſorum, & amygdalarū dulciū ſine cortice an. ℥ß. ℔. ſacchari diſſoluti in aqua bugloſſæ. q. ſ. miſce, & fiat electuarium ad formam manus Chriſti. Doſis quolibet die ſummo mane vncia ſemis cū vncijs quinque huius ſyrup. ℞ melliſſæ, borraginis, cichoreæ, abſinthij, ceterach, capilli veneris roſtri porcini, ſcariolæ an. m. j. quinque radicum diureticarum radicis buglo ſſæ, liquiritiæ, an. ℥. j. fiat decoctum, de quo percolato accipe libras octo ſaccari libras quatuor, trochiſcorum de rhabarbaro vnciam ſemis, diarrhodon Abbatis drachmas duas, miſce, & fiat ſyrupus non perfectè decoctus.

Syrupus.

De febribus compoſitis.

CAPVT VII.

Scholium.

DIFFICILIS deſcriptio. *Qui recte cognoſcit febres ſimplices, & methodum eas curandi, nō ignorat, neque ignorabit compoſitarum febrium curationem.*

De Hectica.

CAPVT VIII.

deſcriptio

HECTICA febris eſt, quando calor præter naturam non ſolum in ſpiritibus & humoribus, ſed in partibus etiam ſolidis conſiſtit, neq; pendet ab humorum putredine, neq; à calore ſpirituum, eſtque fixus ac cōfirmatus difficulterq. ſolvitur, quēadmodū habitus. Fit ferme ſem

per

per ſenſim & longo tempore, ideoq; non ſentitur, vt inæ
qualis intemperies: rarò tamen ob patientis affectionem
& agentis vehementiam fit ſubito, & rarius non præcedē
tibus diaria & humoris febri, vt cotingit in fulminæ cō
ſumēte ferrum intacto corio, & lana. Mæror ergo, ira, laſ
ſitudo, ieiunia, febres ardentes, & omnes diuturnæ febres *Signa.*
hecticam generant. Initio difficulter cognoſcitur, quæ in
marasmum incidit, cognitu facillima eſt. Quare hectica
quum cognoſcitur, curari non poteſt. Quando verò eſt ſa
nabilis eſt incognita, ideoq; non eſſe tres hecticæ ſpecies
affirmo, vt Arabes, & alij non pauci voluerunt: neq; etiam
quatuor humiditates cum Auicēna pono nēpe nomen nō
habentē, rorem, cumbiū, & gluten, ob quarum conſump
tionem tres ſpecies cōſtituuntur. Galenus tamē 7. Metho
di curationis ſiccitatis differētias recenſet, à quibus forſan *Error ara*
Arabes & alij multi iuniores occaſionem arripuerunt di *bum.*
uidendi hecticam in tres ſpecies: nos tamen cum Galeno
duplicem eſſe tantum credimus, primam ſiccam inhæren
tem partibus ſolidis, quæ omnes corporis humores calfa
cit, alteram, quæ hectica marasmodes aut ſimpliciter ma
rasmus nominatur. Hæc oēs corporis partes colliquat, &
conſumit; omnemq; curationem reſpuit, vt diximus, cuius
ſigna notiſſima ſunt: alterius verò notæ deprehenduntur
ex calore tantū percepto à cibo, & potu per duas horas,
nam quemadmodum aqua calci infuſa calorem excitat,
ita cibi & potus humiditas à partibus ſolidis calorem o-
cultū mouet, & elicit. Totius corporis ſiccitas, & ariditas
& ſordes in ipſis aridæ apparent, pinguedo in excremen-
tis quoq; videtur, & totius corporis extenuatio: non illa
maxima, quę in marasmo ſpectatur. Pulſus tenuis, durus,
debilis, & frequens & velocior eſt, qui augetur adnibito ci
bo, calorq;, vt diximus, incenditur. Caliditas cum primū
manus admouetur, debilis eſt, paulò poſt acris, & rodens
erumpit: acriorq; ſentitur, quum diutius arteriam tetige-
ris. Si verò his præſentibus netis ventris profluuiū ſuper-

ueniat, & pili defluant, mors propinqua eſt.

Curatio. Hectica febris, priuſquam ad tabem deueniat, omni co
Victus. natu curatur refrigerantibus, & humectãtibus. Primo ac
Aer. re arte parato (ſi naturalis reperiri non poſſit) violis, ne
nuphare, roſis, aqua roſata, ſolijs ſalicis, lactuca & ſimi-
libus. Cibis boni ſucci & facilibus concoctu, & paucis,
Cibus. præcipuè glutinantibus, qui ſubſtantiam difficilem diſſo
lui generant: quales ſunt pedes animantium, præcipuè
ſuilli vnius anni, & ranæ teſtudines, cancri fluuiatiles, &
limaces: hi tamen egent præparatione: quãuis limaces
inter alimenta, quæ atram bilem generant à Galeno
numerantur, ideoque à multis eorum aqua, & ius magis
laudatur. Modus præparandi tradetur. Nutriatur ergo
iure gallinæ & cremore hordei, & iure arietis. Nutria-
tur etiam pullo gallinaceo, gallina tenera, perdice, ata
gine, coturnice, turture, cuniculo paruo, vitulo, aſſatis
& elixis: ouis recentibus ſorbilibus, piſcibus paruis & ſa
xatilibus & anguilla, quæ in ſalubri aqua vixerit, ſi benè
coquatur: eius tamen aqua eſt turior. Lac laudatiſſimum
& optimum alimentum eſt, niſi adſint, quæ eius vſum im
pediant, de quibus cap. 29. præcedentis libri de tabe: &
hoc etiam cap. de his copioſius agetur. Et quia ob mor-
bi longitudinem omnes fermè hectici carent appetitu ci
bi, oportet aliqua auxilia cap. 34. ſuperioris libri in me
diũ adducere, præſertim quæ huic febri non nocẽt, qua
les ſunt ſuccus malorum granatorum aciduleiũ cum ſac-
charo, & pauco cinnamomo, ſuccus agreſtæ, ſuccus ace
toſæ. Alimentum etiã quod fit ex oriza, pectore gallinæ
Leucophagum. lacte caprino, (dicitur maniar blanco) vtile eſt. Aliquãdo
in ijs, atque aliis grauiſſimis morbis cum Hippocrate li
.2. aphoriſmorum cibi mali præponuntur bonis, & ideo
ſenex Rhaſes 10. ad Almanſorẽ cap. de hectica præbet
infirmis huiuſmodi cibum ex hepatibus animã, ouis cro
co & aceto ſimul frixis: laudat etiam inteſtina quadrupe-
Lucanica dũ plẽa carnibus, quæ lucanicæ dicuntur. à noſtris lõgani

gas. Fructus, qui huic febri conferunt, sunt pruna damascena, vuæ præsertim per aliquot dies suspensæ acida cerasa, quæ dicuntur guindas, mora parum matura, mala punica acidulcia, & melões aliqui molliores, scilicet qui pepones dicuntur, & à barbaris bathecæ, refrigerant, humectant, & prosunt satis, nisi humida cum hectica coniũ gãtur. Herbæ & olera bona sũt, vt lactuca portulaca, cucurbita, borrago, spinachia & similia. Si æger sit multum imbecillus, nutriatur rebus liquidis, vt iure optimo gallinæ & testudinis cum cremore hordei, vel emulsione quatuor seminum frigidorum maiorum, vel succo aceto sæ, vel agrestæ. Succus carniũ refrigeratus aliqua ex rebus supradictis, & mixtus iuri optimus est, & maximè nutrit: aqua tamen carnium est cõcoctu facilior, maximè citissimèq; nutrit: sed eget hæc aqua carnium refrigeratione, facta per ius & alia superius dicta, ne calor febrili augeatur. Fit aqua carnium hac ratiõe; Rz. pectus vni us gallinæ iuuenis & pectus vnius capi, diuide in partes minutas, deinde laua eas aqua rosata & buglossæ, vel malorum cydoneorũ, si sit ventris profluuiũ, & filo suspende omnes has partes in vase vitreo paruo, cuius os benè occludatur massa, post imponatur prædictũ vas vitreũ olæ semiplenæ aqua feruẽti, donec aqua exprimatur à carnibus supradictis. Obseruãdũ tamẽ est, ne carnes admodum siccatæ, (à quibus omnis aqua per resudationem extracta fuit) ad se ipsam trahãt Huius aquæ quinq; vel septem cochlearia præbenda sunt cum iuris pari quantitate, sexta quaq; hora. Aliqui Medici satis eruditi & probati in maxima viriũ resolutione laudant aquam destillatitiam ex sanguine hominis iuuenis, & perfecte sani, dummodo extrahatur, cum primũ fluit à vena secta, & instrumento vitreo, & pauco igne. Quia superiꝰ diximus alimentũ frigidum & humidũ, glutinosum esse vtile, & necessariũ hecticis, vt ex testudinibus, cancris fluuiatilibus, limacibus, & anguillis de his omnibus, & horũ præparatione verba

Si æger sit multũ imbecillus.

Aqua carnium.

Eius præparatio.

genita ex putredine, vel per coniunctionem ſerpētis cū aguilla, eſt peſſima, & ſi ſequēti præparetur forma inuabit multum. Diuiſa ergo anguilla prius ſemota eius pelle, & bene lota aqua roſata ſalita imple eius carne præparata vētrem gallinæ iuuenis, & poſt cū ſufficienti quantitate aquæ, & pauco hordeo excorticato concoquatur aqua, & anguilla, fiat aqua per diſtillationē inſtrumēto vitreo, & igne pauco. Dolis vnciæ duæ cum pauco ſaccaro. Multi medici eruditi ex teſtudinibus limacibus, & ranis parū de coctis cū herbis frigidis & humidis aquā per diſtillationē extractam non minus, quā factam ex āguilla, & anguillā laudant in hac febre. Cācri fluuiatiles ex bona aqua electi vehementi lotione egent cū ſale, furfure, & cineribus: deinde ſi aqua dulci lauētur & ex hordeo excorticato, ſufficientiq; aquæ parte decoquantur perfectè, ſunt optimi alimenti hecticis, & faciles concoctu. Teſtudines nemorales pauca egent præparatione; quamuis earum ius eſt facilius concoctu limaces montani ſūt meliores, & optimè nutriunt, ſi per aliquot dies non paſcātur: poſt tamen ſaccaro, & farina nutriantur duobus tribuſve diebus, dūmodo prius decoquantur aqua & pauco ſale, poſtremo iure optimo gallinæ, vel arietis. Hac ratione præparati refrigerāt, humectant, & bonum ſanguinem generant, nec difficiles ſūt cōcoctu: quamuis aqua ex ipſis ſolis per deſtillationē expreſſa ſit cōcoctu facilior, & eādē facultatē habeat, qua curatus fuit illuſtriſſimus Marchio Zenetanus ab egregio doctore medico Doleſa Valērino. Inter omnia, quæ hanc febrē ſolent & poſſunt perfectius & citius curare eſt lac, quia valēter nutrit, humectat, parū refrigerat, & facillimè cōcoquitur: humanū tamē eſt omnibus perfectius, atque vtilius ob ſimilitudinem, huic bonitate proximum eſt aſininum, deinde verò caprinum, & mox vaccinū à quo butyrum extractum ſit. Eligatur ergo iuuenis perfectè ſana, optima prædicta natura, vel ſanguinea, à partu diſtans per duos, vel tres menſes: ſi tamen abhorret à

Præparatio aquæ ex anguilla.

Ex cācris fluuiatilibus.

Laus aq̄ ex limacibus.

Hiſtoria.

Lac ſi præſtantia.

Lac humanum.

lacte

lacte humano, vel si haberi non possit, eligetur lac asinę nigræ iuuenis â partu distantis per duos, aut tres vel quatuor menses nutritæ hordeo, & herbis frigidis & humidis, aut lactuca, endiuia, cichorea & similibus: antemen lactis vsum aliqua sunt obseruanda prius, ea scilicet quæ ipsum dari prohibent, vt sunt primum catarrhus, & destillatio, & capitis dolor, secũdum febris putrida, tertium quibus hipochondria suspensa murmurant, quartũ ventris profluuium. Quod verò lac quodcunque prædictis morbis maximè aduersetur, docuit Hippo. li. 5. aphorismorum aphorismo. 64. lac inquit dare caput dolentibus malum: malum verò & febricitantibus, & quibus ilia suspensa murmurant, & sticulosis, malũ autẽ & quibus ĩ febribus acutis bilioſę sunt deiectiones, & quibus sãguinis effusio multa accidit. Conuenit autem & tabidis dare, qui nõ valde febricitant, & in febribus lõgis, & paruis, si nullũ ex supradictis signis affuerit, & præter rationẽ absumptis: quod confirmat Gal. varijs lõcis, præsertim cõmentatio huius aphorismi, in quo demõstrat lac ab omnibus causis calidis celerrimè in nidorẽ suliginosum verti: quãuis per se probũ gignat succũ aliquid habẽs flatulentũ: si tamẽ asininum sit lac, nullam habet acrimoniam, quũ omnibus sit humidius Galeno autore lib. 4. de ratiõe victus in morbis acutis aphorismo. 7. ideoq; ventrem solũ magis soluit, etiam si inter purgantia omnia medicamenta mitissimũ trãquillissimũque existat, & omni lacte sit humidius, ac proĩde magis vẽtrẽ subducat, vtidẽ Gal. cẽset apho. 109. eiusdẽ lib. 4. de ratione victus ĩ morbis acutis. A quibus Gal. locis & alijs, supsit Iacobus Siluius ãsã purgãdi affectos vero causo lacte asinę cocto, quod pace tãti viri repugnat Hippocrati, Gal rationi, & experiẽtiæ: quãuis lac sua hũiditate, & facultate mitisia, & acrimõiæ experte minimè febribus ardentibus noceat, quia illius substantia facilimo negotio alteratur & corrumpitur, maximeque his & similib' morbis aduersatur si per os sũitur

Lac asininum.

Quæ probibeant, lac exhiberi.

Iacobi Syluij sententia nõ probatur.

coctum minus: tempore namq; Græcorum ſerum tutius

Felicitas noſtrorum temporũ.

alijs medicamentis acribus,& calidis purgabat: noſtro tamen fæliciſsimo tempore manna, rhabarbarum, caſia ſiſtularis, tamarindi, & myrobalani ſaluberrimè purgant & his, alijſq;, & ſiccis morbis minimè nocent. Quãdo igitur nihil eſt, quod lactis vſum impediat, ſugat æger ipſum ab hubueribus fœminæ nutritiæ rebus frigidis,& humidis, vel ter in die ventriculo vacuo, vel bibat primo lac caprinũ, vel aſininũ ab ʒ ij. vſq; ad ʒ vj dũmodo ne alteretur ab aëre, quia facillimè corrupitur, cui ſemper adde parum ſacchari, ne coaguletur in ventriculo, quod etiam valentius prohibetur à ſale, vel melle ſi æger nõ poſsit ſugere ab huberibus lac, extrahatur in vas actu calidũ. vt cõ ſeruetur naturalis calor. Quod ſi ſumpto lacte ſentiat acidos ructus, vel putredinẽ aliquã, abſtineat ab eius vſu & nutriatur cremore hordei,& iure pulli gallinacei, vel gallinæ,& cõfectione ex teſtudine, de qua ſtatim loquemur. Quamuis capit. 29. de tabe deſcripta ſit à nobis cõfectio ex teſtudine, tamẽ in præſentia maioris doctrinæ gratia, duas proponã canficiendi formas, quarum prima eſt minoris pretii, vt ℞. carnis teſtudinis aquaticæ optimè aquę decoctæ cum hordeo excortica to ʒ ij. medullæ vuarum paſſarũ,& amigdalarũ dulciũ ſine cortice. an. ʒ j granorum pini aqua roſata calida prius infuſorũ ʒ ℈. pulueris electuarii reſumptiui ʒ ℈. ſeminis papaueris & cinnamomi electi an, ʒ j. conſeruę borraginis ʒ iij ſacchari diſſoluti in aqua borraginis q.ſ. miſce, & fiat electuarium ad formam manus Chriſti. Altera confectio eſt maioris pretij ad diuites, ℞. carnis teſtudinis nemoralis decoctæ cũ iure hordei ſine cortice ʒ ij. carnis pectoris gallinæ iuuenis & capi. ana vnciam vnam pulueris electuarij reſumptiui ʒ ℈, pulueris diarrhodõ Abbatis, pulueris diamargaritonis frigidi an. ʒ ij. gummi dragaganti, gummi Arabici, ſeminis papaueris albi, & ſeminis portulacæ, ſeminis lactucæ, quatuor ſeminum frigidorum maiorum

Quæ impediat lactis coagulatio nem.

Prior forma confitendi electuarium ex teſtudine.

Altera forma.

rum mundatorum,seminis bombacis an.ʒ j. amygdalarum dulcium sine cortice,medullæ vuarum passarum an. ʒ j.nucleorum pini in aqua rosarum prius calida infusorum-ʒ ß.interioris cinamomi ʒ j. ß sacchari dissoluti in aqua bugloss æ.q.s.misce,& fiat electuariũ ad formã manus Christi deauratũ.Dosis huius cõfectionis vncia semis cum vncijs sex cremoris hordei,& iure gallinæ,vel galli nacei cum testudine,& ranis. Solum electuarium resumptiuum recens est satis vtile hecticis Dosis vncia semis cũ iure prædicto,vel aliqua aqua ex superius dictis.Inter prãdium, & cœnam, vel quacunque hora ventriculo vacuo bibat aquam hordeaceam,qua semper in potu vtatur,ni si ventriculus admodum sit imbecillus, quia tunc vinum bene aqua dilutum, vel aqua cinamomi esset potus cõuenientior.Extra igitur mensam bibat aquam hordei cum hac mixtura,℞.conseruæ violarum,rosarum,nenupharis & borraginis. an. ʒ ij. corticis citri saccharo conditi.ʒ. ß.quatuor seminum frigidorum maiorum mundatorum, seminis papaueris.an.ℨ.j. pulueris electuarij resumptiui. ʒ ß. sacchari. q.s. misce, & fiat conditum auro coopertum.Dosis cochlearia duo,vel tria.Iulep violarum,vel rosarum,syrupus de nenuphare,& de cucurbita extinguit sitim& totũ corpus humectat,& exiccat.Refrigerãt,& humectãt hepar, & totum corpus clysteres ex solo lacte caprino,vel ouino:aut ex oleis,violaceo,nenupharis,& papaueris,aut ex hordei cremore,& si opus fuerit adde casiam fistularẽ,vel butyrum recens.Hic clyster,vel simili est optimus,℞.iuris pulli gallinacei, decoctionis hordei sine cortice, foliorũ violarũ & lactucæ.ʒ.x. casiæ fistulæ præpararæ.ʒ iij.mucilaginis seminis cydonieorũ.ℨ.iij.vitellos ouorum ij.sacchari optimi.ʒ.ij.misce, & fiat clyster,si tamen adsit ventris profluuium,abstine ab ijs. Vnguenta ex oleis, & rebus humectantibus & refrigerantibus spinæ,seu dorso, hepati, & pectori admota bis vt minimum in die ventriculo vacuo sunt vtilissima, & necessaria

Electuarium resumptiuum.

Potus.

Conditũ.

Extinguẽtia sitim

Clysterũ vtilitas.

Clyster.

Vnguentorum vsus.

ria huic febri, inter quæ hoc velsimile est optimum; ℞. oleorum violarum, nenupharis, rosarum & papaueris lo torũ benè aqua rosata .an. ʒ.j. musellaginis seminis psilij, cydoneorum & althææ aqua rosata extractæ, ʒ.ij. bu tyri recentis, axungiæ gallinæ, medullæ crurũ vituli .an. ʒ.iij. pulueris electuarij resumptiui, & pulueris diamarga ritonis frigidi. an. ʒ.j. ℈. ceræ q.s. misce, & fiat vnguentũ.

Vnguentũ Balnei cõmoditas.

Balneum est huic morbo præsentissimum auxilium, præ sertim si non cõiungatur hecticæ catarrhus febris putrida, obstructio & similes affectus, quibus multũ nocet bal neũ, siue sit ex sola aqua frigida siue ex tepida. Primum quamuis à Galeno laudatur 10. methodi cõtra Herophi lũ est suspectum, & aptum ad extingẽdum calorem imbe cillũ hecticorum, & præter hoc sua intẽsa, & actuali fri giditate per accidẽs calfacit, & exiccat internas partes, ideoq. pituitosos & crassos humores (à quibus fit tetanus) resoluit. autore Hippoc. & Gal. 5. lib. aphorismorum .21. aphorismo: nam si laborans tetano carnosus, iuuenis, in ætate & regione calida potest curari balneo aquæ frigi dæ, hecticus cum non possit esse carnosus, non poterit si ne periculo tollerare balneum aquę frigidæ. Aliqui post balneum aquæ tepidæ laudant balneũ aquæ frigidæ, præ cipuè si æger fuerit iuuenis, non multum imbecillus, & assuetus balneo aquæ frigidæ Alij sensim hecticos a ba l neis parũ calidis ad minus calida & tãdẽ ad frigida trãs ferunt, ne ab vno extremo in aliud fiat trãsmutatio. Bal neũ aquæ tepidæ solius, vel ex decocto lactucæ, foliorũ & florum violarum, salicis, nenupharis, capitum & pedũ arietinorum, vel vitulinorũ est tutius, & à me sæpe exper tum, aliqua tamen prius oportet animaduertere ante bal neũ necessaria, & in balneo, & à balneo. Ante balneum per quatuor, vel quinque horas nutriatur æger solo lacte asinino cum saccharo vel optimo iure ex gallina, & testu dine, & hordei cremore, vel duobus recentibus, ouis, & sorbilibus & parũ ãte balneũ sint vacua intestina. In vere

Balneum ex aqua frigida cur noceat.

Quod balneum sit præbandum. Ante balneum seruanda.

hora

hora balneū ingrediendi ſit octaua ante meridiē, in æſtate ſeptima, i autumno & hyeme quinta, vel ſexta à meridie. Habitatio ſit moderate calida quēadmodum & aqua ne ſudore & fatigatione afficiatur æger tempus ergo balnei reſpōdeat voluntati, & delectationi ægroti. Numerꝰ balnei ſit pro ratione morbi & ægri: quāuis ſemel in vno quoq; die ſit ſatis aliquando bis, & ter in hebdomada. A balneo amiſſo actu humore externo per pannos lini non calidos, ſed per frictionem moderatam & blandam vngatur dorſum, pectus, & hepar vnguēto ſuperius ſcripto, vel ſimili, aut lacte humano, & aſinino, vel caprino, vel bubulo tepidis, deinde quieſcat in lecto & nutriatur cremore hordei facto iure gallinæ, & ranis, & teſtudine vel cōfectione ex teſtudine, & iure vel aqua ex limacibus, & aliis ſuperius dictis.

Hora balnei.

De Hectica.

CAPVT. VIII.

Scholium.

HECTICA febris eſt. *Hectica febris, eſt calor præter naturam habitum corporis occupans. In hac eſt aqualis intēperies in omnibus partibus corporis, quoniam in calore mutatæ ſunt, quem habent ac ſi eſſet propria natura, & ideo ab ipſo non dolent, nec moleſtātur hoc autē quoad ſenſum intelligere oportet. Non enim ſunt omnino partes mutatæ, a calore præter naturam, quia nec nutrirentur, nec tumores qui in hecticis oriūtur vnquam ad ſuppurationem venirent, nec calorem febris putridæ (quæ hecticæ ſuperuenit) ſentiremus. Hectica duobus modis fit. Primo ſequendo alios morbos, febres ſcilicet ardentes, diarias, & inflammationes internas.*

Hectica quid. Inæqualis intēperies.

Duobus modis fit. Hectica. Primus.

ſecundo

Secundus Secunda incipiendo, & ſtatim a principio. Qua ſimilẽ habet cum diaria generationem, ex cauſa aliqua procatarctica, ira, triſtitia, exercitatiõe, aut laſſitudine cũ ſtione. hoc ſecũdo modo raro contingit, hectica homines calidiſſimos, & ſiccißimos tantum inuadẽs. Hectica duplex eſt

Hectica duplex. ſna ſimplex, & altera compoſita. Simplex illa dicitur in qua calor factus eſt in partibus ſine humiditatis alicuius conſumptione. Compoſita vero qua ſiccitatem, aliquã morboſam habet coniunctam, quam hecticam marasmodem nominamus. Abſoluta harum hecticarum cognitio ex lib. 1. de diffe. feb. habenda eſt, hoc in loco de curatione febris hectica ſimplicis agere inſtituimus ſna cũ auctore, hæc enim febris difficile cognoſcitur, quãuis facilius

Curatio alterationi ſit. curatur.

Hectica febris priuſquam ad talem *Febris hectica cũ ſit calor ſimplex, ſnam habebit & ſimplicem curatoriam indicationem ab eo aſſumptam. Calor enim per cõtraria refrigerantia ſcilicet eſt auferendus. Debent autem refrigerantia, humectantia etiam eſſe quia humiditas obtundit caloris vim. Tum quia cum calor ſit in partibus ſolidis factus oportebit prauidere ne ſiccitas introducatur. Huius hectica curatio quamuis 10. methodo a Galeno tradatur, breuiter tamen hoc in loco eam transferemus. Re*

Refrigerãtia.

Sex remediis curatur hectica. *media ergo quibus hectica curatur, aut foris applicãtur, aut interius aſſumuntur. Foris applicanda ſunt, aër, medicamenta cuti admota, & balneum. Interius vero aſſumuntur cibus, potus, & aer inſpiratus. De quibus agendum eſt incipientes a cibo, ſna cum auctore Alimenti*

Alimenti *qualitas, huic febri acõmodata, debet eſſe frigida & humida, quia affectus eſt calidus, & qui exiccat corpus. Vnde piſana accomodata eſt, alimenta etiam temperata alterata tamen rebus frigidis lactuca, ſucco agreſta, & ſimilibus. Et cum in hac febre laborantibus magna fiat ſubſtantia diſſipatio, & calor ſit fixus in partibus, alimẽta debent habere aliquam glutinoſitatem, ne diſſipentur*

facile

facile a calore febrili, qua ratione vna cum gallina, testudinis partem coques, comedens ius & gallinam, non autem testudinem: quam nullus antiquorum commendauit, & difficile coquitur. Inde colliges multo minus esse exhibenda illa alimenta, qua solebant exhiberi, appellata electuaria in forma manus christi, quia in his carnes testudinis, & frigida, & corrupta iam sunt. Poteris etiam extremitates animalium, cum carnibus facilis cococtionis elixare, cum pauco petroselino: & hac sufficiant de qualitate alimenti. Quantitatem ex robore facultatis concoctricis ventriculi habebis. Cum enim in hectica languida sit facultas, oportebit parum, & sape cibare. Inter alimenta lac commendatur. Quale autem esse debet & qua ratione assumendum recte docet auctor Qua impediunt lactis assumptionem hac sunt. Primo corruptio eius in ventriculo: quam deprehendemus expulsu, & rutu. Expultu si inequalis fiat, & paruus, a lactis assumptione, hoc enim pulsus solet fieri affecto orificio ventriculi. Ex ructu hoc modo, Si ructus sit acidus, a frigiditate ventriculi, corruptum erit lac, si nidorulentus & fumosus a calore. Secundo impedit lactis assumptione febris putrida, quia ab eius calore corrumpitur, & in vapores mutatur: Tertio dolor capitis, quia vapores multi, qui a lacte dum coquitur in ventriculo eleuatur, caput implet ac grauant. Quarto hypocondria eleuata, ab aliqua inflammatione; vapores enim multi qui a lacte cõsurgunt, comprimunt tumorem. Quinto murmurantia hypocondria quia cum murmur seu rugitus fiat a flatu, augebitur a vaporibus lactis. Sexto sitis. siticulosi enim calidum habent ventriculum, a quo lac corrumpetur. Septimo dejectiones biliosa: quia hac calorem arguunt, a quo similiter lac corrumpetur. Vltimo impeditur lactis exhibitio a profluuio alicuius sanguinis, qui praecesit. Hic enim refrigerauit corpus, ventriculus autem refrigeratus non poterit recte cocoquere lac. Potus sit cremor ptisanæ, aut decoctum hordei.

Damnaturalique alimenta.

Quãtitas alimenti.

Lactis.

Impedientia assumptionem.

Primum.

Secundũ.

Tertium.

Quartũ.

Quintum

Sextum.

Sept. mũ.

Octauum

Potus.

Aer. hordei. Aer inſpiratus ſit frigidus, dummodo cutim nõ attingat. Sanguinis miſſionis, aut purgationis, nullã fecimus mentionem: quia in hectica nullius eſt affectus euacuationem poſtulans.

De remediis, quæ externus applicantur modo agendum eſt, incipientes ab aere ambiente. Aer, etſi ſit materia remedii, cũ ſit materia nobis connata, proinde indicat, aut ſui conſeruationem, quãdo qualitatẽ habet morbo cõtrariam, aut ſui ablationem ob alterationem contrariã, quando eius qualitas morbum fouet. In hectica ergo aer aut eſt temperatus, aut calidus, aut frigidus. Si temperatus eſt, non ladit: ſi ſit calidus, fugiẽdus eſt, quia calorẽ auget febrilem, aut alterandus aqua cum aceto mixta irrigantes cubiculum, in quo decũbit ægrotus, aut aqua per curpos cadente, aut aſpergendo frigidas herbas, & flores, vt folia ſalicis, arũdines roſas, myrthos, & ſimilia: ſi aer frigidus ſit pro gratia eſt habẽdus, habẽs naturam morbo cõtrariam. Quod ſi ſit frigidiſſimus inſpiratus remediũ eſt, quia per trachiam arteriam & pulmones cor petit; at per cutem non poterit ingredi ſibi ipſi viã precludẽs, frigiditate cõdẽſans cutẽ, & prohibens calidorum vaporum exhalationem. Ac proinde permittẽdũ eſt vt inſpiretur: corpus aũt veſtibus operiatur, ne aer hic cutẽ

Epythemata. ſuo cõtactu alteret. Epithemata, aut medicamẽta, quæ cuti applicãtur, debent eſſe frigida & humida, nõ autẽ aſtringentia, qualia ſũt, quia craſſas habẽt partes, hæc enim non poſſunt penetrare. Difficile autem erit, inuenire medicamẽta refrigerantia ſine adſtrictione, pauca enim ſunt. Inter omnia tamẽ vti debemus medicamẽto

Vnguentũ refrigerãs Galeni. à Galeno 10. metho deſcripto, quod officinæ vnguẽtũ refrigerãs Galeni appellare ſolent: Hoc ſic poteſt parari vt ex eo loco colligimus. Rx olei roſati omphacini ℥iij. ceræ albæ & lotæ ℥j. liquentur in duplici vaſe, deinde refrigerentur. Et vltimo loco agitando illa in vaſe addatur tantum aquæ fontanæ, quantum imbibi poſſit ſed ſi ſi

bi placet in de parum aceti. Hoc medicamẽto vtitur Galenus ad Ereſypelata, & ad vlcera pudendorum, maximé enim refrigerat, vt ſimplicia, quæ ipſum componũt, oſtendunt. In primis oleum roſatum omphacinum duplici nomine eſt frigidum, & quia habet roſas permixtas, & quia factum eſt ex oliuis immaturis. Et quamuis cera ſolum adhibeatur tanquam materia lauatur tamẽ, vt amittat acrimoniam, & calorem, quem ex melle cõtraxit. Liquatur autem cera cum oleo in duplici vaſe, ne ab igne aliquem concipiat calorem. Tandem additur aqua, vt magis refrigeret, & humectet. Dixi poſſe addere parum aceti, propter penetrationem. Aduerte tamen, in officinis ſeruari medicamentum refrigerãs Galeni à Meſue traditum: quod, vt diſtinguas à primo opus erit vt hoc modo ſchedulam perſcribas. Rx Vnguenti refrigerantis Galeni ex 10 methodi &c. Hoc vnguento debemus inungere regionem eam pectoris, quæ eſt ſupra cor, ſi cur, & totam ſpinam: ita tamen, vt cum manifeſte iã calefactũ eſt, à corpore abſtergãtur ipſum, & denouo fiat inũctio. Tertio huic febri ſolet applicari balneũ: hoc quatuor habet partes, primã ſolũ cõtinet aerẽ calidũ, in quo ægrotantes depoſimus, in quo ager parũ morari debet, ne calore ſimul ac ſubſtãtia diſſipatio. Secũda eſt vbi lauatur ager, vt meatus aperiãtur: tertia eſt lauacrũ aquæ frigidæ: debet autẽ hectica laborãs aqua tepida lauari vt caliditas balnei ſimul cũ calore agritudinis ſit nutrimentũ partibus ſolidis, quæ carnis tegumẽto deſtituũtur: ad hoc, vt cũ lauãtur frigida nõ lædatur cõſupto paruo calore, qui in eis eſt. Loco autẽ frigidæ eſt febris remedium. Sic dicebat Gal. hectici nihil balneo uſurãtur, niſi in frigidã imergãtur. Nec mirũ nã ille aqua tepido calor augetur, & vapor humidus qui corpore paucus eſt multũ augetur, q̃ mala frigida corrigit fluxũ coercẽs, & calorẽ exiguẽs. Dices Hip. 3. de ra. vic. in acu ſen. 52 balneum inquit, nõ conuenire his, quibus ſtrictitudo eſt, nõ ergo hectici ſunt lauãdi, laguidi enim ſunt.

Aduerte

Balnei

Prima.

Secunda.

Tertia.

Lotio in frigida.

Obiectio.

Solutio.

Reſpon

Respondeo, Hippocratem loqui de balneo euacuatorio, qđ multos sudores mouet, quale hecticis non conuenit: bene tamen illud quod ad refrigerandum calorem excedentem exhibetur. Iterum obijcies, hectici exiguum habent calorem, poterit ergo facile extingui, ab aqua frigiditate.

Obiectio. Respondeo verum hoc esse, sed propter metum non est omittendum remedium, melius enim est cũ periculo aliquid agere, quam sinere certo hominem mori. Et quamuis Galenus, lib 3. acutorum scribit, languidos non posse ad frigidam peruenire sine lxsione: non proinde eam omittent hectici, quia ibi, loquitur de morbis acutis, exercet que methodum in pleuritide Quarta pars balnei est, in qua sudores absterguntur; hac hecticis inutilis est. Nos, hecticos ad hac balneu non ducimus, sed eos in propriis cubiculis lauamus. Primũ aqua tepida, & secundo perfundimus eos aqua frigida, non actu sed mixtione aquæ calidæ temperata, qua comparatione alterius aquæ frigida est. Sic Hipp. lib. 3. acutorum sent. 49. multas aquæ mixturas paratas habet. Praterea oportet maxime considerare, balneum multis causis omitti, Prima est interna inflammatio quia humores a balneo liquati ad ipsam confluẽt. Quod si Hipp lib. 3 de ratione victus in fine, balneum concedit pleuriticis, & perineumonicis, id intelligendum est post totius corporis euacuationem, quo tempore iam nil fluit ad partem affectam: imo tunc spiritus facilitatur, imminuitur inflammatio, & dolor mitescit. Secunda est alicuius partis principis imbecillitas, propter quam, facile recipiet humores fluentes in balneo. Quod si pars languida non sit princeps, tunc bene poterimus balneo uti, quia ad articulos & cutem solet natura cum commodo animalis expellere. Tertia est plenitudo ad vires, vel ad vasa. Quia in plenitudine ad vires humores fusi magis grauabunt, in plenitudine vero ad vasa rumpẽt aliquã venam. Quarta est febris putrida. Quia hæc obstructionẽ habet. qua augebitur fusis humor. bus. Quinta cruditas,

Explicatur Galenus.

Quarta pars. Nostra lotio.

Prima causa balneum impediens.

Secunda.

Tertia

Quarta

Quinta

hæc enim

hac enim à calore balnei ad venas attrahitur. Sexta est alui fluor. Quæ duabus de causis balneum impedit. Prima est, quia cum balneum ad cutem attrahat, impedit motum naturæ, per aluum expellentis. Secunda est, quia balneum cum humectandi vim habeat, fluxiliorem reddet aluum, & ideo hecticis diarrhœa laborantibus interdicitur. Septima est alius densitas & cõstrictio. Quia a calore balnei, tenuiores fæcum portiones sursum ad hepar & alias partes ascendent. Vltima causa & sum balnei impediens, est cibus & potus si parum ante assumpta sint, balneũ enim ea cruda ad venas rapiet. Et ideo statim à balneo nil est sorbendum, priusquam balnei perturbatio sit sedata.

Sexta.

Septima.

Octaua.

De febre pestilenti.

CAPVT. IX.

PESTILENS febris est febris epidemialis, pernicioſa, & venenoſa, qua multi afficiuntur & pereunt vno tempore, & vna regione, vel ciuitate aeris ratione, vel vt (autor est Galen' lib. de theriaca ad piſonem) peſtis, quædam bellua exiſtit non paucos interimens, ciuitates quoque totas depaſcens malè conficit: quippe parua quædam aeris ad corruptionem prompta mutatio efficitur, & homines cum reſpirationis neceſsitate periculum euitare nequeant, ipſum aerem veluti venenum quoddam ad ſe per os attrahunt. Diſcrimen inter peſtem epidemiam, & eudemum, ſiue endemium demonſtrat Gal. cõmen. 9. li. 1 de ra. victus in morbis acutis in quo docet Hippocratem in li. de aere, aqua, & locis egiſſe de endemio morbo, & de epidemio in lib. epide. ſed de peſte nullum peculiarem librum confecit, quia vnũ morbum ex epidemijs eſſe peſtem, per libros epidemiorum monſtra-

Deſcriptio

uit, & hac de cauſa .3. epidemiorum lib. peſtilentes quasdam tempeſtates deſcripſit, vnde infert ex genere eſſe vul
Cauſa. garem morbum. Quanquam ſunt multæ cauſæ peſtis tamen eas tantum, quæ medico ſunt neceſſariæ, recenſebo. Fit itaque omnis peſtilentia à putredine aeris, autore
Externa. Gal. 2. de differenti. s febrium cap. 5. In peſtilenti aeris cõſtitutione inſpiratio potiſſimum eſt cauſa, cur homines corripiantur peſte: aer enim nos circũſtans à putreſcente
Interna. euaporatione vitiatur, ab aquis videlicet putribus vt lacubus, paludibus, à multitudine cadauerum. A vi etiam cœleſti ſæpè fieri ſolet aliquando, aliquando ira Dei mittitur noſtris peccatis infenſi. Semper tamen diſpoſitio humorum, qui ſunt in noſtro corpore eſt interna cauſa ſatis potens, & ideo in eadem ciuitate, vel domo aliqui afficiũtur peſte aliqui non, & affecti non omnes ab æquali cauſa moriuntur. Hinc etiam accidit: raro tamen vnum aere nondum infecto peſte laborare, quamuis propiè peſtis nõ ſit, ſed peculiaris morbus venenatus & pernicioſus. Lapſus magnus aeris ad calidum, & humidum eſt cauſa ſatis magna peſtis, & ideo Gal. 1. de temperamentis cap. 4 ſcribit temperamentum aeris peſſimum eſſe calidum & humidum. Qui etiam pleni ſũt malis ſuccis, & praua victus ratione vtuntur, facile in febres peſtilentes incidunt. Inter omnia anni tempora exitum æſtatis & initium autũni
Signa. videmus maximè febribus peſtilentibus conuenire. Indicia futuræ peſtis ſunt aer minus calidus, & humidus multitudo exanthematum, & papularũ, quæ à noſtris Barbaris variolæ & morbilli dicuntur, multitudo etiam phlyctidis venenoſæ, copia carbunculorum multitudo etiã muriũ, & animalium quæ fiũt ex putredine. Si vero volucria aerem propiũ fugiant & ipſo pereant præſentem cõſtitutionem peſtilentem oſtendũt, & quũ piſces fugiũt aquam & in ipſa moriuntur, ab aqua eſſe ortam peſtem dices. Notæ, quæ hominem peſtilentia iã correptũ demõſtrant plurimæ ſũt, febris ſcilicet ab initio maxima: quãuis ſæpe

exterio-

exteriora frigeant, & interiora ardeant, capitis grauitas oris ſiccitas vehemens, vehemẽs ſitis & vehemẽs ãguſtia difficultas ſpiritus, vomitus creber, oculorũ aſpectus tor, uus, ac varius, vigiliæ, & deliria, & aliquando propẽſio magna in ſomnu: inter innotas eſt ſi poſt aures, aut ſub alis, aut circa inguina potiſſimũ bubones cũ febre parua, & magna oriantur in aliis etiam partibus internis ad externas: ſi enim in collo appareat tumor præter naturam cerebrum potiſſimè malè affici oſtendit, ſi ab alis, cor: ſi vero in inguinibus iecur, quod Hippocra. 6. epydemiorum, parte 2. aphor. 4. voluit dicens abceſſus veluti bubones ſigna ſunt earum partium, vnde exuberant. Sed quũ non ſemper appareant bubones, alias notas bene cõſidera. Priuiquam curatiõem præſentis peſtis demõſtremus, quomodo præcauenda ſit oſtendere conabimur, quod certiſſimo fiet, ſi ad longinquas & ſalubres regiones fugi amus, neq, reditum laudabo, niſi poſt perfectam & integram aeris alterationem & commutationem: ſemper tamen ad Dei iram placandam cura animam tuam: ſæpe enim corporis morbi ab animi morbis fieri ſolent dicente domino languido quem ſanauerat, vade & noli amplius peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Et alibi ſi oculus tuus, id eſt, anima tua ſimplex fuerit totũ corpus lucidum erit: nam propter peccata noſtra iratus deus peſtem & ſua fulmina in nos mittit, vt in lege veteri ſcriptũ eſt, & etiam in noua ante iudicij aduẽtũ ſeruatore noſtro docẽte. Quare ieiunijs, præcibus & eleemoſynis Dei iuſtitia placanda eſt, & interceſſionibus beatiſſimæ Dei matris & omnium ſanctorum præcipuè Sebaſtiani, & Rhochi. Anima igitur curata præcautio fiet victu conuenienti. Primo, aere non montano, non propinquo aquis, aliiſq, rebus putridis, cadaueribus ſcilicet, ſtercoribus coriis, braſicis cuulſis, & aliis prauis arboribus. Eligatur ventus ſeptẽtrionalis, vel orientalis: meridionalis enim eſt omnibus deterior, medius vero occidentalis. Habitatio

Præcautio peſtis.
Fuga.
Animæ curatio.
Victus.
Aer.

Sol. quoq; admodum propinqua centro, & cauernoſa eſt peſ
Luna. tima. Radij ſolares optimi ſunt, lunæ verò noxij quia pu
Aer. tredinem efficiũt, autore Galeno, 3. de diebus decretorijs Aëris alteratio & emẽdatio ſumme neceſſaria eſt non ſolum in curanda peſte, ſed præcauenda quod maximè viſolius ignis fieri ſolet, præſertim ex quercu, & alijs arboribus ſalubribus: habemus enim exemplũ huius illius, quæ ex
Hiſtoria. Aethiopia ad Græcos pernaſit, quam Hippocrates multis modis admirandus curauit igne per totam ciuitatem incenſo, vt Galenus eius fidiſſimus interpres lib. de theriaca ad Piſonẽ ſcribit. Quanquam igitur ignis maximã habet facultatẽ in aëre alterando & puriore reddendo, multa tamẽ ſunt calida, & frigida & temperata cardiaca quæ aërem efficiunt ſalubrem & illius qualitates prauas & cõ
Aerem ſalubrem efficientia. trarias tollunt. Calida ambra, moſchus, thus, maſtix, ſandaraca Arabum, lignum aloes, myrrha, aloe, reſina pini, reſina cupreſſi, landanum iuniperus, ariſtolochia, nux muſ-
Calida ſimplicia. cata, gariophylli, gummi iuniperi, ebenus, acor* enula cãpana, ſquinãtum, bdelium, vinum aromaticum, cortex citri ſtorax liquida, laurus, ocymum, been, cinamomũ, cro-
Frigida. cus, calamentum, caſia lignea, zedoaria, lilium album, doronicũ, meliſſa, menta, ros marinus, & ſimilia. Frigida, quę aërem calidum alterant, & purgant ſunt acetum, Karabe roſa, labruſc⁹, poma, pyra, cydonia, corallus, ſantali, acetoſa, viola, cichorea, endiuia, nenuphar, balauſtiæ, coriãdrũ, bolus armenius, terra ſigillata, argentum, myrtus, malum granatum, citrãgulus, arancia, limones, agreſta & ſimilia.
Temperata. Temperata cardiaca, quæ aërem puriorem reddũt, & peſtilentẽ diſcutiunt, numerãtur, borrago, bugloſſa, margarita, carbunculus, hyacynthus, zaphyrus, & ſimilia. Ex his
Cõpoſita. & aliis cardiacis medicamentis multa cardiaca compoſuntur, vt therica magna, mitridatum, confectio gentilis cordialis cõtra melancholiã, confectio de hyacintho, cõ
Laus cõfectionis alkermes, fectio ex granis tinctorũ, quã alkermes nominãt hæc efficaciſsima multorũ regũ ac reginarũ teſtimonio eſt probata

bata,& à Valentinis omnibus maximé cognita,& frequẽter probata,præſertim in quibus natura languet ob longũ vel valde acutum morbum ſpiritum vitalem diſſipãtem: quamuis Valentini ob magnam corporum raritatem & aptitudinem ad caloris & ſpiritus diſſolutionem hoc,& ſimili cardiaco medicamento magis egeant,& ideo ægri omnes illa ſemper amant & poſtulãt. Quare non ſunt taxãdi Medici,qui in hac regione ſæpe ijs vtũtur,neq; quorundam,& Manardi ratio demõſtrat coccum baphicam ſolum aſtringere,& ſuo rubro colore ſanguinem,& ſpiritum ratione ſimilitudinis ad ſe magis diſtrahere,& diſſipare,quã cogendo firmare:quia rubra viſa mouent ſanguinem,& imaginatio per viſum ad externas partes etiã ſanguinem euocat,ſed interius ſumpta cardiaca ſunt corroborant cor,quod meliorem generabit ſpiritũ. Neque multorũ recentiorum ratio probat lapidem cyaneũ, ſeu ſtellatum vomitu & deiectione purgare,& naturam turbare,humoresq; melancholicos exagitare:nullius enim momenti eſt ratio;nam etiam ſi rhabarbarũ & lapis cyaneus largius ſumpta purgãtia ſint,tamen ſi partius ſumãtur,alia ſubſtantia aſtringente & cardiaca corroborãt,& purgatoria imbecilla non mouent corp⁹,præſertim ſi bene præparentur,vt in hac cõfectione alkermes lapis cyaneus ſæpe lotus,& in electuario ex gemmis rhabarbaro pauciquantitatis. Neq; vera eſt multorum recentiorum etiam opinio dicentium cardiaca omnia eſſe odora,licet quod cunq; odorũ ſit cardiacũ,ideoq; apud hos margarita nõ eſt cardiaca,neq; lapides pretioſi & ſericũ,aut ſimilia:variæ enim ſunt medicamentorũ cardiacorũ differentiæ & ſpecies. Prima eorum eſt,quę temperatã obtinent naturã,quãuis Auerrois velit parũ calida medicamenta tẽperaris magis corroborare. Secunda eſt illorũ,quæ qualitates habent ſecundas corroborationi aptas,quales ſunt ſtipticitas,odor bonus,vt in roſis, & moſcho & ſimilibus experimur. Tertia eorum, quæ à proprietate agunt,ſiue ſint

Manardi.

De lapide cyaneo.

Error recẽtiorum.

Species cardiacorum Medicinarum.

Prima.

Secunda.

Tertia.

coniũcta qualitati manifeſtæ cardiacæ, vt in ſpica & cro co reperitur propietas cardiaca cum bono odore & ſtip ticitate, ſiue per ſolam occultam vim agant, vt hyacyn thus, margarita, & ſimiles. Eſt tamen inter hæc cardiaca tertij modi diſcrimen: egent enim, quæ à propietate cõ iuncta manifeſtæ qualitati agunt, reductione de potẽtia ad actum, hoc eſt quod natiuus noſter calor agat in ipſa, & cum in actum redacta ſunt per euaporationem eorum vis, (quæ à quibuſdam tertia vis dicitur) ad cor mouetur, ipſumque corroborat: quæ vero ſola propietate, & occul ta vi agunt, non egent reductione de potentia ad actum, ſed tantum eorum vis ad cor defertur, (quæ à nonnullis medicis quarta facultas nominatur). Præter ſuperiores modos medicamentorum, quæ per ſe & primo cor corro borant, ſunt etiam alij modi medicamentorum cardiaco rum per accidens & ſecundario, quæ remouent nocumẽ ta, & qualitates veneficas à corde vacuando, vt lapis ſtel latus & mirobalani: quæ facultate propia tertia à corde magis euacuant, aut in contrarium alterando per primas qualitates, aut corroborando ſimul & prohibendo vapo rum elationem, vt terra ſigillata, & bolus armenus: aut ĩ cidendo, vt facit aqua raphani contra fungos, & acrimo niam auferendo vt butyro facimus. Sunt etiam alia medi camenta cardiaca nõ per ſe, ſed mediate & magis per ac cidens, quam ſuperius dicta, nempe quæ aliorum medica mentorũ vires ad cor defferunt, vt pulegium, ſtechas & ſi milia: & quę prohibent aliorum medicamentorum ſoluti onem, vt opium. Ex his igitur & alijs cardiacis compone medicamentum ad formam ſpheræ, quod dicitur pomũ, vel trochiſcos, qui ſupra ignem poſiti, aut diſſoluti in aqua & aceto aerem putridũ & fœtidum ſalubrem efficiũt: gumoſa tamen magis amant ignem, & alia humida, & li quida per habitationem inſperſa conferunt. Hoc pomum eſt optimum in peſtilenti conſtitutione quæ ſit rigida: nempe, & bezoin drachmam ſemis, ſtoracis, calamitæ,

differẽtia ad cor.

drach

mam vnam, gariophyllorũ, laudani optimi, ligni aloes, cinamomi, roſarum an drachmas duas, ſantalorum citri norum, corticum citri, anthos an. ʒ ſ. thymiami, ſtoracis liquidæ an. ʒ j. mentę ſiccæ, calami aromatici, macis, nucis muſcatæ an. drachmam ſemis, muſci, ambræ, an. gra x ſi fuerit diues, adde quantitatem ambræ, & muſci: omnia miſceantur, & cum muſcilagine gũmi dragaganti pauca fiat, pomũ, vel duo poma perforata poſitis moſcho & ambra in ſuperficie. Hoc pomum aerem calidum peſtilentẽ reddet ſalubrem, vel ſaltem puriorem, ℞. florum violarũ, nenupharis, bugloſſæ, roſarum, citrangoli, & ſpodij an. ʒ. iij. corticũ citri, macis, nucis muſcatæ, ſtoracis, calamitæ, cardamomi maſticis ſplendidi, ligni aloes, cubebarũ an. ʒ j laudani ʒ j. ſ. muſci & ambrę an grana x. cum muſcilagine dragaganti diſſoluta in qua roſarum fiat pomũ, vel duo poma perforata. Aere bene alterato præſertim igne ex lauro, rore marino, calendula, iunipero & ſimilibus. *Pomũ in cauſa frigida.* *Pomum in cauſa calida.*

Secũdo, cibis facilibus concocto, boni ſanguinis & paucorum excrementorum: ſemper tamen ijs ſunt miſcenda, quę reſiſtunt putredini, cuiuſmodi ſunt acetũ, ſucc' limonum, ſuccus citri, ſuccus granatorum, ſuccus agreſtæ, & acetoſę, & fructus acidi. Alij omnes præſertim humidi nocent. Nocet quoq; lac & quæ ex lacte fiunt, & magis ſi cibus comeditur. Nocent ſimiliter alimenta, quæ pinguedine ſuperabundant. Deniq; nocet ciborũ multa quãtitas, & varietas, & inordinatus ſumendi modus, vt ſi cibus craſſus præcedat tenuẽ, & prãdio minime concocto cœnet homo. Cibus igitur vtilis ijs eſt panis boni tritici, carnes arietinę. Hiſpanæ, hædinæ, vitulinæ, aues montanæ, pullus gallinaceus, gallina tenera, cuniculus paruus, lepus paruus, oua recẽtia & ſorbilia, piſces parui, & ſaxatiles, & alij boni ſucci, vt lucium. Potus ſit aqua optima fluuialis, vel fontana & vinum album, aut rubrum mediocris ſubſtantiæ, & ætatis mediæ bene dilutum aqua. Aliqui in hac præcau- *Cibi.* *Putredini reſiſtentia.* *Quæ nocent.* *Potus.*

tione pro potu & cura laudant acetum, & succum granatorum acidulcium: sed ego his non pro potu, sed pro medicamento in parua quantitate ad futurā putredinem prę-

Somnus. cauendam vtor. Somnus diurnus nocet & magis inassuetis: sit breuis in die, & per duas horas à cibo &, in loco obscuro. Nocturnus sit pro hominis natura sex aut septē horarum: nam ex aphorismo quarto, libri secundi, somnus & vigilia si modum excesserint, vtrumq. malum. Inanitio & repletio immodica nocent, fāes ergo & sitis magna mala sunt, & calidis natura pessima, quemadmodum plenitudo frigidis. Quare in hac præcautione & curatione quinq. maximè nocēt, fames, fatigatio, fructus, fœmina, flatus, & alia quinq. maximè iuuant phlebotomia,

Quinq; nocent & totidem pro sunt. focus, fuga, frixio, fluxus, ideoq. singulis diebus saltem semel ab stercoribus intestina sunt purganda clystere, aut

Dejectio Animi perturbationes. suppositorio, si natura hoc non faciat. Animi perturbationes, calfaciunt, & spiritus motu impetuoso mouēt, ac resoluūt, multū nocēt, vt ira, tristicia, odiū & coitus, præsertim immodicus, & magis à cibo. Præter hāc debitā victus rationem ad præcauēdā pestē necessaria est sanguinis

Sectio venæ. missio, si vitium sit in sanguine. Sæpe etiam purgatio est vtilis, & necessaria in hac præcautione, præcipuē si fiat

Purgatio per pilulas. per pilulas Ruffi quas multi Rhazis appellant, constant enim duabus partibus aloes, vna myrrhæ, & medietate croci, & vino albo. Dosis est drachma semis ad drachmā vnam. Semel in hebdomada purgant sine violentia & putredinē impediūt. Aloes, & myrrha mortua corpora nulla putredine, & fœtore affecta conseruant, nedum viua.

Pilulæ aliæ præstantiores. Hæ pilulæ sunt valentiores, & meliores multo, & à multis maximè probatæ, & expertæ; ℞ aloes hepaticæ ℥ iij myrrhæ ℥ ij. croci ℥ j. rhabarbari electi. ℥ j. ℈ agarici ℥ ij. gariophyllorum. ℈ j. spicæ. ℈ j, ℈. corticū citri ℥ j seminis citri ℈ ij. tormentillæ ℥ ℈. santalorum rubrorū, & granorum ribes, vel seminis acerosæ. ℥ ℈. corallorum rubrorū ℥ ℈ boli armenici præparati ℥ iij prius agarico inciso,

inciſo,& per ſex horas in oximelle ſimp. infuſo, & aliis omnibus in puluerem redactis cum ſyrupo acetoſo ſimplici fiant pilulæ ſeptẽ pro drachma. Doſis drachma ſemis ad drachmã vnam. Bolus armenus ſolus habet vim magnam in hac præcautione. Doſis eius eſt drachma ſemis ad drachmam vnam cũ vino albo, & aqua roſata. Hoc medicamẽto vſus fuit quidam dux mediolanenſis, & omnes eius familiares, quorum nullus fuit peſte affectus. Theriaca magna non ſolum curat preſentem peſtem, ſed & generari prohibet. Doſis ſcrupulus vnus ad drachmam vnã cum aqua acetoſæ, vel roſarum per horas quinq. ante cibũ, & per ſex vel ſeptem poſt cibum: nonnulli tamẽ credũt hanc theriacã afficere veneno ſanos, & veneno affectos curare,quorum opinio mihi diſplicet: ſed Gal. verba lib. de thriaca ad piſonẽ, & auream de eius laudibus ſententiã audi:in ſumma theriaca & extrinſecus appoſita & epota rabioſorũ morſibus præſeruanei medicaminis cuiuſdã inſtar exacte opitulatur. Cæterũ nobis etiã in peſtifera lue ſolũ hoc antidotũ malo correptis prodeſſe adeo viſũ eſt, vt nullũ aliud præſidium ad reſiſtendũ huic malo fuerit idoneũ. Radix tormentillę(quæ eſt ſpecies pentaphylli, dicitur vincens toxicũ)eſt optima ĩ hoc genere. Doſis cũ vino, vel aqua roſarũ, vel acetoſæ eſt ʒ j. Radix dictãi eſt etiã optima. Eãdem habet vim ſcabioſa ſola vel cũ aceto & pimpinella. Hæ pilulæ cõducũt in hoc genere: Rz xyloaloes ʒ.ſ. tormentillæ ℈ij dictami ℈j. zedoariæ ʒ. ſ. crocj ʒ j ſ. berbenæ. ʒj cornu cerui ℈ij. ſantalorũ rubrorũ ℈j. corallorũ rubrorũ, ſeminis acetoſæ an. ʒ ſ. margaritarũ electarũ. ʒ.i boli armenici ʒ. iij. gemmarũ. electuarij. de gemmis. ʒ ſ cornu vnicorni ʒ. j. cum ſyrup. de acetoſitate citri fiant pilulæ in eſtate, vel in hyeme cum ſyrupo de mentha. Doſis drachma ſemis vſq. ad drachmã vnã bis vel ter ĩ hebdomada. Ex his, & ſimilibus fieri poſſunt ſacculi ad cor apti ad præcautionem, & ad curationem aptiores. Sola tractatio hyacithi,ſmaragdi, zaphyri

Boli armeni laus.
Hoſtoria.
Theriaca magna.
Refutatio quorũdam
Theriacæ commẽdatio.
Tormentilla.
Dictamũ.
Pilulæ.
Scabioſa.
Sacculi

& car

carbunculi habet non paruã vim ad præcauendã peſtem.

curatio diaria. Ephimera peſtilens periculoſior eſt aliis, vt aliqui viri eruditi tradunt, quoniam venenum vitali ſpiritui aduerſatur, vt hellebori ſuccus ſanguini, & cerebrum felis humano cerebro, & cantharides veſicæ ideoq; ſi ſpiritus animę ſeruiens veneno afficiatur per ſe, & ſubito peribit, neq; hoc repugnat aphoriſmo 55. lib. 4 ex inguinum videlicet tumoribus febres omnes malę præter diarias Hæc igitur febris curatur ſtatim & ſumma cum feſtinatione medica

Spiritibus vitalia. mentis cardiacis internis & externis, & ijs, quæ ſpirituum calorem præter naturã extinguunt, & qualitati venenoſę reſiſtunt & tandem ſpirituũ diſſolutionẽ prohibent & ipſos gignunt, qualia ſunt primo ius gallinæ & arietis, vel ſuccus eius, vel aqua carnis cum ſucco agreſtæ, vel aceoſæ, vel ſucco limonum, vel citri etiam ſi morbus acutiſſimus ſit, egeatque per ſe victu tenuiſſimo. Aliquãdo tamẽ in robuſtis & Caſtellanis ſolus ſuccus granatorum cũ ſaccaro & pauco pane loto eſt ſatis idoneum alimentũ, vel ſuccus limonum & citri cum ſaccaro, & pauco pane, vel

Potus. pyra toſta, aut mala ciſſonia. Potus ſit aqua hordei cum pauco vino albo optimo, vel aqua roſarum, vel acetoſæ, vel bugloſſę. Inter prãdium & cœnam bibat aquã hordei cum idlep roſato, & ſyrupo de citro, vel de limõibus, vel cum hoc condito; ℞ conſeruæ acetoſæ ℥. ij. conſeruæ roſarum, & nenupharis an. ℥. j. coralli rubri præparati, margaritarum electarum, pulueris radicis dictami, & boli armenici præparati. an. ℈ ß. ſaccari. q. ſ. miſce, & fiat condi

Cõfitum, tum deauratum. Si dies ſit adde fragmẽtorum lapidum ſmaragdi, hyacynthi, Zaphiri. ℈ ß. Omni quoque hora

Confectio. iuuat multum hęc confectio; ℞ confectionis de hyacintho. ℥. j. ß. confectionis gentilis cordialis contra melãcholiam & conſeruæ acetoſæ an. ℥. vj. theriacæ magnæ, ℥. ij. coralli rubri præparati, margaritarũ electarũ, boli armenici præparati, pulueris radicis dictami, tormẽtillę & ſeminis acetoſæ an. ℈ j. raſuræ cornu vnicorni, oſſiũ de cor

de cer

de cerui. an. ℈.j. ℔ ſyrupi acetoſitatis citri.q.ſ.miſce & ſi at confectio, adde lapidum prætioſorum ℈.ℓ. folia auri tria. Lapides hi & alia multa vt ſericum, os de corde cer ui & ſimilia cardiaca cor corroborant, & ſpiritus purio- res & lucidiores reddunt à tota ſubſtantia, vel propie- tate, vt nos contra quoſdam iuniores ſuperius docuimus, neque ratio quorundam valida eſt. Græci hæc & ſimilia inter cardiaca non ſcribunt, igitur non ſunt cardiaca, quẽ admodum neque hæc ratio valet, caſia fiſtula, manna, rha barbarum, mirobalani non ſcribuntur inter medicamen ta purgantia à Græcis, ergo non purgant: ſi magnes attra hit ferrum & Karabe paleas, & pęonia collo appenſa pro hibet morbum comitialem fieri à tota ſubſtantia, & non à manifeſta qualitate, poterunt quoq. multa medicamen non odora eſſe cardiaca. Admouẽda ſunt cordi ſępe imo ſemper quæ calorem febis extingunt veneno reſiſtunt & ipſum cor corroborant in forma ſacculi vel vnguenti, vel liquida; vt ℞. aquæ roſarum, acetoſæ, & bugloſſæ an. ℥iij aquæ melliſſæ & ocymi an ℥.j aquæ florum aranciorum ℥.ℓ. pulueris diamargaritonis frigidi. ℥ ij trochiſcorũ de camphora ℥.j miſce & fiat epithema ad cor. Putrida peſ tis quæ ferme ſemper fit, curatur primo, victu diariæ peſ tis. Secundo ſanguinis miſſione, ſi virium robur adſit, per ſectionem vtriuſque baſilicæ ſimul, ne ſanguis venenoſæ qualitatis particeps à parte dextera in ſiniſtram fluat; ex- trahaturque ſanguinis copia plenitudini reſpondens. In aliis etiam morbis, vt in apoplexia ſanguinea, in articula ri & in phlegmone amborum teſtium, ſieri ſolet ſanguinis miſſio ab vtroq. brachio ſimul. Sed ſi tumor, vel carbun culus in hac febre ſit poſt aurem, cephalica eiuſdem par tis eſt ſecãda: ſi vero ſub ala, baſilica eiuſdẽ partis: ſi tũc ſit in inguine, vena tibiæ, aut pedis interna eiuſdẽ partis: ſi autem in ambabus auribus ſimul; vtraque cephalica eſt inſcindenda, & ſi ſub duabus quoque, vtraque baſilica ſimul etiam ſcindenda: ſi vero in vnoquoque ſit inguine, venæ

Defẽſio lapidum.

Epithema cordi.

curatio peſtis.

Victus.

Sectio venæ.

Quæ vena ſecanda.

venæ vtriuſq; pedis, aut tibiæ. Pari modo faciendum eſt, ſi ſimul ſit bubo ſub ala dextra, & inguine dextro, ſimul ſe

Scarificatio. cabis baſilicâ dextram, & venam & venam tibiæ, aut pedis dextri. Quando vires, & ætas prohibent in hac febre venæ ſectionem, ſanguis eſt mittendus per cucurbitulas cum ſcarificatione ſeruata ſemper rectitudine.

Purgatio ſine concoctione. Tertio, purgatione ſine concoctione, quia materia venenoſa ſemper eſt turgida propriè & per ſe, vel ob eius læſionem: ſtatim enim ſubito cor lædit, quod doctiſſimus Manardus vult libro decimotertio epiſtola prima. Malè igitur contrarium contra veritatem docuit Aloiſius Mundella epiſtola decima ſexta: ſed quia huius febris materia

Aloiſius Mundella

ferme ſemper eſt bilioſa, hoc aut ſimili medicamento vacuari poterit; ℞ medullæ tamarindorum & medullæ caſiæ fiſtularis recens extractæ an ℥.ſ rhabarbari electi infuſi per noctem in aqua endiuiæ ℥iiij. electuarij de ſucco roſarum ʒ.iij. ſyrupi acetoſitatis citri ℥.j. aquæ acetoſæ quod ſufficit miſce, & fiat Potus. Vel ℞ pilularum de rhabarbaro ʒ.ſiant pilulæ ℨ. Ab hac purgatione quotidie & ante ipſa excrementa ſunt depellenda ſaltem clyſtere leniente.

Potus.

Pilulæ Cliſter.

Corroborantia, & alterantia. Quarto, corroborantibus & alterantibus, vt ſyrupis, confectionibusque, ac conditis, & electuarijs cardiacis, de quibus dictum ſuperius in præcautione & curatione diariæ peſtilentis. Drachma vna theriacæ magnæ vſque ad duas eſt nobiliſsimum medicamentum, ſi detur cum vino aut liquore cardiaco, ægroto mox lecto impoſito, veſtibus, & ſtragulis operto, quo ſudor erumpens ſanitatis nuntius fuit ſæpiſſime. Multi quoque antidotum celebre ad eundem vſum experti ſunt, cuius variæ ſunt deſcriptiones: ſed ego magis eam laudo, quã doctiſſimi medici Germani ſunt vſi, præcipuè Simon Kiquinus Treuir ſummus philoſophus & medicus Coloniæ in ſtupenda illa febre ſudatoria prius Britanniça, deinde Germanica dicta, quæ ſic habet; ℞ ouum & reiecto eius albumine per foramen anguſtum adimpleatur croco, & igne lentiſſimè

Antidotus celebris.

torre

& igne lentiſſimè torreatur, donec cortex crocum præ beat colorem, poſtea ouum in pyla cõtundatur minutiſſimè, & corticis reliquiæ non appareant. huic pulueri adde mediętatem oui, ſeminis erucæ, radicis tormentillæ, dictami albi an. ʒ ij. ſeminis cardui benedicti, ſeminis acetoſę an. ʒ j. ℈. nucis vomicę ℈ j. raſurę cornu monoceri uini, vel cerui (ſi primum cõparari non poſsit) ʒ ℈. theriacæ magnę ad pondus omnium, deinde in mortario ſimul miſceantur, & confundantur, vt formari poſsint trochiſci, quorum doſis eſt drachma vna ſemis cum pauco aceto. Omnes ferè qui hoc antidoto diu vſi ſunt, liberi a peſte euaſerunt. Hoc quoq; medicamentum eſt præſtantiſsimum in præcautiõe & curatiõe peſtis, & expertum à multis principibus Germaniæ conſilio doctiſsimorum medicorum. ℞. raſuræ vnicorni, raſuræ eboris an. ʒ j. xyloaloes, myrrhę an. ʒ j. ℈. been albi, & rubri, doronici Romani an. ℈. ʒ ℈. agarici optimi per octo horas in aqua bugloſſę macerati. ʒ, i. Zingiberis. ℈ j. gentianæ. ʒ j. ℈. carpobalſami grana xxv. rhabarbari electi. ʒ. j. ℈. corticum citri ℈ j. ſantalorum alborum, & citrinorũ, an. ʒ. j. ℈. oſsisde corde cerui ʒ ℈. ſeminis citri ℈ ij. fragmentorũ quatuor lapidum pretioſorũ. an ʒ j. limaturæ auri optimi ʒ. ℈. pulueris liquiritiæ. ʒ ij. coriandri præparati ʒ iiij. conſeruæ enulæ, conſeruæ roſarũ an. ʒ. iiij. melliis q. ſ. miſce, & fiat cõfectio, adde ſyrupi acetoſitatis citri libram ſemis, cõſeruetur in vaſe argenteo, vel vitreo, & tanquã theſaurus habeatur: aduerſatur enim nõ ſolum peſti, ſed vniuerſis ferè venenis. Doſis in aurora drachma vna ſemis: hęc cõfectio eſt non minoris momenti, laudata & probata à multis ſapientiſsimis medicis, eaq; nõ pauci peſte correpti, & ferè mortui ad ſanitatem optimã ſunt reuocati: in præcautione quoq; eſt optima. ℞. ſanguinis anatis maris & fœminæ, anſeris, hędi, rutæ ſylueſtris ſeminis fœniculi, cymini, anethi, rapæ ſylueſtris an. ʒ iij. piperis albi & lõgi, coſti, aniſi, cinamomi an. ʒ. i. radicis gentianæ, trifolij, ſquinãthij,

Confectio laudatiſsima.

Confectio præclariſsima.

thij,thuris,roſarũ ſiccarũ an,drac.iiij.agarici maris.drac. ij.myrrhę,ſpicæ nardi.an,drac vj.benzoi,azari,ammoniaci an drac.ij.carpobalſami grana.xxx.ireos croci,reupontici,zinziberis,maſticisan drac.j.ſticados drac.ß.fiat puluis ex his tenuiſsimus,& cum quadruplo melle fiat cõfectio,quę cõſeruetur vaſe argẽteo,vel vitreo tanquã res ſũma & ferè diuina ad peſtẽ,& venena alia,& prẽter hoc languentẽ vẽtriculum corroborat, flatusq; oẽs valenter diſcutit Doſis drachma vna vſq; ad duas drachmas ſuperioris medicamẽti.Sed quia ſupradicta tria medicamẽta calida ſatis ſunt,ideoq; febri nocẽt,neceſſaria præter illa erũt alia cardiaca frigida interna,&externa,ac quibus ſuperius dictũ, & etiam cap de febre ardẽti & cap.30.ſuperioris li de palpitatione,& ſyncope Si carbunculus huic febri ſuperuenerit,præter vacuationẽ per ſectionẽ venæ eiuſdẽ partis purgationẽ debitã,cordis cõfirmationẽ, febris,& venenoſæ qualitatis curationẽ iam dictã,chirurgus doctus omni arte trahat exterius venenum admouendo carbũculo aĩalia viua gallum videlicet gallinaceũ,vel gallinã,cucurbitulas,& ſanguiſugas,vr aliqui volũt,vel ignẽ actu aut potẽtia vt Angli faciunt.Mixtura ex luteo oui & ſale præcedẽti inciſiõe,habet facultatẽ mitẽ attrahẽdi & abſtergẽdi. Panis ſi actu calidus,dum à furno educitur, carbunculo admoueatur,attrahit exterius venenũ. Mixtura ex ficis ſiccis,& puluere ſalis,ireos,& aloes habet magnã in hoc facultatẽ fermentum cum oleo,& ſale eſt eiuſdẽ facultatis.Idem efficit mixtura ex opopanacco,fermẽto,& ſale.Cataplaſma ex ſcabioſa,fermento & ſale laudatur in hoc. Aliquando oportet ad valentiora procedere: poſtea tamen cruſta inducta ſenſim & non violenter eſt euellanda ſolo butyro, aut pinguedine ſuilla, non ſalita adhuc,vel cataplaſmatə ex radice althææ, butyro & pinguedine ſuilla nondum ſalſa;poſt cruſtam euulſam neceſſaria eſt vlceris purgatio,& carnis inſtauratio per medicamenta prpbata cuiuſmodi eſt mixtio ex ſarcocolloa &

Commoda

Carbũculi curatio.

Admouẽda.

Mixtura.

Panis.

Extrahentia Venenum.

Cruſta euulſio.

Carnis inſtauratio.

melle vel diachylon ſine gummis, vel foliis ocymi, vel conſolida maiori. Si fuerit cum hac febre tumor poſt aures, vel ſub alis, vel in inguine, aut in alia parte habita prius debita, & iam ſuperius dicta victus ratione, factiſque neceſſarijs vacuationibus, corde corroborato per ea, quæ ſuperius dicta ſunt, tumori ſunt admouenda, quæ venenū exterius attrahunt: vt cucurbitulæ, & theriaca magna, quę (Galeno autore libello de theriaca ad Piſonem) non ſolum interius ſumpta, ſed exterius admota eſt optimum remedium. Quidam medicus doctiſsimus & ſenex mixturam ex cantharidibus, butyro & fermento his venenoſis tumoribus admouere ſolebat. Factæ poſt bullæ ſcindantur, extrahaturque humor venenoſus, & cruſta, & tandem facta debita abſterſione, & incarnatione vlcerum multos affectos peſtilentibus bubonibus Deo auſpice curauit.

Medicina inſdā curandi ratio.

De febre peſtilenti.

CAPVT IX.

Scholium.

PESTILENS febris. *Morbi aui ſunt epydemij, aut poradες, Epydemij a latinis, populariter graſſantes, vulgares, & communes appellari ſolēt. Dicitur autem eoydemius morbus ille, qui cunus exiſtens multos afficit. Qui cauſam habet omnibus cōmunem. Sporades morbi (a latinis vocati ſparſi) dicuntur, cum multi morbi multos homines ſparſim afficiunt, vt quando eodem tempore pleuritis, anginа, ayſenteria, & ſimul alij diſtincti morbi infeſtare ſolent. Hi cauſam habent particularem*

Epydemius morbus

Sporades morbi.

ocupo

Eudemus morbus. nempe ſiſtus rationem. Rurſus morbus epydemius aut eſt eudemus, aut ſeruans nomen generis epydemius dicitur. Eudemus, qui a latinis dicitur patrius, regionalis, aut vernaculus, nil aliud eſt, quam vnus morbus plures afficiens in vna regione: vt Ianuenſibus ſit tuſſis, & catarrhus: Neapolitanis podagra, & alijs tumores i collo. Epydemius morbus diuiditur in ſimpliciter epydemium, &

Simpliciter epydemius. peſtem. Morbus epydemius ſimpliciter; eſt vnus morbus multos afficiens, ſed non interficiens multos: hac ratione pleuritis, diſſenteria, exanthemata, & alij huiusmodi

Peſtis. populariter vagari ſolent: peſtis vero eſt epydimia pernicioſa: epydimia, quia multos afficit, pernicioſa vero, quia multos é medio tollit. Hi morbi peſtilentes varij eſſe ſolēt carbunculus, febris, & alij ſimiles. De morbis ſimpliciter epydimijs egit Hippo. in libris epydemion, in quibus etiā de peſte egit, ac proinde ea particulariter non dicauit librum. Cum peſtis ſit communis morbus, aliquando vnam ſolam regionem, aliquando plures inuadens: qualis fuit illa, qua tempore Marci Antonij totam Babiloniam, Graciam, & Romam inuaſit. Habebit ergo cauſam communē

Cauſa peſtis ex lib. 2. de hominis natura ſen. 3 & 1. epy. i proemio. Hac cauſa communis eſt aer ambiens, quo omnes perpetuò vtimur. Proinde dicebat Gal. 1. de diff. feb. cap. 5. peſtilētem febrem inſpiratione potius contrahi. Aer autem dicitur habere peſtilentem conditionem duobus modis: primo, cum habet prauam qualitatem, hoc eſt, putredinē,

Primus modus quo aer dicitur habere peſtilentiē cōditionem. toto temperamento nobis contrariam, quam venenatā dicimus. Hanc putredinem aer vel a ſe ipſo contraxit, vel aliunde. A ſe ipſo, quum ex vaporibus cum eo permixtis, & non putrefactis, aliqua eius pars ob prohibitā trā ſpirationem putreſcit prauā putredine. Aliunde eam cōtrahit, quum vapores a terra, aqua lacuſtri, legumini-

Quorūdā refutatio. bus, holeribus, fœtidis cloacis, aut a mortuis hominibus, putredinem habentibus venenatam, cum eo permiſcetur. Aliqui, ex corporum cœleſtium coniunctione hanc in aere

infectā

infectionem prouenire affirmant. Cum dicitur Saturnus Iupiter, & Mars, aut cũ Iupiter & Mars congregantur in humana domo. Qui omittendi sunt tanquam architecti, in cœlo fabricantes domos solo intellectu operatione. Neq. enim in cœlis corporibus quæ nobis contraria est, quæ creata sunt vt nobis seruirent. Verum tamen est, hanc contagionem tam lethalem a cœlo prouenire, hoc est a Deo, vt peccata puniat. Quod temporibus Dauid regis euenisse in sacris bibliis legimus. Secundo modo dicitur aer habere pestilentem conditionem, quum calidus & humidus est: quæ ratione Gal. de tempe. Gal. calidam & humidam constitutionem aeris pestilentibus morbis obnoxiam scribit: & Hippo. 2. epyde par. 1. sen. 1. in Cranone ex eadẽ constitutione carbunculos pestilentes factos testatur, erat enim æstas cum pluuiarum multitudine. Dices, nonne pestis habet putredinem pranam, qua ergo ratione aer calidus & humidus dicitur pestilens? Respondeo, aerem calidum & humidum corpora nostra reddere calida & humida, in eisq. humiditates augere, & hac ratione in pleriq. corporibus pranam generari putredinem, ex qua vapores elevatos, & cum aere permixtos simili modo in eo generare perniciem, & tunc iam esse causam pestis. Si aer causa pestis est, errant ergo, qui triticum putrefactum, nec a qua aut aquam pestem efficere sentiunt. Nam etiam si in triticio, aut aqua possit esse putredo generata, interficiet eadem ratione, qua pestis non tamen dicetur pestis, quia cũ non sit causa communis, non inficiet multos. Queres, si aer est infectus, cur non afficit omnes, cum omnes eum inspirent. Respondeo ad actionem non solum requiri causa efficientis præsentiam, sed passi dispositionem: & cum non omnia corpora sint dispositia ad pestem, non omnia eã concipient. Corpora dispositia sunt illa, quæ habent aliquas obstructiones, aut excrementa ad putredinem parata, qualia in corporibus calidis & humidis reperiri solent, ut posita, qua contactu aeris putris facile putrent.

Secundus modus.

Obiectio.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

Corpora

In duobus cõsistit præcautio à peste.

Prius quam curationem præsentis pestis) *Præcautio corpõris a peste in duobus consistit: primo in statu aeris consideratione: secundo in corporis natura. Si aer caliditate, & humiditate pestem faciat, ipsum alterabimus refrigerantibus & exsiccantibus. Si aer iam habeat putredinem, in ciuitate, & domo ignem accendes, ex thymo, pulegio, iunipero, cupresso. & alijs odoratis: quæ calidi tatẽ ra refacsunt aerem, & siccitate humiditatẽ absumãt. Secundo in corpore.* *Primo in aere.*

cundo considera corpus, nam si aer sit calidus, & humidꝰ & corpus similiter, hoc refrigerandum, & exsiccandum erit. Si corpus habeat dispositionem contrariam, fr iidẽ scilicet & siccam conserua ipsam. Si aer habeat prauam qualitatem, considera an corpus habeat firmam sanitatem, an lubricam: si habet firmam & integram sanitatẽ, tota præcautio consistet in expurgatione excrementorum, quæ secundum naturam colligũtur. Sic quotidie alui excrementa ducentur (si sponte non fluant) pilulis Rhasis, thamarindis, & casia. Excrementa secunda coctionis, bilis, & melancholia cum fœcibus expurgantur. Vrina reddenda est, quia detenta acres emittit vapores. Vt excrementa tertiæ coctionis ibere euacuentur, oportet ab aere frigido, aquis, & alijs astringentibus cauere, ne ab his cutis densetur. Si corpora habent sanitatem lubricam (est autem hæc in corporibus plethoricis, & cacochimis) oportebit plethoram ipsam euacuare atque cacochimiam expurgare. Quod si plethora coniuncta reperiatur in corpore cum aliqua cacochimia, tunc temporis virumque erit præstandum, primo igitur secabimus venam basilicã & deinde corpus purgabimus a cacochimia. Si prauæ in corpore excrementa reperiantur, per conuenientes & ad id a natura æstimatas corporis regiones sunt educenda. Si sit in aliqua vena obstructio eam aperire curabis. Si corpus non trãspiret, & diffletur, balneo aquæ tepidæ cutis spiramenta rarefacies. Præter hæc omnia dicta opus etiam erit in rebus non naturalibus seruare

medio-

mediocritatem. Cibi sint familiares, parum habentes ex crementi, & extenuates. Quod si ex natura tales nō sit, arte eos tales reddemus mixtis condimentis Vinū sit tenue. Aqua pura. Animi pathemata fugienda. Excercitatio, & venus modum seruent. Tandem vtendum est rebus putredini contrarijs, qualia sunt aromata. Quod si aliquis consueuit vti theriaca, aut alio alexipharmaco, ne potest eo vti precautionis gratia: si vero nō habuerit illud consuetum, omittendum erit. Cibi. Potus.

Quam falsa sint, quæ hoc loco docet autor de cardiacis medicamentis, intelliges ex capite de syncope.

Ephimera pestilens) *Omnis febris pestilēs ex Gal. lib. 1. de diffe. feb. cap. 7. ex putredine est orta: ac proinde diaria pestilens non reperitur: quia, vt cap. 3. huius lib. prōnauimus, spiritus non possunt putrefieri. Aliqui existimant, bene dari pestilentem diariam, & respondent rationi supra dictæ, non omnem pestilentem febrem esse putridam, quia ex Gal. lib. 3. de præsagio ex pulsibus cap. 4. datur pestilens hectica, at hectica non fit ex putredine. Respondeo aliud esse febrem oriri ex putredine, & aliud esse putridam. Nam febris putrida est illa, quæ ortum habet ex putredine existente in humoribus cauitatis cordis. At febris ex putredine orta illa est, quæ ortum habet ex putredine, sine sit in cordis cauitate, siue in eius corpore. Et hac ratione hectica febris non est putrida, ortū tamē habet ex putredine, quam ex fœtore anhelitus colligimus. Putret autē in ea substantia per corpus cordis dissipata, quæ ros dicitur: a cuius calore corpus cordis dispositum, suscipit factā alterationē. Cum autē hac putredo sit venenata, & dispersa per corpus cordis, nō est mirum, si hectica pestilens ita cito hominem interficiat, eorum pendo temperamentum cordis, vt nullum medico aut remedijs locum relinquat.* Nō dari diaria pestilens. Aliquorū ratio proba nos nō dari pestilentem esse putrem. Solutio.

Putrida pestis quæ) *Febrē putridā p. s. hanc ratiōe cognabis. Cū sit putrida, habebit affectus, quos Fracolio dixi-*

putridas febres habere. Et ita curatio eſt incipienda ab humore, qui fluit ad locum affectum. Vnde in principio

Sanguinis miſſio. ſanguinem mittemus ex cubitu, et brachij baſilica: neque enim amba baſilica ſimul ſunt inſcindenda, vt autor voluit: præſertim cum eius ratio friuola ſit: ſectio enim vena, ex quacunque parte fiat, per ipſam euacuat ſanguinem, non autem eo replet partes vicinas.

Purgatio. Tertio purgatione.) *Nunquam in principio licet purgare in febre peſtilenti: quia fere omnes, qui purgantur, moriuntur, & merito. natura enim eo tempore aut expulſit humorem ad cutem, vel non: ſi expulſit iam, iuuanda eſt, neque impedienda eſt eius motus, qui ad externa fit, præſertim cum humor hic venenatus ſit, & in motu ad interiora poſſit maxime ledere aliquod ex viſceribus. Si natura non expulſit humorem, cum crudus ſit, non poterit purgari: neque enim turget humor, cum ſit firmatus*

Obiectio. *in loco obſtructionis. Dices, quando ergo erit purgandum?*

Solutio. *Facilis eſt reſponſio, cum purgatio poſt coctionem vtiliter fiat, ſi natura non euacuat. Dices, in hoc morbo, cum humor ſit venenatus, nunquam alterabitur a natura. Reſpondeo, verum eſſe non alterari ob nutritionem, ſed vt ad*

Obiectio. *excretionem aptus reddatur ea ratione, qua atram bilem (quæ etiam non poteſt nutrire) vincit. Hoc ex Galeno lib. 5. metho. cap. 12. poſſumus probare: vbi deſcribit quandam conſtitutionem peſtilentem, in qua, expurgato corpore vomitionibus & alui deiectionibus. tandem omnibus, qui euadebant, apparebant nigra exanthemata, octauo, & nono die: quæ erant reliquiæ ſanguinis, qui in febre putruerat: quas velut cineres natura ad cutem truſit, ſi cui ſuperet alia etiam ſuperuacua expellere. Iam expurgationem corporis vomitionibus & alui deiectionibus factam,*

Solutio. *poſt coctionem ſequutam fuiſſe, intelliges ex eo, quod vtilis fuit. Si hoc non eſt, patet ergo humor venenatus coqui, & a natura vtiliter expelli.*

Quarto corroborantibus) *quando humor venenatus (ob*

ſtructi

ſtructionis cauſa) in hac febre expellitur a natura ad cutem & facit carbonem: tunc opus eſt, vti medicamentis interius aſſumptis, quæ ſudorem moueant, & exterius attrahentibus. Sudorifica ſunt primo hæc confectio; Rx cõfectionis de hyacintho & theriacæ magnæ an. ʒ j. pulue. ſcordij ʒ ß. decocti ſcordij (aut carlinæ quæ eſt chamæleon albus, aut cori herbæ) quantum ſufficit, miſce, & fiat potio. Hæc cõfectio habet compoſitionem ex hyacintho, quæ roborat interna, vt expellant ad cutem: habet theriacam & ſcordium, quæ Genenis contrariantur, & tenues habent partes, quibus cum decoctione dictarũ herbarum mouetur humor a exteriora: debent tamen ægri veſtibus & ſtragulis operiri. Aut poſſumus etiam vti cõfectione ad modum opiata; Rx theriacæ magnæ ʒ iij. cõfectionis de hyacintho ʒ ij. antidoti de ſanguinibus Galeni ʒ ß. pulueris ſcordij ʒ iß. conſeruæ capillorum veneris & acetoſitatis citri an. ʒ ß. cum ſyrupo acetoſitatis citri, fiat confectio, ex qua accipiat ʒ ſquis ad ʒ iij. cum decocto ſcordes & cooperiatur. Confectio ſcordei a Fracaſtoreo deſcripta optima etiam eſt cum dictis decoctis. Exterum ſupra carbonem vt attrahant vnguenta, animalia viua, lutzum ouis cum ſale, panem calidum, & alia, quæ tanquam imbecilla omittantur. Operæ ergo ſacrificare carbunculum: deinde ipſum lauare aqua ſalita: & tertio apponendum cauſticum medicamentum, ſiue tale ſit actu, vt eſt ignis, ſiue potentia, vt argentum, & vnguentũ egyptiacum. Vltimo cruſta conſumpta moueatur, & locus ad cicatricem perducatur. Et cum in tractu humoris ad carbunculum detineatur humor in glandulis ex ſua natura languidis, proinde fiunt bubones. Quibus opus eſt applicare etiam medicamenta, quæ attrahunt, qualia ſunt cucurbitulæ. Emplaſtrum ex quatuor gũmi oppopanaco, ſerapino, ammoniaco, & euphorbio ſtile eſt: debent enim hæc miſceri, & ſubigi cũ oleo rutaceo, aut camemeli, aut irino, & fieri ẽplaſtrũ buboni applicandũ.

Quãdo apparet carbo.

Sudorifica medicamenta.

Opiata.

Applicãda ſupra carbonem.

Bubo.

De Exanthematis.

CAPVT. X.

deſcriptio EXANTHEMATA Græcis, Plinio, & Latinis papulæ, ſunt tumores, & affectus cutis ſponte florentes, vt Manardus de re medica optimè meritus libro ſeptimo epiſtolarum ſuarum epiſtola ſecunda eſt autor, qua morborum omnium nomina à noſtris recentioribus medicis recepta, & ab antiquis prodita explicantur, quem hac in parte Fuchſius de omnibus bonis diſciplinis nõ ſecus meritus libro quinto capite octauo de curandis morbis ſequutus eſt: quamuis eruditiſſimus Fraciſcus Valleriola libro primo enarrationum ſuarum enarratione octaua demoſtret variolas & morbillos, qui in peſtilentibus febribus ſæpe (vt præſenti hoc anno, qui eſt milleſimus quingenteſimus quinquageſimus quintus) apparere per modũ quẽdam indicij ſolent, non dici à Galeno exanthemata, neque eſſe herpetes, vt idem Manardus loco ſuperius citato vult: ſed nulla nominum quæſtione cum Valleriola herpetes morbillos non eſſe (pace quod Manardi dixerim) affirmamus: quod optimè probat omnium bonorum autorum ſententia. Sunt ergo duplicia hæc exanthemata, quædam ſublimia & cum tumore ſatis perſpicuo & apparente, præſertim circa augmentum & vigorem ipſorum, quæ dicuntur à barbaris medicis variolæ, & ab Hiſpanis vulgari nomine dicuntur viruelas. Alia exãthemata ſunt lata & ſine ſenſili tumore, quæ barbaris medicis ſunt morbilli & Hiſpanis ſarampion. Qua in re fallitur Leonarthus Fuchſius loco ſuperius citato, & ſenſibus omnino repugnat, dicens variolas latas eſſe, & morbillos ſublimes: neque enim illud docet Galenus commentario nono, libri ſexti aphoriſmorum, dicẽs puſtulas, & tubercula, quæ

Diuiſio

Lata.

Error Fuchſij.

ſunt

fiunt ab humoribus calidis in acumen tendere & altũ petere, quæ vero à frigidiori, latæ ſunt, & non admodum pruriunt, quia fiunt ab humore non acri aut minus acri, ideoq. variolæ ſanguineæ magis pruriunt, & ſublimiores ſunt iis, quæ â ſanguine pituitoſo fiunt. Morbilli tamẽ à bilioſiſsimo fiunt ſanguine, & ob id minime petunt altũ, nullumque habent ſenſilem tumorem, quemadmodum eryſipelas: ſanguis enim maximè bilioſus i hac cutis affectione maculas, & puſtulas pulicum morſibus ſimiles procreat latas, & non ſublimes, maiores tamen, latiores, & rubicundiores ijs, quæ fiunt in peſtilentibus, & maximis febribus ab Hiſpanis dicitur puigon. Hi morbilli ſponte in cute erumpentes breui tempore euaneſcunt nulla relicta vlceratione. Quare nulla, poſtquam perfectẽ eruperunt, egent curatione.

Fiunt papulæ ſanguineæ, ſeu variolæ à menſtruo ſangui *Cauſa.*
ne materno ſaltem aliqua ex parte, ſi Arabibus credimus qui (vt inquit Valleriola noſtræ ætatis eruditiſſimus) plenus de his, & quantum ad ſubſtantiæ rationem & curationem quam græci tractauerunt, Auicenna præcipuè, qui fẽ prima quarti poſt febris peſtilentis tractationem eximiã egit de variolis, & morbillis indicans & à ſanguinis & humorum feruore hæc papularum genera naſci, & per modum cuiuſdam criſis fieri tranſmittente ſcilicet, quæ noſtrum corpus regit, facultate in eximias corporis partes viriatos ſuccos: vbi etiam oſtendit quibus temporibus etatibus, anni cõſtitutionibus euenianr potiſſimum & qua ratione perſanari poſſint, idq. profecto nõ minus copioſe, quam docte. Atq. hęc ipſa in præfatia de Auicena vt oſtẽdam non omnino vt pleriq nunc volunt tãti viri dogma abijciendũ eſſe, ſed ſepius amplectendum atq. imitandũ, vbi præſertim quid exacto iuditio illius methodũ examinantibus rectè tractaſſe videatur, & vbi etiam apud Grecos & Latinos accuratã doctrinã non inueniamus. Mor- *Morbillo-*
billi vero à ſanguĩe bilioſiſſimo gignũtur, mẽſtruo tamẽ *rum origo.*

aliqua ex parte & venenoſo adiuuante in his, & variolis procreandis, aere venenoſo & praua victus ratione. Quare inter morbos epidemiales numerantur, & futurā p. tē indicant, quando ijs multi eodem tempore eadem regione corripiuntur. Si quis dubitat cur hoc papularum genere omnes, modo ad legitimam peruenerint ætatē, ſemel afficiantur, qua nuis aliquādo bis, vt ego vidi, & nonnunquam ter aliqui corripiuntur, illi ſatisfaciet opinio quorūdam Arabum, & aliorū apud quos, vt diximus, menſtruus ſāguis eſt cauſa ſaltem aliqua ex parte huius mali, cū omnes in vtero generentur ipſo ſanguine, ac nutrianturnulla enim externa cauſa poteſt eſſe tam cōmunis omnibus: ſæpius tamen pueri, & aliquanto iuuenes rariſſimè ſenes hoc morbo corripiuntur: natura enim corpus profundum expurgans ſenibus eſt imbecillior, pueris valentior, & illorum corpus magis rarum, paratumq. ad plures morbos ob intemperantiam victus, & natura non poteſt diu ſāguinem prauum ferre. Deprehenditur hoc malum fiens, & factum vno ex viginti ſignis. Primum variolarum ſignū eſt dorſi dolor, ob ſanguinis feruorem: vena enim magna aſcendens admodum plena eſt, parteſque ei proximas, & muſculos compreſſione, pondere & calore dolere affi cit, vt in plethora experimur. Secundum eſt naſi pruritus, aſcendunt namq. à ſanguine efferueſcente vapores acres. Tertium eſt timor in ſomno, hoc eſt inſomnia illis ſunt multa, & ipſos terrent, à toto enim corpore aſcendunt vapores, & fumi imaginationem, cogitationem, memoriāque corrumpentes: quo fit vt dormientes ſæpe clament. Quartum eſt partium ſentientium vehemēs punctio, præſertim earum, quæ cuti ſubiacent: ſanguis enim ardens, eiuſq. fuligino ſi, & ignei vapores cutem diſtendunt, doloremq. pungentem efficiunt. Quintum totius corporis pondus & tenſio à toto ſanguine feruescente, parteſq. omnes corporis extendente. Sextum faciei rubor, præſertim oculorum, & maxillarum, quemadmodum in peripneumonia

Signa.
Dolor dorſi.
Pruritus naſi.
Timor in ſomno.
Punctio.
Tenſio.
Rubor.

monia videmus. Septimum lachrymæ ob vapores à ſanguine aſcendentes calidos, & acres, à quibus & humoribus alijs deſtillant lachrimæ. Octauus ſanguinis, & hũorum feruor, & calefactio per vniuerſum corpus, qualis reperitur in ſynochis. Nonum eſt frequẽs pãdiculatio, quã halicem medici barbari ex Græcis, qui halin & halicin vocant, nominarunt: de qua Hip. apho. 57. lib 7. & Gal. in commentario egerunt, quo in loco de pandiculatione & oſcitatione fit ſermo. quamuis Fuchſius dicat eos errare qui pandiculationem vertunt halicin, cum áxietudinem ſignificet, quam ſi habuerint ſani Galeno autore ſemper præſentibus moleſtantur, & ab vno negotio, & actione ad aliam tranſeunt: eodem modo & ægros illos ãxios eſſe, qui accubitum non ferentes iacendi figuram euariãt, quia ſemper præſens aggrauat eos. Hoc vero præcipuè illis eũenire cõſueuit, quibus in ore ventriculi, (quem nos abuſentes vocabulo ſæpe ſolemus ſtomacũ nominare) certa quædam humoris qualitas continetur vẽtriculo moleſta, quæ neq; quæ plurima eſt, neque in vẽtriculi fluitat cauitate, ſed eam ipſæ imbibere tunicæ, ſed meo quidẽ iudicio, licet illud ſentiat Fuchſius, Galenus in commentario non ſolum de oſcitatione, quæ chaſma dicitur græce, ſed etiam de pandiculatione quæ Græcis eſt halici, agit dicens ſed & oſcitari ſicut pandiculari contenta aliqua in muſculis, per quos tales fiunt motus, quos pandiculationes & oſcitationes nominamus, vel humiditate fluoſa, vel ſpiritu vaporoſo fieri eſt à nobis demonſtratu. ſed & pandiculationem vocat Theodorus, & Marius Nizolius vir doctiſſimus, & teſte Sebaſtiano Corrado in literis oĩbus, ſed maxime tullianis verſatus cõuertens Gal. expoſitionem linguarum Hippocratis halyſmon, & halicin heſitationem & agitationem vocauit. Quin & Petrus Iacobus Steue linguarum omnium & rei medicæ peritus lib. 2. epid. ſectione ſexta aphoriſmo 29. cõtra ſententiam Fuchſij halicin pandiculationem interpretatus eſt, ac ve

Feruorbus morum.

Pandiculatio.

Fuchſius.

Fuch

Fuchſium non impedimus, quo minus anxietudinem conuertat, ita nos autoritate horum virorum pandiculationẽ vere appellabimus. Hic aphoriſmus ſecundi epidimion ſimilis eſt aphoriſmo 57. lib. 7. aphoriſmorum, præterquã quòd in calce aphoriſmi epidimion additur aut lac, quod pandiculationi, ſeu anxietudini, & oſcitationi multum nocet, quum hæc ſymptomata à flatu, & frigidis humoribus fiant, & propterea vinum aqua temperatum ea curat, non lac. Quare adiectitiam eſſe aliam partem fatemur: autore enim Galeno commentario. 34. lib. 6. aphoriſmorum, quando in libris ſapiẽtis alicuius ſermo inuenitur aliquis manifeſto falſus, non ſine ratione contingit legentes dubitare & primo quidem ſibi ipſis diffidere, quaſi neque illa, quę ſint, manifeſte noſcentibus, deinde ſuſpicari, quod mendum fuerit interiectum. Sed his prætermiſſis redeamus ad ſignum nonum papularum. Tam igitur pandiculatio, quæ eſt, vt diximus, ſymptoma omnium muſculorum, quam oſcitatio, quæ eſt eorum tantum, quæ ſũt iuxta maxillas (hæc ſymptomata à ſomno fiunt) quam etiã anxietudo ægrorum, de qua diximus, indicant exãthemata ob vapores calidos acres, & multos à ſãguine efferueſcente muſculos omnes acriter ferientes, imo etiam totũ corpus. Decimum eſt palpitatio, ſeu concuſſio (quã barbari ſaltum appellant.) Hæc differt maximè à conuulſione, tremore, & rigore, vt docet Gal. lib. 5. cap. 2. de ſymptomatum cauſis. Vndecimum eſt anhelitus compreſſio, à copia ſanguinis, & vaporis, & fumi craſſi thoracem cõprimentis. Duodecimum eſt vox rauca. Decimũ tertiũ ſputum craſſum à nimio calore. Decimum quartũ eſt capitis pondus, & grauitas. Decimum quintũ dolor capitis, nõ ſolum cũ grauitate, ſed etiam pungens. Decimũ ſextum eſt cordis palpitatio, quam Arabes caphan, & barbari tremorem cordis nominant. Fit à febre ardenti & ferme peſtilenti. Decimũ ſeptimũ eſt oris exſiccatio, & ariditas, quæ ſemper ſolet febres ardentes conſequi. Decimũ octa-

Palpitatio
Anhelitus compreſſio
Raucedo
Craſſities ſputi.
Capitis grauitas.
Dolor capitis pungẽs ſimul.
Palpitatio cordis.

uum

lum est animi perturbatiões, cõuulsio & syncope ob ma teriam venenosam cerebrũ neruos, & cor lædentem. De cimum nonum est dolor thoracis, & gutturis. Vigesimũ est tremor pedum, præsertim si supra dorsum iaceat æger nerui in tali accubitu sanguine & vaporibus impleti non libere animalem spiritum suscipiunt. Vnde tremor pedũ fit, & non solum pedũ, sed & aliarum partium, & aliquãdo totius corporis, vt ego vidi. Vigesimum primum est febris synochus putrida & ardens, præsertim in morbillis. Cuius febris principium, & augmentum occulta sunt: vigor tamen statim apparet, cum sit tempus indicij. Rhases tamen breuitati studens paucioribus notis demonstrat ortum variolarum, & morbillorum ita ad Almãsorem cũ inquit: febris acuta, & concluſa pueris præcipuè & inuenibus euenire cœperit & cum ea costarum dolor, nasi pruritus, & in somno timor, & capitis grauitas, & oculorum rubor, & in corpore sentitur punctio, argumentũ est ægro vel variolas, vel morbillos cito superenturos: & libro de nitionum, hoc est aphorismorum signum, inquit generationis variolarum est febris acuta, caliditas concluſa, & vehementia doloris dorsi, & pruritus nasi, & timor in sõno. Differt morbillus à variola, vt superius diximus, quia non habet sensibilem tumorem: lachrymæ etiam in origine morbillorum sunt plures, & maiores, maior calor, maior respirandi difficultas, & dolor dorsi minor. Salutaria maximè omnium signa sunt febris, omnium symptomatum remissio, facilis egressus, deniq. omnia boni iudicij signa. mala & sæpe lethalia signa sunt duricies, color viridis, violaceus, difficilis & tarda eruptio tarda suppuratio variolarum, frequens syncopa, & animi defectio, & si post illarum eruptionem subito euanescant, malum indicant, & si contigua sibi sunt omnia variolarum tubercula & ferme vnum efficiant, vel si vna variola supra aliam exoriatur est signum noxium & ostendit materiæ vitiosæ copiam. Peius etiam signum in hoc morbo erit, & lethalius

Oris siccitas.
Animi perturbatio.
Dolor thoracis y la ryngis.
Tremor pedum.
Febris synochus.
Renouatio ad signa pauciora.
Discrimẽ.

lus, ſi colore viridi, violaceo, vel nigro tingantur, & ſi copioſius in thorace, & ventre, quam in cruribus & extremis partibus efflorescant ſunt noxię. Signū etiam in his lethale eſt vrina ſanguinea, & deinde nigra, præſertim ſi facultatis defectus comitetur: omnes tamen qui hoc laborant morbo angina præfocati ferme ſęper pereūt, & aliquando ventris profluuio dyſenterico, vt iferius de puero dicemus.

Curatio. Duplex eſt curatio exāthematum ante eruptionem & ab eruptione prior vtriſq. eſt neceſſaria, altera vero tantum variolis, quæ ex ſanguine non bilioſo fiunt. Ante erupti

Ante eruptionē ęgri. onem curatur quatuor remediorum generibus.

Primo, victu tenui parum refrigerante, & humorum motum prohibente; vt aere parū frigido natura vel arte parato, floribus, herbis, & aquis frigidis. Cibis frigidis, & pauci ſanguinis, vt hordei cremore, lacte amigdalarum dulciū, cucurbita ſaccaro condita, ſucco malorū grana

Cibus.

Potus. torum acidulcium, lentibus, pyris, pomis, & cotoneis aſſatis, & abſtinentia carnium, ouorū & vini. Potus ſit aqua lentium biſcoctarū. Omnia calida nocent, quare alimenta multū dulcia, & ſalſa, vt cete ſalſum & ſimilia male à noſtris fœminis Valētinis exhibentur, quod demōſtrat ſenex Auenzoar: ipſe enim puer cum eſſet, abſēte patre me dico laborans exanthematis ob eſos piſces ſalſos, & ſumptum mel conſilio fœminarum in pernicioſa ſymptomata incidit.

Auerſio perfectionem ęgri. Secundo auertentibus, vt ſanguinis miſſione per venæ ſectionem in ætate florentibus & robore viriū, vel per cucurbitulas cū ſcarificatiōe ſcapulis, aut natibus affixas & per clementem & ſalubrem purgationem, quæ fiet caſia fiſtulari, tamarindis, manna, prunis damaſcenis, rha barbaro, & mirobalanis, & non per vehementiora medi-

Purgatio ſit clemēs camenta, quæ dyſenteriam concitare valeant: hoc enim ſymptoma pernicioſum ſæpe hūc morbum ſequitur, quo multi pereūt, vt ego ſępe vidi præſertī hoc āno. 1555. in

ter ali

ter alios Valetiæ obijt nobilis & magnificus Iacobus de Silua puer, sex aut septem annos natus, qui cum à variolis magnis & multis leuatus esset, & postea affectus morbilis vetris profluuio correptus perijt, & patiebatur anhelitus, & respirandi difficultatem. Optimus quoque est hic clyster in hoc genere remediorum; ℞ foliorum maluarũ violarum, & mercurialis an. m.j hordei sine cortice, & furfuris an. p.j. fiat decoctum, de quo percolato accipe ℥ xv diacatholiconis ℥.j. olei rosarum ℥.iij. saccari rubri ℥.ß miſce, & fiat clyster. Suppositoria, seu glandes ex melle, sale, & oleo auxilia sunt, & necessaria etiam infantibus à te primum annum, & si oportuerit, adde parum pulueris hieræ simplicis. Clysterem quoque paucæ quantitatis, & vis exhibere pueris & infantibus solemus: auertentia tamen per sanguinis missionem, & purgationem nutrici, & non infanti conueniunt.

Dyſenteria timenda.

Clyſter.

Suppoſitoria.

Obſerua.

Tertio, refrigerantibus cardiacis, vt syrupo granatorum syrupo rosarum, de agresta, cydoneorum myrtillorum, de acetositate limonum, de acetositate citri solis, vel cum decocto lentium bis decoctarum sæpe, & omni hora exhibitis infantibus quantitate vnius cochlarij grandioribus vero maiori, conserua etiam rosarum, violarum nenupharis, cydoneorum, & acetosa, vel hac aut simili mixtura; ℞ theriacæ de citro, & limonatæ smaragdorum an. ℥.j. confectionis de hyacinto ℥ iij. coralli rubri præparati, ℥ ij. conseruæ acetosæ & rosarum an. ℥ iiij syrupi acetositatis citri q.s. miſce, & fiat confectio. Si æger fuerit pauper; ℞ theriacæ de citro, & limonatæ smaragdorum an. ℥.j. succi citrangulorum, & malorum granatorum acidulcium an. ℥.ß miſce igne pauco.

Refrigeratio per cardiaca.

Conſerua.

Confectio

Pauperi.

Quarto, corroborantibus partes aliquas, ne offendantur, affectasq. curantibus inter quas sunt pius, & magis occuli, pulmones, & intestina læduntur, statim ergo initio febris ante eruptionem exanthemarũ sæpe oculis instilletur hic aut similis liquor frigidus astu; ℞ aquæ rosatæ ℥ iiij. seminis

Corroboratio.

Initio fe-

minis cydoneorum, ſumac an. ʒ.j miſce. Zaphirus lapis oculos ſuo tactu corroborat. Si incipiant eruptiones exãthematum, adde parum croci medicamentis repellentibus & parum aquæ fœniculi. ſi tamen oculi laborarint exãthematibus ſummo ſtudio prohibenda eſt eorum maturatio per exiccationem factam mixtura ex ſale, camomilla, & furfure actu calidis, aut ex ſemine fœniculi, milio & ruta. Oculorũ albugo, & cicatrix, ne viſo pereat, curatur aqua corticum fabarum, ſyrupo roſarum, rhodomelle, puluere ſaccari candi, puluere oſſis ſepiæ, & alijs, de quibus capite 18. & 19. ſuperioris lib. Thorax, & pulmões corroborãtur ab initio & ſemper loch ex lentibus, cuius duæ ſunt præcipuæ deſcriptiones, prior hæc: ℞ farinę, vel puluerislentium ʒ iij ſeminis papaueris. ʒ.j. conſeruæ roſarum. ʒ.ij. iulep roſati ʒ.ſ. miſce, & fiat loch: altera eſt in vſu apud Valentinos; ℞ lentium p.ij. vuarum paſſarum ſine granis. pj ſeminis papaueris. ʒij roſarum ʒ.ſ. fiat decoctum ad pondus lib.j. cui percolato adde ſaccari candi lib. ſ. Puluerisdiadraganti frigidi ʒ.ij. miſce, & igne pauco fiat loch, de quo accipiat ſenſim trãſglutiendo, vt ab vna via in aliam permeet. Inteſtina corroborãtur clyſtere ex ſolo lacte, ĩ quo lapides igniti extincti ſint, vel chalybs. Si ventris profluuium adſit, adde puluerisdiadraganti, maſticis, ſanguinis draconis. an. ʒ.j & ſi hoc non ſatis fuerit, illa neceſſaria erunt, quæ cap. 36. 37. & 38. ſuperioris libri diximus. Naribus quoq; ne impediatur capitis purgatio & refrigeratio, ſunt admouenda oleum violaceum, amigdalarum dulciũ, ſeſaminũ, vnguentũ, roſatũ & ad maiorẽ purgationem ſuccus betæ, vel maioranæ cum aqua roſarũ eſt bonus. Vlcera narium curantur terſione per mulſam, rhodomel, oxymel ſimplex, & poſt per unguentũ lithargyrij cũ pauco puluere tuthiæ præparatæ, vel conſule doctum chirurgum. Apparentibus exanthematis, ſi natura probe illa excreuerit, nullam oportet facere medicinam intra aphoriſmum vigeſimum primum Hippocratis libri primi quæ indi

Viſum corroborant.

Quando oculi laborant variolis.

Quibuscunq; albugo.

Corroborãtia thoracem.

Loch lentium cuius duæ ſunt deſcriptiones.

Inteſtinorum corroboratio.

Naſũ auxilia.

Poſt eruptionem.

cantur, aut iudicata ſunt integre neq; mouere, neq; noua re ſiue medicamentis, ſiue aliter irritãdo, ſed ſinere oportet, victus tamen eſt permutãdus, nam omnia, quæ nõ impediant eruptionem, & ipſam facilem reddant, ſunt neceſſaria, vt aer calidus, victus tenuis, aperiens, & mouens ad cutem humores, vt eſt ius ex ciceribus, foliis raphani, petroſelini, & croco, & ſimilibus. Potus ſit aqua hordei, & caricarũ. Inſpicere res rubras, & punicas ſumme neceſſariũ, propter imaginationẽ enim ferantur ad cutẽ humores. Aliqui inuoluũt infantes pannis puniceis, quod non damno, ſed primum magis laudo. Quod ſi natura in expellendis humoribus tardior, aut imbecillior ſit ipſaq; exanthemata difficulter egrediantur, & modo emineant, modo aſpectum fugiant, eſt ſignum pernitioſum: ſi id ob magnã plenitudinẽ aduenit, ſanguinis miſsio fiat ſecta vena ieco raria, vel ab ſcapulis ſanguis mittatur per cucurbitulas cũ ſcarificatione: hæc enim vacuatio non impedit opus naturæ, quemadmodum ea, quæ fit ſecta vena. Deinde, etiã ſi non præceſſerit ſanguinis miſsio plenitudo non eſt, & robur virium, hoc, aut ſimili medicaméto vtere, quod tollit obſtructiones clementer, humoreſq; ad ſummã cutem ducit; Rx caricas. xv. feminis fœniculi, apij, laccæ. an. ʒ. ij. lentiũ ſine corticibus ʒ. j ℈. gũmi dragaganti, roſarũ, ſantalorum, ſeminis cydoneorũ an. ʒ. ij. decoquantur in libris. viij. aquæ ad medietatem cui percolato adde croci in puluerem redacti, ʒ. ij. Doſis bis in die vncia vna. Hoc medicamentum eſt etiam expertum & optimum huic generi; Rx laccæ ablutæ ʒ. vj. lentium ſine cortice. ʒ. viij. gũmi dragaganti, ʒ. iij. decoquantur in. ʒ. viij. aquæ ad medietatem. Doſis omni hora eſt cochlearium vnum præſertim vẽtriculo vacuo. ſi ei adderes ſyrupi de duabus radicibus, & capilli Ve. an ʒ. ij. melius ſaperet & valeret Suffitus rerũ redolentium calidarum trahit quoq; humores ad cutẽ Inuoluere etiã totũ corpus pãnis calidis ſuffitu rerũ calidarũ ducit ad cutẽ humores. Poſt integrã exã hemarũ eruptionem

Victus. Aer. Cibus. Potus. Inſpectio rerum rubrarum. Quando ſanguis ſit cuandus. Optimum auxilium cum natura tarda eſt in educendo ad cutem.

Suffitus.

cutio, & exiccatio.

eruptionem, & materationem eſt neceſſaria puris euacuatio, & exiccatio: ruptis igitur exanthematibus acu aurea, vel argentea perfectius, & citius exiccabuntur, & in futurum paruæ remanebũt cicatrices: pus enim ſi diutius permanſerit, magnam efficiet cauitatem, maioresq. cicatrices apparebunt. Hoc medicamento deſiccantur exanthemata; ℞ ſalis farinæ fabarum, & lentium an p j farinæ orobi, lithargirij, ceruſæ an p ß. miſce. Exiccantur ſimiliter fotu ſolius ſalis, quo auxilio vtuntur noſtræ fœminæ in deſiccandis exanthematibus, etiam non facta arte inciſione: quamuis ſi, vt dixi, fiat, multo minores cicatrices, & veſtigia apparebunt. Sed ſi cupis exanthematum veſtigia tollere, & faciem priſtino nitori reſtituere, lege, quæ diximus cap. 22. Inter alia oleum roris marini (optimum fit in oppido de Octinent & aliis Valentinæ ditionis oppidis) & balſamum in hoc ſunt ſæpe probata. Mixtura ex optimo melle, ex puluere oſſis ſepiæ, & puluere ſaccari candi ſæpe admota locis affectis omnes cicatrices. & maculas tollit. Eãdem vim habet ſpuma maris. Poſt balneum frequens laua ſæpe faciem, & alias partes affectas cicatricibus, & ignis aqua calida cum farina orizæ, furfure, & amydo, & curabis. Hæc aqua calida eũdẽ præſtabit vſum, ſi ea ſæpe calida lauentur partes; ℞ radicis ſerpentariæ lib. ß. foliorum, florum, & corticum fabarum vi ridium. m. ij. ſucci ſaponariæ ℥. iij. aquæ roſarum, & ſucci limonum an ℥. iiß. miſce, & fiat ex his aqua per diſtillationem. Idem præſtat hoc medicamentum: ℞ pinguedinis gallinæ ℥. j gummi draganti, & arabici, florum fabarum. an. ℥. jß. fiat decoctum in aqua decocti furfuris. quo reſeruato in vitreo vaſe laua partes has ſaltem bis in die.

Laudatur inciſio.

Ad veſtigia tollenda.

Mixtura optima.

Spuma maris.

Aqua præſtantiſſima

Medicamentum optimũ quod dicitur.

Hoc quoq. medicamentum eſt optimum in hoc genere remediorũ: ℞ lithargirij bene loti, cineris radicũ cãnarũ, oſſiũ canis, vel leonis, farinæ cicerum, & orizæ, ſeminũ melonum, cucurbitæ ana, coſti an ℥ß. miſceantur ònia, & cũ muſcilaginib' fœnugræci, ſeminis lini & pauco mel

le fiat

le fiat mixtura, quæ à noſtris fœminis dicitur muda, quæ ſæpe faciem & alias partes his maculis laborantes prima nocte, & ſummo mane lotas aliqua ex ſupradictis aqua, vel ſolo decocto furfuris proculdubio curauit, Deoque auſpice, cui laus & gloria ſempiterna tribuenda eſt.

De Exanthematis.

CAPVT. X.

Scholium.

EXANTHEMATA Græcis) *Quamuis exanthema ſit nomen generale, omnes cutis efflorescentias comprehendens, ſpeciatim, per exanthemata, variolas & morbillos intelligimus. Sunt ergo duæ febres, quarum vna ſynochos eſt, & altera tertiana continua: quæ eã habent naturam, & conſtitutionem, vt celerem habeãt motum, & ſtatim criſi finiantur, ita vt ſynochos humorem expellat ad cutem, qui facit variolas, quæ ſunt tumores à noſtris appellati pigota: tertiana vero efficit morbillos tumores latos & eleuatos parum, qui à noſtris pallola dicũtur. Humor autem in his febribus neque eſt permixtus cum ſanguine meuſtruo, neque eſt venenatus: ſed aut eſt ſanguis, aut bilis: quæ talem putredinem conceperunt, quæ cito vincitur, & expellitur: ita vt illos tumores efficiat. Inter hos tumores eſt diſcrimen: morbilli enim ſunt tumores ſicci, & qui non veniunt ad ſuppurationem: bene tamen variolæ, in quibus ſtatim humor mutatur in pus: & ſic vlcera multa efficit. Inde colliges, malum eſſe humorẽ & recurrere ad interna, quia facit in ventriculo, inteſtinis, & alijs partibus multa vlcera: quæ lethaliſſima ſunt,*

Febres in variolis & morbillis.

Diſcrimẽ inter hæc

quia ex ipsis lienteria, & alia symptomata eueniũt. Quæ
Curatio metum non habemus in morbillis. Harum febrium cura
tio, cum sint putres, ab obstructione fiente erit inchoãda,
Quibus sa ac proinde in principio sanguinem mittimus. Et cum na
uetur me tura statim vincens humorem in foco existentem efflores-
tus natu- centias faciat, aut verius tumores: proinde his apparenti-
ra. bus, oportebit cessare a missione sanguinis, & motum na
turæ tuuare. Quod præstabimus potu, alimentis, & medi
camentis astringentibus, roborantes partes internas. Sic
potus est secundum ius lentium quod astringit. Alimẽta
Alimenta sunt pyra, malum granatum & similia. Nos solemus ma
lum granatum totum contundere, succumque exprimere,
cui permiscemus croci parum, & syrupũ de agresta, quod
Medica- interdiu propinamus sæpe. Medicamenta sut syrupi as
menta. stringentes, & alia similia. Vnde videbis errare Amatũ,
& qui illum sequuntur in his exanthematis vtentes re
bus sudorem mouentibus: hæc enim aperiunt meatus in
ternos & sic imminet periculum, ne humor ad interiora
recurrat. Hoc autem timemus, non quia humor in tran
situ exulceret, vt omnes video sentire, humor enim benig
nus est, & a natura victus: sed ne fiant in solidis partibus
internis tumores, quos variolas appellamus. Atque
Hæc sufficiant. Sit que laus, gloria, & honor Omnipoten
ti Deo semper.

FINIS

Submitto me correctioni sanctæ matris ecclesiæ

Medica disputatio.

An cannabis & aqua in qua mollitur possint aerem inficere.

CVM febrium tam multarum, tamq; grauium, quæ proximo autumno Valentiam inuaserũt, causam eruditissimi medici scrutarentur, in eam opinionem quidam inciderunt vt hæc omnia detrimenta, quæ non solum ad Valentiam, sed etiam oppida finitima redijssent ad congeries aquarum, in quibus cãnabis emolliretur, referrent. Qua sententia intellecta meam vt proferrem, iusserũt, grauissimi inquisitores nostri, quorum familiæ ego medicus præpositus sum. Quibus vt libentissime parerem quid sentirem, volui declarare. Cannabem igitur, & aquã, in qua infunditur atq; mollitur, aerem inficere atq; corrumpere qui censent ex ingrato odore demonstrare conantur, qui effectus à putredine cum sit, maximã vim affert ad aerem alterandum quo alterato necesse est morbos procreari. Quod argumentum videtur Galenus in libello de theriaca ad Pisonem Hippocratis exemplo confirmare his verbis. Quam ob rem inquit Hippocratem illum multis modis admirandum laudo, qui luem illam ex AEthiopia Græcos inuadentẽ nõ aliter curauerit quã aeris mutatiõe, & alteratione, ne talis amplius inspiretur. Præterea Auicẽna sen prima, 4. lib. tractatu secũdo, capite primo visus est velle aerẽ infici posse ab aqua, in qua cãnabis maceraretur his verbis: putredo accidit aut propter cibũ malũ, quũ est præparatus vt putrefiat illud quod generatur ab eo propter malitiã suæ substantiæ, aut propterea quod velociter recipit corruptionem, quamuis sit bonæ substantiæ, sicut lac: aut quia aquosus nutrimẽti malũ remouens sanguinem à substantia sua, sicut illud, quod

generatur à fructibus humidis, valde tardis ad digerendum, aut quoniam ex illis eſt, qui non conuertuntur ad ſãguinem bonum, imo remanet humor malus, frigidus, quem aborret calor innatus, & putrefacit illum, ſicut ille, qui generatur à cucumere, & citrulo, pyris & ſimilibus, aut propter maliciam artificij eius, aut horæ ipſius, aut ordinis eius, ſecundum quod ſcis: aut propter oppilationem prohibentem reſpirationem, & euacuationem propter complexionem corporis malam, cum non poteſt digeſtionem facere bonam: aut propter diſpoſitiones extrinſecus ex aeribus malis, ſicut eſt aer peſtilentiæ, & aer lacunarum & locorum infuſorum in quibus huiuſmodi res madefiunt, vt linum & ſpartum paulo poſt alias ferme putredinis cauſas ſcribit Auicenna, motum videlicet, & balneum à cibo, & ſolem in æſtate, & alimenta calida in ſecunda menſa. Sed omnibus ijs argumẽtis aduerſatur experientia, cui magna fides habenda eſt autore Galeno libris prioribus de ſimplicium medicamentorum facultate; ſunt enim vrbes, & oppida multa in Hiſpania ſaluberrima, in quibus magna cannabis copia ſeritur, & emollitur, Setabis videlicet, Tarraco, Alcagniciũ, Requena, Vtielum, Vilanoua infantium, & de Alcarras (ſunt hæc oppidorum nomina) in quibus & pleriſque alijs homines & ſanitate, & ſenectute fruuntur. Cõtra vero plurima oppida vidimus febribus vexata, in quibus nullus cãnabis cultus eſt. Imo Valentia ãno. 1523. & 1530. maxima peſte fuit correpta, quo tempore ne ſerebatur quidem cannabis, nedũ macerabatur: ab anno tamen 1530 ad hæc vſque tempora magna vis cannabis alitur & mollitur, nec peſtilens cõſtitutio genita eſt. Verum his experimentis multæ ſubiunguntur rationes, quarum prima eſt non ſolum non alterare aerem ſed putredinem noxiam expellere & ſuperare, quæ poſſet in aqua gigni. Atque vt hoc intelligentius expediatur, quid de cannabe ſcripſerint phyſici, & medici veteres, videndum erit. Dioſcorides ergo lib. 3. cap. 141 duplicem

Experientia docet aquam cãnabis non inficere aerem.

Ratio confirmãt ex perientiã.

Dioſcorid. quid deçã nabe.

picem esse cannabem asseruit, vnam syluestrem quæ inflammationes lenit, tumores discutit, tophos articulorū, lapidosasque duricies dissipat,& funibus texendis est apta alteram vero satiuam, cuius semen maiori copia sumptū genitale semen extinguit, eiusq. succus auribus instillatus earum dolores curat. Plinius vero libro.19.ca. 9.dicit eā ingratum habere odorem, quādo seritur, & quando vellitur, cuius semen Italorum est cibus,& post lib.10 cap.23 dicit cannabis in syluis nata est nigriore filo,&asperiore, semen eius extinguere genituram virorum dicitur,succus vermiculos aurium,& quodcunq. intrauerit eijcit, sed cū dolore capitis: tantaque vis ei est,vt aquæ infusus eā coa gulare dicatur. Radix contractos articulos emollit in a qua cocta,itē podagras,& similes impetus. Galenus post Hippocratem medicorum facile princeps 1 de alimentorum facultatibus cap de semine cannabis, asserit quosdā ipsum contusum cum alijs tragematibus,id est bellarijs secundæ mensæ potus gratia comedere,& lib.7.de facultatibus simplicium medicamentorum eadem quæ Dioscori des scribit additque,flatus eo dissipari. Cuius ergo tanta vis est,vt hæc omnia, quæ ab his autoribus scribūtur, effi ciat, credi non facilè potest aerem infici ab eo posse,sed nec inficere posse credēdum est, cum gramina omnia,& herbę noxiæ ipsius vicinitate pereāt. Quod si hæ vires cā nabi tribuuntur, non tantum putrefaciet aquam, quantū, quæ fit putredinem excutiet. Vires autē hę cannabis,quæ calidissima & siccissima est, ac planè ignea, & ab scriptoribus proditæ sūt & eas experimur quotidie. Tam acri ergo facultate prædita cum sit,agricolæ, vt ea vti possint, in aquis mergunt, vt humiditate & frigiditate contrarijs qualitatibus eius vis vinci possit, quę in pugna tam remisę sunt vires harum qualitatum, vt cum neutra superet alteram, putredo noxia gigni non possit: quę tamen calidi tate & humiditate superante generatur. Ingratum verò odorem esse, & caput eo offendi ex Plinio scimus: nō ta

Plinius.

Galenus.

Enecat herbas.

Ratio Galdissima.

men valde putrē: nec enim id vllus autor affirmauit, nec ratione confirmari poteſt, ſed cum tanta ſit eius acrimonia tamque ignea eius facultas, poteſt offendere non ſolum odoratum, ſed caput etiam ipſum, at hoc ad giguē dos morbos populares, quales iſti volebant ſatis eſſe nō conſtitit, nec vlla ratione demonſtrarunt. Neque locus ex Galeno indicat veram eſſe illorum ſententiam, neq. eo vti poterant, niſi offenſum fuiſſet, aere cannabis aquam poſſe infici, nam alioqui infecto aeri ſola eius mutatione & alteratione mederi poſſumus. De Auicēnæ autoritate ita iudico, vt contra nihil faciat. cum in ea nulla cannabis fiat mentio, & ſi vera eſſet, loca, in quibus ſpartum emollitur, eſſent inſalubria, quod experientiæ aduerſatur, cum oppidum del Villar regni Valentini ſit ſaluberrimum: infunditur tamen ſemper ſpartum. Præterea ſi in his omnibus eſſet credendum Auicennæ, aliunde tā mali ſucci, vt fructus ab eo dicti, & etiam lac optimi ſucci, & alia multa vt exercitationes, balneum, calida alimenta à cibo eſſent omnino prohibenda. Scio ego rem peratam regionem eſſe omnium ſaluberrimam, quā nō poſſidēt Valētini, vt Ledeſma eruditiſſimꝰ credebat ſcio & hanc paratam eſſe ad morbos humidos, & pituitoſos, quamuis fere omnes ſint bilioſi, & propterea multi apoplexia pereunt, plurimi morbo comitiali perimuntur: ſed tamen hæc omnia non conuincunt ad cannabis lacunas cauſam morborum eſſe referendam. Sed his omnibus omiſſis non eſſe hæc curanda vellem, ſed dico regionem hanc non ijs, ſed alijs circumfuſis aquis totam alterari, ideoque pars, quæ ad mare pertinet, eſt inſalubrior, vt domus regia & omnes domus, à via ſaguntina vſque ad mare non ſalubri loco ſunt, ſunt enim humiliores, nam loca montana ſalubria ſunt magis. Si ingratus cenſetur ab his odor cannabis ingratus eſt multo magis odor brutorum, & vermium, quibus noſtra Valentia ſæpiſſime eſt plena, ſi ingratus eſt odor cannabis, multò grauior eſt odor

In Auicē nam.

Temperata omniū ſaluberrima Valentia quib⁹ mor morbis ob cōmoxia

dor excrementorum corporis humani, quorum vacuatio ne carere non poſſumus, at multo magis ijs abundant, quia cloacæ innumeræ ſæuam exhalant graueolentiam, & ſemper apertæ ſunt. Si principes ciuitates, & domus ſa luberrimas amant, & vaporum graueolentium expertes, eligant loca tēperata, & alta & à mari, & alijs aquis ſtag nantibus multum diſtāria, in quibus nulla arbor, nullaq. herba aerem aliquando inficiant, qualis ſunt nux, ficus, ſambucus, helleborus, eruca & braſſica. Sed cum ex his intelligi poſſit peſtilentium morborum aliò referēdam fuiſſe cauſam, plures rationes non addam, cum tamen adiungi poſſint & rationi & experientiæ conſentaneæ.



INDEX RERVM

AC VERBORVM QVAE IN CONTEXTV SVNT PRIMVS NVMERVS folium indicat, a primam paginam, b, ſecundam.

A

ACria nocent Diarrhææ. 142.b.
Accipitris & murium vis 59.a.
Achorum deſcriptio cauſæ & notæ. 24.a.
Admonitio inſiſtendo fluxu ſanguinis a capite. 101.a.
In partu difficili. 225.b.
In quartana, 264.a
Adeps caprinus curat ventris profluuium. 143.b
Aerem ſalubrem efficiencia, 277.b
Aëtius reprehenditur 31.b.201.b
Albuginum oculorum deſcriptio cauſæ & curatio. 86.
Alexandri tralliani medicamentum purgans pituitam lethargi. 41.b.
Algalia quando neceſſaria. 287.a.
Amati luſitani error. 138.b
Amor inſanus quid. 63.a
Amoris inſani præſeruatio. 63.b
Animæ curatio, 277.a
Anaſarcæ curatio. 174.a
Ani procidentiæ deſcriptio & cauſæ. 207.a
Curatio. ibidem.b
Anodyna in arthritide. 234.a
Anginæ deſcriptio & cauſæ. 207.a
Cauſæ notæ & curatio. 97.a.b
Ante balneum quæ ſeruanda. 272.b
Antiquæ cephalalgiæ curatio, 31.b
An ſecanda ſit vena in omni febri putrida, 251.b

A pleuritide ſuppurata pauci euadunt 110. a
Apium & alia multa epilepſiam detegunt 52 b
A pituita fere ſemper epilepſia ibidem.
Apoplexiæ deſcriptio & cauſæ 66. b 67. a
Notæ & curatio ibidē. b
Apoplexiæ topica auxilia 69, b
Apoplexiæ vitæ & mortis imploratio ibidem
Apoplectici cur nō ſepeliendi niſi poſt tres dies ibidē
Apophlegmatiſmi, maſticatoria barbari vocant 68. b
Apoplexia proxima epilepſiæ 49. b
Appetentia immodica & eius cauſæ 132.b
Appetentia cur neceſſaria 136. a
Appetentia quomodo fiat & quid ſit ibidē.
Apparantia bilem cum pituita & vacuantia 259. b
Aqua ligni guaiaci 17. a
Aqua ſimilacis aſperæ ibidem.
Aquæ facié terſiorem & candidiorem reddentes 93. a
Aqua efficaciſſima & approbata 86. a
Aqua Ceraſorū præſtantiſſimū remediū epilepſia, 52. a
Aqua præſtantiſſima in Tabe 119. b
Aquæ carnis laus 124. b
Aqua rorjs marini vtiliſſima reſolutis 72. a
Aqua carnis hecticis 270. a
Ardoris vrinæ deſcriptio cauſæ & notæ 190. b
Ardoris vrinę curatio 131. a
Arabum opinio in Iſcuria 182. a
Arthritidis deſcriptio ſpecies & cauſę externæ 232.a
Arthritide pauci laborabant Hippocratis tēpore ibidem
Arthritidę laborātes Eunuchos vidit Galenus, non autē pueros ibidem
Arthriticus viſus puer 7 8 9 annorum ibidem.
Arthritis hereditarius morbus 233. a
Aſciris cauſæ & Anaſarcæ 173. a
Aſcitis curatio 176. a
Aſthma quid 104. a

Asthma vt epilepsia accessiones habet 104.b
Asthmatis curatio extra accessionem 105.a
Asthma morbus cronicus 105.a
Auertentia sanguinis impetum 97.b
Auertentia pituitam 30,b
Auertentia in accessione epilepsiæ 50,b
Auenzoar vixit 135. annos 223.a
Augentia capillos 9.b
Auctor quibus auxilijs curauerit febres cõpositas. 272,a

B

Balnei commoditas 272. b
Balneum ex aqua frigida nocet hecticis ibidem.
Benedictæ Nicolai compositio 7. a
Bene & liberaliter nutrientia 52. b
Bilis purgatorium mixtum cum purgatorio pituitæ purgat pituitam 41. b
Bilis flauæ coquenda est 2. b
Bilẽ flauã coquẽtia simplicia & cõposita 4. a
Bilem atrã cõcoquentia siplicia & comppsita 3. b
Bilẽ atram purgãtia simplicia & composita 4. a
Bilis vacuatur in arthritide sine concoctione 234. a
Bilis turgentis purgatio 252. a
Bilis non turgentis præparatio & euacuatio ibid.
Bouis ortui propinqui caro est boni succi 57. a
Brasauoli error 100. a
Britannica febris sudatoria 281 b

C

Calculi vesicæ causæ & notæ 181. a b
Calculi renum notæ ibidem,
Calculi renum & vesicæ curatio 182. a
Camphora calida 122 b
Cantharides 185. b
Cantharidum improbatio 175. a
Cancri flomatiles 270. b
Capitis doloris nomina & causæ generales 36. b

capitis doloris ſingularis cauſæ & notæ 25.b.27,a
capitis doloris curatio, 27,b
capitis diſtillatio diarrhęam facit, 142.a
cardiacorum ſpecies. 278,a.
cataplaſma ad hydropem 175,b,
cæparum eſus largus lethargum gignit 41,a,
cauterium in fluxu ſanguinis quando neceſſariũ. 202,a.
cibi faſtidium quid,cauſæ,notæ,& curatio. 136,a,b
cinis ſcorpionum 174,b
cinis leporis corticũ ouorũ gallinarũ & mortacillę. ibi.
clyſter ex iure gallorum 160,a,
clyſter communis colici doloris ibidem
clyſter potentiſsim⁹ in mola 223,b
clyſter periculoſus habentibus herniam 230.b
clyſter in quartana 264,b
comitialis morbi deſcriptio,diuiſio,cauſæ & notæ. 49.a
comitialis morbus hæreditarius non curatur,non hæreditarius difficulter maxime a 25. annis. 50,a
choleræ deſcriptio cauſæ notæ & curatio. 137,b,138,a
colici doloris deſcriptio cauſæ & notæ 157.a
colici doloris curandi regulæ obſeruandæ 158.a
coli fotus & repellentia 159,b
colocynthidis ſubſtantia nocet inteſtinis 159,a
compoſita lapidem frangentia 185,a
compoſita pituitam concoquentia. 3 h
concoctio quid indicat. 3 a
cócoctione nõ precedenti vacuatio nõ faciẽ la. ibidẽ
conditum in hectica. 272. a
confectionis hamech compoſitio,& doſis. 6. b
cõfectio purgans ad Gallicũ morbum. 16. b
cõfectio vtiliſſima mingentibus ſãguinem. 194.a
confectio diabeti optima. 196.a
confectio vtiliſſima conuulſioni. 75. b
confectio expuentibus ſanguinẽm. 116. b
confectiones duæ in quartana. 265. a

Correctio rigoris & frigoris in tertiana. 259 a
Corrigentia ſymptomata febrium putridarum 253 a
Corroborondus ventriculus in tertiana notha· 260 b
Conſtantiuus. 155 a
Conſuetudo Carpentanorũ in ſumendis ſyrupis. 4 a
Conſolida optima in hernia. 130 b
Conuulſionis deſcriptio, ſpecies & diuiſio. 73 a b
Conuulſionis cauſæ. 74. a
Cnnuulſionis notæ & curatio. 74. b 75. a
Conuulſionis purgatio ſine concoctione. 75. a
Conuulſioni admirabile medicamentum topicũ. 75. b
Curatio achorum cum pileis. 25. b
Curatio mixta doloris colici & renum. 159. b
Curatio Artritbidis calidę. 233. b
Curatio frigidę Artritbidis. 2ê4. b

D

Decidentiæ capillorum deſcriptio cauſæ & ſigna. 1. a
Decidentia capillorum morbi Gallici ſymptoma eſt. 2 a
Decidentiæ capillorum curatio. 2. b
Decidentiæ capillorũ à cauſa calida vnguẽtum. 9. b
Decidentiæ capillorum à cauſa frigida vnguentũ. ibidẽ
Decoctum ſumendũ die purgatiõis melãcholiæ. 58. b
Defluxus humorum à capite. 100 a
Dentium dolores, & de ipſis quoque denigratis & mobi libus & horum cauſis. 94. a
Dentium dolorum notæ & curatio. 64. b
Dẽtes maiori cum dolore medicamẽtis quam ferro euel luntur. 95. b
Dẽtium õnem dolorem curãt ſerpentũ exuuiæ. 95. b
Dentibus enaſcentibus pueris multi morbi fiunt. ibidẽ
Deriuatio humorum in lethargo. 41. b
Deriuatio in vertigine pituitoſa. 48. a
Diabetis deſcriptio & cauſæ. 194. b
Diabetis hiſtoria inaudita. ibidem
Diabetis ſigna & curatio. ibidẽ.

Diaphœnicon compositio & dosis 6. b
Deriuantia pituitam 30. a
Diarrhææ descriptio & diuisio 141. a
Diarrhææ notæ & curatio ibidē.
Diligentior epilepsiæ curatio ī gratiā valētiorū. 50. b
Discrimē doloris colici à magnitudie & hūore acri 157. a
Discutientia reliquias in melacholia & alterātia 58. b
Dissipātia humores qui āginam peperetunt ibidē
Dissipantia in morbo laterali 110. a
Dissipantia in arthritide 235. a
Discutientia pituitam 30. a
Dissoluentia grumos sanguinis 116. b
Distillationis à causa frigida curatio 100. b
Distillationis à causa calida curatio 101. b
Diuertentia in morbo comitiali 52. a
Doloris aurium causæ & notæ 88. a b
Doloris aurium curatio ibidē
Dormiendumne sit an non sumpto medicamento purgante 2. a
Dosis syruporum 4. a
Dysenteriæ descriptio causæ & notæ 151. a
Dysenterię curatio ibidem
Dysenteriæ antiquæ curatio 152. b
Dyspnœæ descriptio causæ notæ 104. b

E

Electuariorum ferme omniū purgātiū cōpositio & quātitas simpliciū valenter purgantium & dosis 6. b 7. a
Electuarium mirabile ad soluendam epilepsiam 53. b
Electuarium in febre composita 268. a
Electuarium in hectica 272. a
Empyematis descriptio causæ & notæ 117. b
Empyematis curatio 118. a
Epylepsiæ descriptio causæ & signa 49. a b
Epithema cardiacum 252. a
Epilepsiæ curatio 50. a

Epithema cardiacis 252. a
Error quorundam in purgantibus medicamentis 6. a
Error Fuchſij 287. b
Error quorundã in componendo diaphœnicon 6. b
Error quorundam in componendis pilulis cochijs 8. a
Error Auicennæ 51. a
Error indoctorum in pleuritide 110. a
Error in explicatione icteri 170. a
Error in curandis hæmorrhoidibus 203. b
Error iuniorum ſuper aſſatione rhabarbari 138. b
Error quorundã in præparandis cantharidibus 176. b
Error Auicennæ 240. b
Errores digni memoria 250. b
Error fœminarum in victu febrium putridarum 251. a
Error Arabum in hectica 269. a
Error recentiorum in febre peſtilenti 278. a
Errhina ad lethargum 41. b
Exempla duo vertiginis antiquæ 48 a
Excitãtia & liberantia epilepticum in acceſſione 52 a
Extinguentia ſitim in hectica 272. a
Exãthematũ deſcriptio diuiſio & cauſæ 286. a
Exanthematum origo 287. a
Exanthematum notæ multæ ibidem
Exanthematum curatio 289. b

F

Facultas argenti viui an timenda ſit 18. a
Facultas lapidis Smaragdi 144. b
Faſtidiẽti melancholicoõia genera ciborũ offerẽda 17 b
Faſtidium cibi quid & fames 136. a
Faſtidij cibi ſeu inappetẽtiæ cauſæ notæ & curatio ibid
Febris ardẽtis deſcriptio cauſæ & curatio 250 b
Febris ardentis & tertianæ diſcrimen ibid.
Febris compoſitæ difficilis deſcriptio difficilior cogniti & curatio 267. b
Febrium compoſitarum diuiſio 268. a

Febrium compoſitarum notæ,cauſæ,curationes.ibidem
Febris peſtilens quid ſit, 376.a
Febris peſtilentis cauſæ & ſigna ibid.b
Febris peſtilentis victus ratio 277,a
Febris peſtilentis curatio. ibid b.
Figura naturalis partus 225.a
Fluxus ſanguinis quando ſiſtendus 202,b
Fœlicitas noſtri temporis 271,b
Fœminæ valentinæ damnantur in curādis infantib⁹. 51.b
Formulæ purgantium omnes humores 5.a
Formulæ omnium medicamentorum purgantium caput per loca propinqua 68,b
Forma prępparandi cantarides 176.b.185,b
Frangentia lapidem a qualitate manifeſta 183,b,
Frangentia lapidem ſimplicia ferme omnia ibidē
Fœtus mortui ſigna 225. b
Fœtum mortuum expellentia ibidē
Fœtum mortuum ſuffitus expellens ibidē
Fuchſius notatur 31. q

G

Græcorum medicamenta purgantia vehementia 109. b
Gallici morbi deſcriptio,cauſæ & ſigna 15. b
Gallici morbi curationes multæ 16. a
Gallicum morbum iuuantia & nocentia ibidem
Gallici morbi antiqui curatio 18. a
Grandiorum epilepticorum curatio 51. b
Grauedo ad nares 99, b

H

Hæmorrhoidum deſcriptio & differentiæ 201.a
Hæmorrhoidum cauſæ,notæ,& curatio ibidē. b
Hæmorrhoidum dolor quibus curatur 202, b
Hæmorrhoides quatuor de cauſis ægrè curātur 203, a
Hectica quid ſit 268,b
Hecticæ notæ & curatio 269 b
Hepatis inflammationis natura cauſæ & notæ 164, a b

Hepatis inflãmationis in caua parte curatio ibidem.
Hepatis inflammati in gibbã curatio 165. b
Herniæ differentiæ cauſæ & notæ 228. a
Herniæ flatuoſæ curatio 229 b
Herniæ aquoſæ & varicoſæ curatio ibidem.
Hernia facilè curatur in infantibus 230 b
Hernia aliquando poſtulat operationẽ manuum 231 a
Hieræ logodionis compoſitio & doſis 7. a
Hieronimus Gabucinus 197. b
Hieræ ſimplicis laus 175. a
Hiſtoria ſcitu digna 93. b
Hiſtoria puellæ habentis lumbricos multos 197. b
Hiſtoria puellæ habentis lũbricũ duodecĩ cubitorũ 133. a
Hiſtoria Arnaldi de ictero 172. a
Hiſtoria in timpanite mira 175. b
Hiſtoria de profluuio menſium 211. a
Hiſtoria mira in hæmorrhoidum curatione 204. b
Hiſtoria de immodico menſium profluuio 211. a
Hiſtoria admiranda in fœmina pariente flatum 223. a
Hiſtoria febris peſtilentis 277. b
Hiſtoria doctiſſimi *Doleſæ* 270. b
Hiſtoriæ quorundam autorum quomodo, an vxores vterum gererent non cognouerunt 223. a
Hædus bonus cibus etiam melancholicis 57. a
Hollerius 236. a
Homines Alexandriæ veſcuntur carnibus aſininis atque etiam camelinis 128. b
Horrorem & rigorem tollentia 259. a
Horroris in quartana curatio 265. b
Hora balnei 273. a
Humores lethargum gignentes repellentia 41. a
Hydropis deſcriptio & ſpecies 162. b.
Hydropis ſigna communia 173. a. b
Hydropis formarum diſtinctio ibibem
Hypocondriaca melãcholia quomodo dignoſcẽda 57. a

I

Iacobi Siluij error 271. a
Icteri descriptio & causæ 170. a
Icteri notæ & curatio 171. a
Imbecilli aspectus descriptio causæ & curatio. 84 a
Incisio inter costas in tabe 118 a
Incisio quomodo facienda in hydrope & eius duæ admirandæ historiæ 177 b
Incubonis descriptio causæ & notæ 61. b
Incubonis curatio 62. a
Incurabilis tremor 79. a
Insanientium præ amore descriptio & notæ ibidem
Infantium præseruatio ab epilepsia 50. a
In pharmacopolas 51. b
Intemperies sicca, quibus alteratur 59. a
Inteſtina lupi 159. a
Ischiadis doloris remedia validiora arthritidis 235. a
Ischuriæ descriptio causæ notæ & curatio 181. b

L

Lac virgineum 63. a
Lactis chalybeati laus 152. b
Lactis facultas 118 b
Lactis genera ibidem
Lac humanum melius ibidem
Lacte sumpto noo dormiendum 119. a
Lac an noceat hydropicis 117. a
Lac humanum fœtum mortuum expellit 226. a
Lac an noceat dysenteric is sumptum per os 152. a
Lac dari quæ prohibent 271. a
Lactis coagulationem quæ impediunt ibidem
Lapidis lazuli vis 4. b
Lapidis armeni & lazuli vſus reformidatur 58. a
Lapidū renū & veſicę causæ discrimen & notæ 181. a b
Lapidis renū & veſicæ curatio duplex 181 a

Lapis judaicus 184. a b
Lapis ſpongiæ ibidem. b
Lapis lyncis ibidem
Lapis hominis & porci 183. a
Lapides gallorum ibidem
Lapis Aquilæ 225. a
Lapis cyaneus 278. a
Laus aquæ ex limacibus 270. b
Laus confectionis Alkermes 277. b
Lethargi deſcriptio diuiſio cauſæ & notæ 40. a b
Lethargi curatio ibidem
Lethargicorum pulſus & vrina ibidem
Lethargicorum præcipua ſymptomata 42. a
Leucophagum hecticis confert 269. b
Liquor ſputum promouens 110. a
Lienis obſtructionis deſcriptio cauſæ & curatio 179. a
Loch ad ſputum educendum 109. b
Longa melancholicorum vigilia 57. b
Lucanicæ 269. b
Lumbricorum differentiæ cauſæ & notæ 197 b
Lumbricorum curatio duplex 198. a
Lunæ radij noxij ſunt 277. b

M

Medicamenta duo præſtantiſſima ad vindicandos infantes ab epilepſia 50. a
Medicamentum viſũ maximè confirmans 85. a
Medicamentum viſui vtile ibidem
Medicamentum viſui ſenum perutile ibidem
Medicamentum interius pus efficiens 110. b
Medicamenta necantia vermes 198. b
Medicamentum conſeruans vterum in ſuo loco 209. a
Medicamentum optimũ ad mẽſiũ fluorem 211. a
Medicamenta menſes mouentia 215. a
Medici audaces taxantur 54. b
Melancholiæ deſcriptio cauſæ & diuiſio 56. a

Melancholicorũ imaginatio incerta ratio redditur 56 b
Melancholiæ curatio 57. a
Mel an dari possit dysentericis cum Galeno 152. a
Mensium immodicorum causæ 209. b
Mensium immodicorum notæ & curatio 210. b
Mensium suppressorũ causæ notæ & curatio 214. b
Micleta astringit satis 144. a
Moderatè dissipantia in arthritide frigida 234. b
Modus conficiendi aquam carnis 270. a
Molæ vteri descriptio & causæ 223 a
Molæ vteri signa historiæ & curatio ibidem. b
Morbi comitialis ex lacte coagulato in ventriculis infantiu curatio 51. a
Mouentia epilepsiam 52. b
Mundellæ error in purgandis peste laborantibus 281. b
Muscus marinus 199. a

N

Narcoticorum vsus 36. a
Narcotica quomodo securiora 145. b
Narcoticorum vsus in colico dolore 158. a
Narcotica quo vetustiora securiora 145. b
Necantia vermes 95. b
Nicolai Florentini curatio rara 53 b
Nicandri laus 124. a
Notantur mulieres exhibentes pueris cerusam, argentũ vivum & minium 51 b
Notæ singularum causarũ distillationis & tussis 100. a
Notæ omnium causarum fluxus sanguinis, & partium à quibus fluit 114. a
Nutriens clyster quãdo melãcholicis necessarius 57. b

O

Obseruatio elegans in miscẽdis medicamentis 6. a
Obseruanda historia 42. a
Obseruatio in curanda vertigine pituitosa 47. b
Obstructionis hepatis causæ notæ & curatio 167. b

Oculis noxia 84. a
Odora vehementer vterum ad ſe trahunt 220. a
Oleum ad ſecundinam expellendam 226. b
Ophtalmiæ diuiſio deſcriptio cauſæ & notæ 79. b
Ophtalmiæ curatio ibidem.
Ophtalmiæ antiquę curatio 81. a
Oribaſij error 164. d
Ortophnæa quid 104. a
Ortophnææ cauſæ notæ & curatio ibidē. b
Oſſa meſpilorum 185. a
Oſſium corruptio cauterio eget 18. b
Oxyrhodinum lethargo vtile 41. a

P

Palpitationis deſcriptio notæ & curatio 121. b
Paraphrenitis quid 36. a
Paralyſis deſcriptio 70. a
Paralyſis cauſæ notæ & curatio ibidem
Paralyſi vtilis confectio 71 b
Paralyſi topica medicamenta ibidem
Paralyſis curatæ pulchra hiſtoria ibidem
Partum facilimum quæ efficiant 224.
Pectinatio aſſidua capillos auget 10. a
Peleiana non laudatur 51. b
Pentaphylli radix 231. a
Perdix aſſa & elixa aſtringit 142 a
Peripneumoniæ deſcriptio cauſæ & notæ 108. a
Peſſi in mola 223. b
Petri Iacobi Steuelaus 124. a
Phtiſis antiqua incurabilis 120 a
Phtiſica furnaria vixit 28. annis ibidem
Picra vermes necat 199. b
Pilularum omnium ferme, quæ in vſu ſunt compoſitio & quantitas medicamentorum valenter purgantium 78. 9
Pilulæ ex helleboro 19. b
Pilulæ nobiliſſimæ 47. b

Pilulæ ad epilepſiam 53. b
Pilulæ laudatæ in aſthmate 105. b
Pilulæ menſes euocantes 215. b
Pituitam concoquentia ſimplicia & compoſita 3. b
Pituitam purgantia ſimplicia & compoſita 4. a
Pleuritidis deſcriptio cauſæ & notæ 108. a
Pleuritidis curatio ibidem
Pleuriticis quæ vena ſecanda 109. a
Pleuriticis quæ purgantia exhiberi poſſunt ibidem
Plinius 183. b
Pomum confert in conſtitutione peſtis 279. a
Pomum in cauſa calida ibidem
Porrorum barbæ cum hordeo vis 41. a
Potiones vacuantes cõcretum lac in ventriculis infantium 51. a
Potus lethargicorum 41. b
Potus menſes ducens 215. b
Potus aquæ frigidæ in ſynocho impedimenta 241. a
Potus in quartana 264. b
Præſeruatio ab arthritide 234. b
Præparatio ex anguilla 270. b
Præcautio peſtis 277. a
Procidentia ani quomodo curanda in puero 207. b
Promouentia ſputum & roborantia pulmones 106. a
Pulmo vulpis & Ericij 120. a
Puluis Ioannis de vigo 18. b
Puluis ſaluberrimus ad melancholiam 58. b
Puluis ad dentes liueſcentes aut nigreſcentes 95. b
Puluis ad fulciendos dentes mobiles 95. a
Puluis Cimicis 185. a
Puluis anſeris ibidem
Puluis pullorum hirundinum ibidem
Puluis optimus ad reſoluendos flatus in hidrope 175. b
Puluis optimus in partu difficili 227. a

Punctura nerui conuulsionem efficit 74. b
Purgatio in hydrope per vrinam 177. a
Purgatio in tertiana exquisita quando facienda 256. b
Pyra partum impediunt 224. b

Q

Quantitas clysteris in ventris profluuijs cur pauca 152. b
Quartanæ diuisio causæ & notæ 263. b
Quartanæ longa curatio 264. a
Quæ dicuntur medicamenta benedicta 9. a
Quæ canos reddant capillos 10. a
Quæ nigros capillos efficiunt ibidem.
Quæ in vertigine fugienda 46. b
Quæ vena secanda in melancholia 58. a
Quæ abcessum rumpunt in peripneumonia atque etiam in pleuritide 110. b
Quæ necessaria sint in hydrope curanda 176. a
Quæ ano apposita hæmorrhoidas sanant 204. a
Qui hepati admouenda in febre putrida & quãdo. 253. a
Quibus partibus admouendum vnguentum in cura morbi Gallici 18. a
Quibus fiat reuulsio in accessionibus vertiginis 47. a
Quotidianæ febris descriptio causæ & notæ 262. a
Quotidianæ curatio ibidem. b

R

Raporum vis oculis prodest 84. a
Ratio cognoscendi quæ sint benigna & quæ valentia medicamenta purgantia 6. a b
Raucedinis tussis corizæ catharri eadẽ fere natura. 109. b
Raucedo ad asperam arteriam 100. a
Raucedinis causæ ibidem.
Refrigerantia & corroborantia iecur 242. a
Refrigerantia cor iecur & totum corpus interius & exterius in febribus 25. b
Reliquias meteriæ ex oculo vacuãtia & resoluentia. 81. a
Remediũ optimũ ad lauãdũ vẽtriculũ & intestina à pur-

gatione 2. b
Repercutientia feruorem ſanguinis 234. a
Repellentia humores anginæ 87. b
Repellentia medicamenta foris non ſunt admouenda in pleuritide 110. a
Reſoluentia humores epilepſiæ 53. b
Roborantia caput melancholicorum 58. b
Rubedo faciei & eius cauſæ & reuulſio 92. a b
Rupcio abceſſus in angina 98. b

S

Salubria medicamenta quæ dicantur 28. b
Sanguinem fluentem auertentia 89. a
Sanguinis è naribus fluentis cauſæ & notæ 88. b
Sanguinis profluuij curatio 89. a
Sanguinem ſiſtentia à tota ſubſtantia 90 a
Sanguinem expuentibus optima purgatio ibidem
Sanguinem medicamenta purgantia ſiſtunt 115. b
Sanguinem fluentem narcotica compeſcunt 116. a
Sanguinem ſiſtentibus miſcenda pectoralia ibibē
Sauanarola laudatur 264. b
Schirrus lienis quibus curatur 180. b
Sedantia ſingultum 132. a
Sectio venæ quando ſimul ex duabus venis 231. a
Signa cauſæ ſine humore & cum humore cuiuſcūque doloris capitis 26. b
Singultus deſcriptio & cauſæ 131. b
Singultus notæ & curatio ibidem
Siſtentia fluxum humorum à capite 101. a
Somni profundi lethargicorum curatio 42. a
Somnus arcendus ſumpto veneno 160. a
Somnus quando cauendus in acceſſionibus febriū 256 a
Spatium acceſſionis tertianæ exquiſitæ ibidē. b
Species medicamentorum cardiacorum 278. a
Spiratio lethargicorum qualis 40. b
Sputi ſanguinis cauſæ & curatio 114. b
Sputi ſanguinis reuulſio ibidē.

Sputo ſanguinis vtilia ibidem
Stercus lupi a tota ſubſtantia colicum dolore mirum in modum ſanat 159.a
Scillæ vis ad morbum comitialem 34.a
Suffuſionis deſcriptio & cauſæ 86.b
Suffuſionis curatio ibidem
Suppurationis deſcriptio cauſæ & notæ 117.
Suppurationis curatio 118.a
Suppurati loci cognitio ibidem
Supreſſionis vrinę deſcriptio cauſę notę & curatio 181.b
Sinochi deſcriptio diuiſio cauſæ notę & curatio 240.a
Syrupus ex decocto ligni guaiaci 16.a
Syrup. vtiliſsimus in hepatis obſtructione 268.b
Syrup in quartana ſecundo loco 165.a
Syrup. ad febres compoſitas. 268.b

T

Tapſus barbatus teneſmo vtilis 156.a
Tempus curandi morbum gallicum 17.b
Tentatoria curatio in pleuritide 110.a
Teneſmi deſcriptio 155.b
Teneſmus vterum gerentibus moleſtus. ibidem.
Teneſmi cauſæ notæ & curatio ibidem.a.b
Teneſmus quomodo aborſum faciat ibidem.b
Tertianę exquiſitę deſcriptio cauſę notę & curatio.256.a
Tertianæ nothæ deſcriptio, diuiſio, cauſæ & notæ. 258.b
Tertianæ nothæ curatio ibidem
Theriaca magna an ſanos veneno afficiat 51.b
Theriacæ commendatio 280
Timoris vis 266.a
Topica ad lethargum 41.b
Topica ad ſputum excitandum 110.a
Tormentilla 280.a
Tremor ex imbecillitate neruorum 79.a
Tremoris notæ cauſæ & curatio ibidem
Tres formulæ purgantes bilem flauam. 4.a

Tres formulæ purgantes pituitam ibidem
Tuſsis cauſæ & curatio. 101.b
Tympanitæ cauſæ. 154.a
Tympanitæ notæ & differentiæ. ibidem.b
Tympanitæ curatio 175 a

V

Vaccarum ſtercus vtile colico dolori 159.b
Valentinarum mos ad tuendos infantes ab epilepſia 50.a
Valleriana 231.a
Variæ melancholicorum imaginationes 56 b
Venenum conuulſionem facit 74.b
Venenum educentia ibidem
Ventriculi gallinarum merſi & ſtruthiocamelli an corroborent noſtrum ventriculum 130.a
Verbaſculum 54.a
Vertiginis deſcriptio & cauſæ 46.a
Vertigo non differt ab ſcotomia ibidē
Vini multi vſus. 79.a
Vinum Alkekengi valenter prouocat vrinam 183.b
Vini Alkekengi confectio ibidem
Vires theriacæ & mitridati. 265 b
Vis cantharidum 185.b
Viſus imbecillis deſcriptio cauſæ & notæ curatio 84 a
Viſum acuentia 84.b
Viſui quæ nocent exterius & interius ibidem
Vnguentum expertum ad morbum gallicum 18 a
Vnguentum hnmectans melancholicos 56.a
Vnguentum filij Zachariæ 166.a
Vnguentum optimum ad ſuppreſſam vrinam 183.a
Vnguentū optimum ad lapidem renum & veſicæ. ibid.
Vnguentum ad hemorrhoidas 204
Vnguentum ad partum difficilem 225.a
Vnguentū optimū biliosis & febribus venenoſis 242.a
Vnguenta ſpleni & iecori obſtructis admouenda 260.a
Vnguentum ad quartanam. 266.a

Vngula mulæ 2n. b
Vomitus prouocandus in dolore colico 16. a
Vomitus excitatio in tertiana ſpuria 259. b
Vomitus vtilis in tertiana ibidem
Vomitus laus in quartana 265. a
Vſus pilularum da.natur & medicamenta vehementer purgantia in morbis biliosis 241. b
Vteri procidentiæ deſcriptio & cauſæ 208. a
Vteri procidentiæ notæ & curatio ibidem
Vteri ſuffocationis varia deſcriptio & nomina 219. a
Vteri ſuffocationis cauſæ notæ & curatio 219. a
Vtero admouenda in profluuio menſium 211. a

X

Xyloaloe 277. b

Z

Zaphyrus 277. b 280. a 290. b
Zebet 220. a
Zedoaria 277. b

FINIS INDICIS.

ERRATA QVAE IN PRAESENTI
libro continẽtur sic corrige, aduertens prius scholiũ
de apoplexia postponendum esse contextui.
Praterea fol. 192 pa. 1 in fine ꝺbi non
potest legi, sic legẽdum: quia humi
ꝺa intẽperies postꝰ impedit hu
moris acris generationẽ
quã ipsum genera
re possit.

FOL. 10. pa. 2. l. 2. pro ꝟero lege ꝟere. li. 13. lege su pericliſ. li. 18. dele & colorem substantiam, & le ge prater naturam. Fol. 11. pa. 1. ls. 19 lege scribit li. 30. lege caluitiem li. 33. lege discursus, & pro ꝟis lege ꝟi Fo. 11. pa. 2 ls. 5. lege malum. Fo. 2 pa. 1 ls. 17. lege deside rantur pa. 2 ls. 18. lege otiatur ls. 27. pro ꝟis, ius. Fo. 13. pa. li. 9 lege sunt. pa. 2. li. 5 concocta ls. 7 lege cum ls 12 le ge Quod li 33 lege coincidere. Fo 14 pa. 1. ls 11. lege in crassando ls. 18. lege mitior li. 25. lege Quod, ls. 31. pro ob lege ab. pa. 2. li 20 lege etiam. Fo 15 pro ꝟos nos. li. 21 lege trutinam. li. 31. pro in ꝟt. pa. 2 li. 5. lege quibus Fo. 22 pa li. 23. pro ante ā me Fo 37 pa 2. li 27. dele sit & adde mē re constitit Fo. 43 pa. 1 li 13 pro ꝟobis lege nobis Fo 61 pa 2. li. 1 lege dissoluti Fo. 62 pa. 2 li 2 pro tum tunc Fo. 63 pa 1 li. 3 post eruditates adde referant Fo. 86. pa. 1 li. 18. le ge pupilla Fo. 90. pa 2. li ꝟltima lege contusio Fo. 92 pa 1. ls. 15. lege serpens Fo. 98 pa 2 li. 8 lege paruas. fol. 103. pa 2 ls. 31. lege destillatione. fol. 107. pa. 1 li. 19 lege densa. fo. 112 pa. 1 li. 22. lege corruptione pa. 2 ls. 32 pro cali dus lege calidius fol. 125 pa. 2 li. 9. pro minus lege mul tus. fol. 150 pa. 1 ls 14 dele & morbillis ls 34 pro morbus morbos fol. 153 pa 2 ls. 26 lege sed ꝟt ager frigus. fol. 161 pa. 2 ls. 28 lege infixus. fol. 184 li, 2 pro quo que, fol. 193. pa. 1 ls. 1 lege propter acrimoniam. fo, 156 li 10 pro epota exorta. fol, 205 pa, 2 li. 28 lege applicando. fol. 228 pa. 1 li. 7. lege fiat potius. fol. 232. pa. 2 ls, 16 intelligens. fol, 236. pa. li. 2 lege fluxione. fol. 237 pa. 1 li, 23 lege dolore ob tu

so

fo. 261 pa.1 li. 17 lege facilis coctionis, Etendū erit Gillū
fol. 266 pa. 2 li, 8 lege ex Galeno. fol, 276 pa, 1 lin, 1 lege
a calore. linea ſeptima lege alus denſitas. Si qua alia
ſint errata in ſcholijs aut cōtextu, facile a quouis corri-
gi poterunt, ac proinde omiſſa fuerunt